

FLORES omnium penè doctorum : qui
cùm
in theologia, tum in philosophia
hactenus claruerunt / sedulò collecti
per Thomam Hibernicum ; & alphabetico
ordine digesti... – Lugduni : Apud
Gulielmum Rouillium..., 1558

[12], 1137 p., a-z8, A-Z8, 2A-2Z8,
2A-2B8, 2C7 ; 12°

Marca de imp. en port. – Apostillas
marginales

1. Filosofía-Máximas y aforismos 2.
Filosofía-Aforismoak eta esaerak 3.
Teología-Máximas y aforismos 4. Teología
-Aforismoak eta esaerak I. Hibernicus,
Thomas, comp.

R-7410

CR-7410

N^o R. 6444B

FLORES

OMNIVM PE-

NE DOCTORVM, QVI

cum in Theologia, tum in Philosophia

haectenus claruerunt: sedulo collecti

per Thomam Hibernicum, &

Alphabeticò ordine digesti:

exactiore verò iam fide

& animaduersione,

quàm vsquàm

anteà casti-

gati.

*Autores, ex quibus deprompta gnemologia
ipsa Operis fronte praefixi sunt.*

IN VIRTUTE



ET FORTUNA.

LVGDVNI,

Apud Gulielmum Rouillum,

sub scuto Veneto.

1558.

COMENTO DE CAPUCHINOS

SANGUESA




BIBLIOPOLA CANDI-
do Lectori S.



*A*nthologiam habes à nobis, can-
dide Lector, vel, vt verè dicā,
non modo Theologiae, sed etiam
totius Philosophiæ thesaurum:
ex quo tibi est integrum, et cul-
tum ingenij, morum elegantiam, & vitæ in-
tegritatem ac dignitatem colligere & eruere.
Breue quidem opus, sed tamen tale, de quo tibi
possis idem polliceri, quod Homerus iactat de
Menelao:

παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λυγέως.

Hoc, quantum meumque est, quod certè maxi-
mum est, ex lectissimis Autoribus collegit se-
dulo Thomas Hibernicus, vir faciēdia & eru-
ditione clarus: id ipsum in capita, ceu commu-
nes locos constrinxit, ordine Alphabetico &
numerariis elementis in fronte cuiusque gnō-
mæ prefixis vsus: vt vel obtuitu quoque primo
Philologum aliōqui laborantem & sepe va-
gantem leuaret. Quid autem nos hac recentī
editione præstiterimus, lectio faciet tibi fidem,
non nostra vel ambitiosa vel elaborata com-
mendatio. Numeri certè loci sunt & casti-
gati & restituti. Bene vale.



I N D E X L O C O -
rum communium huius
operis.



Bstinen - tia pag. 1	B aptismus 113
Abusio 8	Beatitudo 115
Acceptio	Bellum 118
personarum. cod.	Beneficia, seu benefi- cium 128
Acedia 11	Benignitas, vide mā- suetudo.
Adiutorium 14	Blasphemia 136
Aduētus Domini 17	Bonum, bonitas 137
Adulatio 19	C haritas 138
Aduocati 27	Caro siue cor- pus 144
Ambitio 32	Castitas siue conti- nentia 150
Amicitia 39	Christianus 154
Amissio rerum 57	Christus 155
Amor 60	Clericus 162
Angelus 69	Coactio, vide violen- tia.
Anima 74	Cogitatio 166
Antichristus 80	Compasio 169
Apostoli 86	
Ascensio 94	
Auaritia 98	
Auditor III	

I N D E X.

Cōmunitas siue con-	Curiositas	280
gregatio	172	D amnū siue da-
Concupiscentia	174	mnatio
Confessio	175	Dare, vide liberali-
Confidentia	180	tas.
Coniugium	181	Debitum
Conscientia	188	290
Consideratio sui	193	Decima
Consilium	201	eo.
Consolatio	206	Delitiæ
Consuetudo	210	291
Contemplatio	215	Desiderium
Contemptus	222	294
Contentio vide dis-	Despectus, vide con-	
cordia.	temptus siue deri-	
Continentia vide ca-	sio.	
stitas.	Desperatio	295
Contritio	225	Detractio
Conuersatio	227	296
Conuersio	238	Deus
Conuitium	245	302
Cor siue mens	249	Deuotio
Corpus, vide caro.		307
Correctio	251	Diabolus
Creatio, siue creator	342	309
269.		Dilectio
Crudelitas	270	312
Crux	271	Discere
Cupiditas	275	317
		Disciplina
		324
		Discordia
		325
		Discretio
		327
		Diuitiæ
		331
		Doctrina siue doctor
		342
		Dolor
		352
		E Brietas
		354
		Ecclesia
		361
		Electio
		366
		Ellec

I N D E X.

Eleemofyna	371	G Audium	428
Eloquentia	380	G Gloria bona	
Epifco. vide Præla-	430		
tus.		Gloria vana	432
Error	384	Gloria æterna	438
Euchariftia	387	Gratia	448
Exactio	292	Gratitudo fivæ gra-	
Exercitatio	393	tiarum actio	451
Excõmunicatio	395	Gula	45
Excufatio	396	H Acrefis	464
Exemplum	400	H Homicidiũ	465
F Abula	406	Homo	466
Fama	409	Honor	474
Fauor	412	Honestas	478
Feftum, vide folen-		Hospitalitas	480
nitas.		Humilitas	481
Fiducia fivæ fidelitas		Hypocrifis	531
413		I Actantia	490
Fiducia vide confi-		I Ieiunium	491
dentia.		Ignorantia	497
Fornicatio, vide lu-		Impietas, vide Pietas	
xuria.		& Malitia.	
Fortuna, vide Proſpe		Impatentia, vide pa	
ritas.		tientia.	
Fortitudo	419	Incarnatio	492
Fraternitas	424	Indulgentia, vide ve-	
Fraus & dolus	426	nia.	
Furtum, vide Rapi-		Infidelitas, vide fide-	
na.		litas.	

I N D E X.

Infernus	504	M Agister	661
Infirmitas	507	M Magnanimi-	
Inimicitia	509	tas	602
Ingenium	511	Malitia	605
Ingratitudo	513	Mandatum	609
Iniuria	515	Mansuetudo	611
Innocentia	519	Maria	613
Instabilitas	521	Martyrium	629
Intentio	523	Marrimonium, vide	
Invidia	525	coniugium.	
Ira	540	Maturitas, vide mo-	
Iudex, siue iudicium	549	lestia & Instabili-	
		tas.	
Iuramentum	557	Medicina	631
Iustitia & iustus	558	Meditatio, vide con-	
Iuuentus	563	templatio.	
L Abor	166	Mendacium	63
L Lachrymare	567	Mercatio	636
Lasciua	570	Meritum	628
Laus	572	Militia	642
Lætitia, vide Gaudiũ.		Mirabile siue Mira-	
Lex	579	culum	648
Liberalitas	580	Miseria	653
Libertas	588	Misericordia	657
Libido	590	Modestia	665
Loquacitas	591	Monachus	668
Ludus, vide consola-		Mors	674
tio & lasciua.		Mulier	690
Luxuria	596	Mundus	700
		Munus	

I N D E X.

Munus	704	vide consuetudo.
Murmur	706	Peccādi recidiuatio,
N Atiuitas	707	vide Recidiuatio.
N Natura	711	Pœna siue punitio.
Negligentia	712	pag. 790
Nobilitas	713	Pœnitentia 796
Nocumentum	717	Perfectio 807
O bedientia	718	Periculum 811
O pprobriū, vi- de conuitium.		Periurium, vide iura mentum.
Obstinatio	723	Perseuerantia 811
Otiositas	723	Petitio 813
Occupatio, vide soli- citus.		Philosophia 84
Odium	227	Pietas 807
Oppressio, vide exa- ctio.		Pigritia, vide Acidia.
Opus	729	Placere, vide adula- tio, contemptus & fauor.
Oratio	731	Potestas 821
Ordo	743	Præceptū, vide Man- datum.
Ornatus	744	Prædestinatio siue p uidētia diuina 826
P atientia	748	Prædicatio 828
P arentes	756	Prælatio 838
Parsio	760	Præmium, vide glo- ria æterna, honor, & remuneratio.
Patria	768	
Paupertas	770	
Pax	776	
Peccatum	783	
Peccandi necessitas,		Præsumptio 858

I N D E X.

Proditio	862	Salus	943
Profectus	863	Sanctitas vel sanctus	
Promissio	864	944	
Proximus	865	Sanitas	950
Prosperitas	866	Sapientia vel scien-	
Providentia siue pru-		tia	951
dentia	874	Satisfactio	960
Pulchritudo, vide casti-		Scandalum	961
tas.		Scriptura	962
Pugna, vide Bellum.		Secularis	976
Puillanimitas	878	Securitas	977
Q Verere Deum		Senectus	979
	879	Seruitus	985
R Apina	881	Seruitium	989
Reconciliatio		Silentium, vide taci-	
	884	turnitas.	
Regimen siue rege-		Simplicitas	991
re	886	Simonia	993
Religio	892	Sobrietas	991
Relinquere	909	Societas	998
Remuneratio	818	Solennitas	1002
Reprehensio, vide con-		Solicitudo	1004
uitiũ & correctio.		Solitudo & tumul-	
Recidivatio	920	tus	1008
Restitutio	921	Sortilegium & diui-	
Resurrectio	922	natio	1013
Reuerentia	929	Spes	1016
S acerdos	931	Spiritus sanctus	1019
Sacramentũ	942	Studium	1025
		Stul	

I N D E X.

Stultitia	1033	Venia	1087
Subiectio	1034	Verbum	1094
Suffragium	1036	Verecundia	1096
Superbia	1038	Veritas	1100
Superfluitas	1048	Victoria	1104
Suspicio	1049	Vitium	1105
		Violentia	1109
T Aciturnitas.		Virginitas	1110
	1049	Virtus	1113
Temperantia	1053	Vita humana præ-	
Tentatio	1055	sens, pag.	1118
Tempus siue tempo-		Vita æterna, vide glo-	
rale	1064	ria æterna.	
Testimonium	1066	Voluntas	1124
Timor	1068	Voluptas	1132
Tribulatio	1074	Votum	1134
Trinitas	1083	Vtilitas	1136
Tristitia	1087	Vsura	1137
Tumultus, vide Soli		Vxor, vide Coniu-	
tudo.		gium, & mulier.	

F I N I S.

a 5





A V T O R E S, E X
quibus hi flores senten
tia'ue excerptæ
sunt.

Hebræi, vel Aegyptij.
Rabi Moses Aegyptius.
Arabes.

Auicenna.

Christiani Græci Theologi.

Dionysius Areopagita.

Basilius magnus.

Origenes Adamantius.

Chrysostomus.

Damascenus.

Gregorius Nazanzenus.

Latini Christiani & Theologi.

Hieronimus.

Augustinus.

Ambrosius.

Grego

Gregorius magnus,
Cyprianus
Hylarius.
Isidorus.
Maximus.
Ioan. Cassianus.
Fulgentius.
Bernardus.
Cassiodorus.
Rabanus
Leo magnus.
Beda presbyter.
Prosper.
Aurelius.
Boëtius.
Richardus.
Hugo Victorini.
Alanus de Rupe.
Alcuinus.
Petrus Blesensis.
Petrus Chrysologus.
Effrem Diaconus.
Aymo.

Metho

Methodius in preputiis.

Valerius episcopus.

Nestor abbas.

Innocentius.

Remigius.

Casarius.

Petrus Damiani.

Autores humanitatis Latini.

Plinius.

Solinus.

Valer. Max.

M. T. Cicero.


Seneca Philosophus.

Sydonius.

Vegetius de re militari.

*Aulus Gellius, quem ipse Gellium
vocat.*



a  Onum est in cibo, cū gratiarum actione percipere quicquid Deus edendum præcepit. Abstinerè autem ab aliquibus nõ quasi malis, sed quasi non necessariis, est malum.

*Au. de dif-
finitio. re-
ctæ fidei.*

b Non interest omnino scilicet ad veritatem, quid alimentorum vel quantum quis accipiat: dummodo id faciat pro congruentia hominum, cum quibus viuit, & personæ suæ, & pro valitudinis suæ necessitate, sed quanta facilitate & serenitate animi his valeat, quum oportet, vel necesse est carere.

*Aug. in li.
de quæ-
stio. euãg.*

c Quam suaue mihi subito factum est, à suauitatibus nugarum abstinere, & quas amittere metus fuerat, iam dimittere gaudium est. Eiiciebas enim eas à me: tu verò summa suauitas intrabas pro eis, omni voluptate dulcior, sed non carni & sanguini: omni luce clarior, & omni secreto interior, omni honore sublimior, sed non sublimibus in se.

*Aug. 9. cõ-
fessionũ.*

d Utantur diuites consuetudine infirmitatis suæ, sed doleant se aliter nõ posse. Melius enim possent, si aliter possent. Si ergo non extollitur pauper de mendicitate: tu quare extolleris de infirmitate? Utere cibis electis, pretiosis, quia sic consueuisti,

*Augus. de
uer. do. c.
1. tractã-
s il. Vermis
dimitiarũ
supflua-*

alit

aliter non potes: quia si consuetudinem
 mutas, ægrotas: conceditur tibi. vtere su-
 perfluis, da pauperibus superflua. Vtere
 pretiosis, da pauperibus.

Au. in ser.
de domini
ca. 4. § ad
uentu. e Qui sic se à carnibus temperant, vt a-
 lias escas difficilioris præparationis & præ-
 tij maioris inquirent, multum errant. Nō
 enim est hoc suscipere abstinentiam, sed
 imitari luxuriam.

Hic. in ep.
ad Deme.
virginē. f Abstinentia tua atque ieiunium tuum
 eò magis Deo grata sunt, quò cum mori-
 bus sanctis offeruntur: vt quæ in aliis sunt
 vmbracula vitiorum, in te sint ornamenta
 virtutum.

Hiero. in
epi. ad Fu-
riam. g Nonnulli vitam pudicam appeten-
 tes: in medio itinere corruerunt, dum so-
 lam abstinentiam carniū putant, & le-
 guminiibus onerant stomachum, quæ mo-
 deratè parcèque innoxia sunt: & vt quòd
 sentio, loquar, nihil sic inflammat corpo-
 ra, & titillat membra genitalia, sicut indi-
 gestus cibus victusque conuulsus.

Hiero. in
quada ep. h Mater sanitatis est abstinentia, mater
 ægritudinis voluptas. sine enim carne &
 vino citò friget Venus: & à patre Libero,
 ad inconcessam Venerem est proximus
 gradus intemperantiæ.

Rusticum
monachū. i Modicus ac temperatus cibus carni &
 animæ utilis est.

k Ante annos robustæ ætatis periculosa *Hiero. ad*
est teneris abstinentia grauis. *Latam.*

l Quid prodest tenuari corpus abstinentia, si animus intumescit superbia? Quid virtutis habet vinum non bibere, & ira & odio inebriari. *Hiero. ad Celantiã.*

m Abstinentiæ virtus nulla est, si tatum quisque corpus non edomat, quantum valet: aut valde inordinata est, si atterit plus, quam valet. *Gre. l. 20. moral.*

n Per abstinentiam carnis vitia extinguenda sunt, non caro. Sic necesse est, ut artem continentiæ quisque teneat, quatenus non carnem, sed vitia occidat. Sæpe enim dum in illa hostem insequimur, etiã ciuem quem diligimus trucidamus, & sæpe dum quasi conciuu parcimus, ad præliũ hostem nutrimus. *Gre. l. 30. moral.*

o Eisdẽ alimẽtis vitia superbiũt, quibus nutritæ virtutes viuunt: & cum virtus alitur, plerũque vires vitiis augmentatur: quũ verò immensa abstinentia vitiorum vires extenuat, etiam virtus deficiens anhelat. *Ibidem.*

p Incassum per abstinentiam corpus atteritur, si inordinatis moribus dimissa mens vitiis dissipatur. *Gre. i. pa.*

q Qui à paradisi gaudiis per cibum recidimus, ad hæc in quantum possumus, per abstinentiam resurgamus. *Gre. i. ho.*

Grego. in ho. 30. moral. r Plerunque dum plus iusto caro restrin-
gitur, etiam ab exercitatione boni operis
eneruatur, ut ad orationem vel prædicationem
non sufficiat, dum incentiua vitiorum
in se funditus suffocare festinat.

Greg. su- per euan. parte. 5. s Per sermonē, qui signatur, nisi abstinē-
tes, qui foris carnem afaciunt, interius ta-
men fructum abstinentiæ non acquirunt.
Crucem igitur Domini Simon in angaria
portat: quia cum ad bonum opus sine bona
voluntate ducitur, rem bonam sine fructu
operatur. Simon ergo crucem portat, sed
in cruce nō moritur: quia abstinentes exte-
rius per abstinentiam corpus afficiunt: sed
interius per desiderium mundo viuunt.

Gre. 5. lib. moral. t Solus in illicitis non cadit, qui se ali-
quando & à licitis cautè restringit.

Ibidem. v Abstinentia est, quando quis pro amo-
re Dei & salute propria, non ab illicitis
tantum, imò interdum & à licitis atque
concessis se cohibet.

Gre. 7. lib. x Abstinentia est, quæ edendi horam nō
præuenit: ut fecit Ionathas in fauo mellis:
non lautiora quærit edere, ut Israëlitæ in
deserto: non accuratius parare, ut filij He-
ly in Sylo: non ad superfluitatem, ut So-
domitæ: non vile quodlibet, ut Esau edu-
hium in fame concupit.

Greg. 15. y Chorda in cithara si minus tēditur, nō
sona

sonat : quia nimirum tãtò quisque sibimet *mor. su. il.*
debet moderamine praesse , vt ad culpam *Versa est*
caro non superbiat : & inde ad effectum re- *in luctum*
ctitudinis in operatione subsistat. *cithara*

z Magnus discretionis labor est exacto- *mea.*
ri, & aliquid impendere , & aliquid dene- *Greg. 30.*
gare : & non dando gloriam restringere, & *lib. mora.*
dando naturam nutrire.

& Cogitãdũ summopere est, vt qui se il- *Greg. ho.*
licita meminit cõmisisse, à quibusdã & etiã *35. super*
licitis studeat abstinere, quatenus per hoc *euang.*
conditori suo satisfaciat, vt qui commisit
prohibita, sibimet ipsi abscindere debet &
concessa, & se reprehendat in minimis,
quem meminit in maximis deliquisse.

a a Sic abstinere vel ieiunare debemus, *Prosper*
vt non nos necessitati ieiunandi subda- *li. 2. de vi-*
mus, ne iam non deuoti, sed inuiti rem vo- *ta cõtem.*
luntariam faciamus.

a b Qui cibus abstinent, & mala agunt, *Isido. sep.*
dæmones imitantur, quibus culpa adest, *Amos pro-*
& cibus deest. *phetã.*

a c Ciborum saturitas, carnis luxuriam *Isi. 2. li. so-*
suscitat : edacitatis vitio crescit carnis ten- *liloquior.*
ratio. Saturitati semper libido adiuncta est.
At contrã, ieiunio libido restringitur. ie-
iunio luxuria superatur. *Chry. sup.*

a d Nihil sic iucundum est, vt cibus bene *epi. ad he.*
digestus ac decoctus. Nihil sic ad salutem *ser. 29.*

nihil sic sensuum acumē operatur, nihil sic
 ægritudinem fugat, vt moderata refectio.
 Sufficientia quippe cū nutrimento & sospi-
 tate, simul etiā procreat voluptatem, exun-
 dātia verò morbum facit, & molestias in-
 gerit, & ægritudines generat. Quod etiam
 facit fames: hoc etiam facit plenitudo ci-
 borum, magis autem peiora. Fames quip-
 pe in paucis diebus aufert hominem, & li-
 berat ex hac vita pœnali: excessus verò ci-
 borum consumit & putrescere facit corpus
 humanum, & macerat ægritudine diutur-
 na, & tunc eum morte crudeli consumit.

Hu. de S. Victore. a e Moderantia est, nimium ciborum
 appetitum rationis imperio reuocare.

Leo Papa in ser. de ci. mensis. a f Semper virtuti cibus ieiunium fuit,
 de abstinentia quoque prodeunt castæ co-
 gitationes, rationabiles virtutes, salubria
 consilia, & per voluntarias afflictiones ca-
 ro concupiscentiis moritur, & virtutibus
 spiritus innouatur.

Ioā. Cas. fran. de inst. mon. lib. 5. a g Melior est rationabilis quotidiana cū
 moderatione refectio, q̄ per interualla ar-
 duū longūque ieiuniū. Nouit immoderata
 inedia non solum mentis labefactare cō-
 stantiam, sed etiam orationum efficaciam
 reddere lassitudine corporis eneruatam.

Cass. sup. psal. 130. a h Ipsis. n. fit grauior cōsuetudo subtra-
 cti cibi, qui se escis aliis nesciunt cōsolari.

Dirup

a l Diruptum ganea stomachum nulla *Cas. i quã*
 sarcire res melius, quàm parsimonia solet, *dam epi.*

a k Multis tormentum est vino carere, *Seneca in*
 & prima luce excitari. Non est summa fe- *epist. 75.*
 licitatis nostræ in carne ponenda.

a l Molestum est iniquis carere assuetis *Se. 59. ep.*
 voluptatibus, abstinere cibo, sitire, esurire,
 hæc primò abstinētiæ graua sunt, deinde
 cupiditas relâguescit. Iphis per se cupidita-
 tibus fatigatis ac deficiētibus antè morsus
 est stomachus, inde quibus fuit auuiditas,
 cibus odium est, desideria ipsa moriuntur.

Vide etiam in ti. Caro, litera e & r. In ti-
 tulo, Coniugium, litera c. In ti. Cōsuetudo,
 litera c. In titulo, Discretio, litera m & n.
 In titulo, Eleemosyna, litera l. In titulo,
 Gula, Ieiunium, & Infirmitas, litera b. In
 titulo, Seruitium litera c & m. titulo, So-
 brietas & Temperantia, per totum.

Abusio.

a **M**agna abusio: parcitas putatur aua- *Berna. 15*
 ritia, sobrietas austeritas creditur, *apologia.*
 silentium tristitia reputatur. Econtrà, re-
 missio, discretio creditur, tristitia silentiū
 reputatur. Loquacitas affabilitas, cachin-
 natio, iocunditas, mollicies vestimētorum
 & æquorum fastus, honestas, lectorum su-
 perfluus cultus, munditia.

b Magna abusio est, vt corpus induatur, *Ibidem.*

& contra regulam suis vestibus anima munda deferatur.

Ber. in ep. c Mira abusio, domus ardet, ignis instat à tergo, & fugienti prohibetur egredi, & hoc ab his, qui in incendio positi sunt.

Hug. li. 2. de clauf. animæ. d Duodecim sunt abusiones clauſtri, quibus tota religionis summa corrumpitur: scilicet prælatus negligēs, discipulus inobediens, iuuenis otiosus, senex obstinatus, monachus curialis, religiosus cauidicus, habitus pretiosus, cibus exquisitus, rumor in clauſtro, lis in capitulo, dissolutio in choro, irreuerentia iuxta altare.

An. de 12. abusion. e Duodecim sunt abusiones seculi, scilicet sapiens sine operibus, senex sine religione, adolescens sine obedientia, diues sine eleemosyna, fœmina sine pudicitia, dominus sine virtute, Christianus contentiosus, pauper superbus, rex iniquus, episcopus negligens, plebs sine disciplina, populus sine lege.

Gilbert. f Ridiculosa res est, aut magis periculosa, speculator cæcus, doctor inscius præcursor claudus, prælatus negligens, præco mutus.

Vide etiam in titulo, Caro, litera m. In titulo, Prælatio, litera b v & a z.

Acceptio personarum.

An. & est a in gl. Iaco **S**I hanc distantiam sedendi & standi, ad honores ecclesiasticos referamus, non

non est putandū leue esse peccatū in per- *bi. 2. super*
sonarū acceptione habere fidem Domini *illud. Fra*
gloria. Quis enim ferat, eligi diuitem ad *tres met*
sedem honoris ecclesiæ, contempto paupe *nolite in*
re instructiore & sanctiore? *persona =*

b Absit Domine, vt in tabernaculo tuo *rum acce*
præ pauperibus accipiantur personæ diui- *ptiōe &c.*
tum, aut præ ignobilibus nobiles, quando *Au. i quo-*
potius infirma mundi elegisti, vt confun- *dam ser.*
deres fortia.

c Inter omnia peccata sacerdotum est *Amb. sup*
maximum, quòd non causas, sed personas *Malach.*
considerant, & despecto iusto paupere, in-
iustos diuites honorant.

d Non sanguinis neccitudo, sed virtutis *Amb ibid.*
cognatio proximos facit.

e Quicumque cōsanguinitate aut amici- *Hie. in ori*
tia, vel econuersò hostili odio vel inimi- *ginali sup*
citiis in iudicando ducitur, peruertit iudi- *Amos.*
cium Dei Christi, qui est iustitia.

f Multa nos facere cogit affectus, dum *Hie. i. epi.*
propinquitatem respicimus corporum, & *ad Fabio.*
corporis & animę offendimus Creatorem.

g Nec bonis aduersariorū si honestum *Hie. ad Pā*
quid habuerint detrahēdū, nec amicorum *machiū.*
laudāda sunt vitia, & vnūquodq; non per-
sonarū, sed rerū pondere iudicandum est.

h Personā hominis accipere, est homi- *Gre. i ho.*
nem non quia homo, sed propter aliquid *& mor.*

quod circa ipsam est, honorare.

Gre. 1^o ho. i Iudicare dignè de subditis nequeunt, qui in subditorum causis, non merita, sed odium vel gratiam consequuntur.

Isido. 3. de sum. bo. k Iudices iniqui errant à veritate sententiæ, dum intendunt qualitatem personæ, & exulcerant saepe iustos, dum improbè defendunt iniquos.

Isid. ibid. l Diues citò muneribus corrumpit iudicium, pauper autem dum non habet quid offerat, non solùm audiri contemnitur, sed etiam contra veritatem opprimitur.

Hugo. m Acceptio personæ, est quædam fatua reuerentia exhibita alicui, non causa debita, sed propter timorem vel utilitatem.

Inn. li. 2. de vilitate cõditionis humana. n Vos non attenditis merita causarum, sed personarum, non iura, sed munera, non quod ratio dicit, sed quod voluntas affectet, non quod sentiat, sed quod mens cupiat, non quod liceat, sed quod libeat, nunquam in vobis est ita simplex oculus, vt totum corpus sit lucidum, sed aliquid semper admittitis fermèti, quo totam massam corrumpitis.

Ibidem. o Pauperum causam cū morà negligitis, diuitum causam cum instãtia promouetis. In illis rigorem ostenditis, in istis ex māsuerudine dispensatis. Illos cum difficultate respicitis, istos cum facinore tractatis.
Illos

Illos negligenter auditis, istos subtiliter auscultatis.

p Si fortè pauperum causam suscipitis, *Ibidem.* illos remissè fouetis, cùm autem diuitum causam suscipitis, illos pertinaciter adiuuatis, pauperes despicitis, diuites honoratis, istis reuerenter assurgitis, illis despicibiliter communicatis.

q Clamat pauper, & nullus exaudit, loquitur diues, & quilibet applaudit, diues locutus est, & omnes tacuerunt, & verbum illius vsque ad nubes perducunt. Pauper locutus est, & dicunt quis est hic? & si offenderit, subuertent eum, clamat vim patiens, & nullus exaudit, vociferatur, & non est qui iudicet. Diuiti dicunt, tu sede hìc bene, pauperi verò, tu sta illic, vel sede sub scabello pedum meorum. *Ibidem.*

Vide etiam in ritu. Electio, litera a. in tit. Eleemosyna, lit. b. g. in tit. Gloria æterna, lit. x. in tit. Iudex, lit. m. a. h. a. m. a. r. in tit. Pietas, litera h. *Acedia.*

a **A**cedia, est de virtutum laudabili Gre. *tho.* exercitio vtriusque hominis languida deiectio.

b Acedia, est animi quidã languor, quum Ber. in epi legere non libet, orare non delectat, meditationes sollicitè non sentiuntur. *me. sto.*

c Quã te acedia vel tædio affici sentis, Ber. *ibid.*

noli propterea diffidere atque desistere à studio spirituali: sed iuuantis require manum, trahi te post eum obsecrans.

Ber. 7 ser. d Acedia, est quidam animi torpor, quo quis negligit aliqua bona inchoare, aut fastidit perficere.

Ber. ibid. e O homo imprudens, milia milium ministrant ei, & decies centena milia adstant ei, & tu sedere præsumis?

Beda sup pro. lib. 2. f Vult & non vult piger. pigri vocabulo denotatur qui vult regnare cum Deo, & non laborare pro Deo. Delectant præmia, quum pollicentur, deterrent certamina, quum iubentur.

Leo papa ser. de av. paritõe. g Non dormientibus prouenit regnum cælorum, nec otio & desidia torpentibus beatitudo æternitatis repromittitur.

Ioan. Ca. lib. 10. de insti. mo. h Acedia circa horã sextã maximè mollichum inquietat, vt quædam febris instans, gruens tempore præstituto, ardentissimos æstus accensionum suarum solitis ac statutis horis animæ inferens ægrotanti.

Idẽ in eo. dem lib. i Experimento probatum est, acediæ impugnationem non declinando fugiendam, sed resistendo superandam.

Idẽ in eo. k Acedia est solitariis magis experta, & in eremo commorantibus infestior hostis ac frequens.

Aug. in li. l Torpor & ignauia dicunt, si lectioni con

continuato studio semper infissis, oculo- *de confli-*
rum caliginem incurris. Si indefinenter la *Et in vicio-*
crymas fundis, ipsos etiam oculos amittis. *rū & vir*
Si protelatis vigiliis psalmorum censum *tutū. 9.*
persoluis, infantiā capitis acquiris. Si quo-
tidiano labore te cōficis, ad opus spiritua-
le quando consurgis?

m Pigritia, est animi inertia vel fatiga- *Tullius de*
tio, qua quis bonum inchoatum consum- *Tuscula-*
mare fastidit. *nis quæf.*

n Luxurioso frugalitas pœna est, pigro *Senec. epi-*
supplicij loco labor est, desidioso studere, *sto. 72.*
torqueri est.

o Non putant desidiosi posse fieri quic- *Ibidem.*
quam, quod facere non possunt, ex infirmi-
tate sua de virtute ferunt sententiā. Nam
hæc, ad quæ imbecilles sumus, dura atque
intoleranda credimus, tormenta reputan-
tes, vino carere, aut prima luce excitari,
non ista difficilia sunt, sed nos fluidi &
enerues sumus.

p Malè mihi esse malo, quàm molliter. *Sen. 33. epist.*
Si mollis es, paulatim effœminatur ani- *sto.*
mus, atque in similitudinem otij sui & pi-
gritiæ, in qua iacet, soluitur, dormiō mi-
nimum, & breuissimo somno vtor, satis
est mihi vigilare desiisse. Aliquādo me dor-
misse scio, aliquando suspicor.

q Nihil agere, semp infelici est optimū. *Se. in pi.*

Adiutorium.

- Augu. de doctrina Christiana lib. 1.* **a** **H**omines omnes æquè diligenti sunt sed omnibus si prodesse non possis, his potissimàm subueniendum est, qui pro locorum & temporum, vel quarumlibet rerum opportunitatibus cōstrētis, tibi quasi quadam sorte vniuntur.
- Augus. de vera reli.* **b** Hæc lex est diuinæ providentiæ, vt nemo à superioribus adiuuetur ad cognoscendam gratiam Dei, qui non ad eandem puro affectu inferiores adiuuerit.
- Augus. de ser. in mō te. lib. 1.* **c** Iustum consilium est, vt qui se à potiori vult adiuuari, adiuuet & inferiorem, si est ipse potentior.
- Augus. de ver. apo= stoli. 120.* **d** Nihil sic probat amicum, sicut onera amici portare.
- Augus. in quadã e= pi. ad Hic.* **e** Eleganter dictum est, cùm quis in putrum cecidisset, & aqua eum suffocaret, accersit alius, & eo viso admirans ait, quomodo huc cecidisti? Obsecro inquit, cogita quomodo hinc me liberares, non quomodo huc ceciderim, quæras.
- Am. in ser.* **f** Non facilè inueniuntur in aduersitate præsidia, quæ non fuerunt in pace quæsitæ.
- Ambr. de offic.* **g** Necessitates aliorum quantum possumus, iuuemus, & plus interdū, quàm possumus. Nihil tam secundum naturam est, quàm iuuare consortem naturæ.
- Ambro. de offi. lib. 3o* **h** Si nō potest alteri subueniri, nisi alter

lædatur, commodius est neutrum iuvari,
quàm grauari alterum.

i Vult enim Deus vnumquemque alte- *Hic. 7. eph.*
rius angustias, vt proprias sentire, & quo-
modo tibi in tali tribulatione, si esset, sub-
ueniri cuperet, ita ipse alteri propter Deū
subuenire non postponat.

k Impudens postulatio tempore neces- *Hic. super*
sitatis & angustię ab eo querere auxilium, *Hic. li. 1.*
quem in prosperitate contempseris. *sup illud:*

l Habens loquendi locum apud diuitē, *In tēpore*
damnationem pro retento talento timeat, *afflictōis*
si non apud eum, sicut valet, pro pauperi- *dicit. sur-*
bus intercedat. *ge &c.*

m Habens intellectum, curet omnino *Gre. 3. ho.*
ne taceat, habens rerum affluentiam, à mi- *Gre. 1. qua*
sericordia non torpescat, habens artē, qua *dā ho. su-*
regitur, vsum illius cum proximo partia- *per para-*
tur, habens loquendi locum apud diuitem, *bolam ta-*
pro pauperibus intercedat: alēti enim no- *lento.*
mine cui libet reputabitur quod etiam mi-
nimum accepit.

n Qui potest emendare & negligit, par *Grego. in*
ticipem se proculdubio constituit: qui al- *regi.*
terius bonum adiuuat, suum facit.

o Minus proximum amare conuinci- *Gre. 3. ho.*
tur, qui non cum eo in necessitate illius, ea
quę sunt sibi necessaria, partitur.

p Tunc amor tuus ad te ipsum temperās *Ben. de dō*
erit

Iigendo erit, & iustus, si quod propriis subtrahitur
Deo. voluptatibus, fratris necessitatibus nō ne-
 getur: sic amor socialis efficiatur, quum in
 commune protrahitur.

Cas. i qua q Oleum pietatis & miserationis vnguē-
dam epis. tum, quanto copiosius in fraternas neces-
 sitates effunditur, tanto donis potioribus
 augmentatur.

Ibidem. r Age sic aliud, vt tuum non obliuiscas
 ris negotiū, amicis ita enim prodesse de-
 bemus, vt nobis non noceamus.

Cassi. sup s Quid tibi fidelissime opus sunt arma,
psal. 55. qui habere talia p̄baris auxilia: ipse enim
 pro te pugnat, cui nullus resistit, ipse in-
 sequitur, quem nullus declinat.

Cas. i qua t Gratum debet esse subsidium, cuius
dam epis. solutum magis soluenti crescit in commo-
 dum, quā suscipienti proficiat in augmē-
 tum: & quod dantem iuuat, & accipientem
 pro temporis necessitate lætificat: vt sic in
 vna mercatione, quod raro solet emerge-
 re, vterque videatur desiderata commoda
 percepisse.

Aure. in v. Satis ibi vacillat, humanum studium,
quodā ser. vbi non requiritur Dei auxilium.

Sen. de be x Homini iucundo & probō miserrimū
nesce. est, si eū adiuuare oportet, quē non iuuat.

Se. in pu. y Habet in aduersis auxilia, qui in pro-
 speris commodat.

a b Qui succurrere perituro potest, quū *Ibidem*
non succurrit, occidit.

a c Nemo non quum alteri prodest, sibi *Sene. 82.*
profuit, virtutum omnium pretium in ipsis *epist.*
est, rectè fecisse, facti merces est.

a d Succurrere paupertati amicorum stu *Sene. in li.*
de, imò potiùs occurrere. *de mo.*

a e Pœnã, à quo merueris, frustra peris au *Ibidem.*
xilium. Ab alio expecta, alteri quod feceris.

a f Fructus ingenij & virtutis omnise; *Tullius de*
præstantiæ tunc maximus capitur, quum *amic.*
in proximum quemque confertur.

Vide etiam in tit. Desperatio, litera e. in
tit. Dilectio, litera g. in tit. Misericordia, li
tera d. in tit. Tribulatio, litera h.

Aduentus Domini.

a **N**VLLA causa veniendi Christo Do- *Augu. sup*
mino, nisi peccatores saluos face *Ioã. & in*
re. Tolle morbos, tolle vulnera, & nulla *glo. 1. Ti.*
causa est medicinæ. Venit ergo de cœlo *moth. 5.*
magnus medicus, quia per totum vbiq̃ue
iacebat ægrotus. Genus ergo humanum to
tum perierat, ex quo peccauit vnus, in quo
totum erat, ideò venit vnus sine pecca
to, qui saluos faceret omnes sine peccato.
Non enim eum de cœlo ad terram merita
nostra, sed peccata traxerunt.

b Pater & filius & spiritus veniunt ad *Augu. sup*
nos, dum venimus ad eos: veniunt subue *Ioannem.*
niendo

niendo, veniunt illuminando: veniunt
obediendo, venimus metuendo, veniunt
implendo, venimus capiendo.

*Amb. sup
per Lucã.* c Hoc tempus non sine causa Domini
aduentus vocatur. ideò enim sancti patres
celebrare cœperunt aduentum, vt se vnus-
quisque præparet fidelis & emendet, vt di-
gnè Dei sui natiuitatem valeat celebrare.

Amb. ibi. d Ille iustus venit ad nos peccatores, vt
ex peccatoribus faceret iustos: pius venit
ad impios, vt nos pios: humilis venit ad su-
perbos, vt ex superbis faceret humiles.

*Amb. sup
1. Thessa-
lo. 1.* e Non priùs veniet Dominus, quàm re-
gni Romani defectio fiat, & appareat An-
tichristus, qui interficiat sanctos, reddita
Romanis libertate sub suo rãtum nomine.

*Hic super
Matth.* f Signum aduentus dominici est, in to-
to orbe euangelium prædicari, vt nullus
sit excusabilis, quòd aut iam completum
est, aut in breui credo complendum, non
enim puto aliquam remansisse gentè, quæ
Christi nomen ignoret.

*Ber. 5 ser.
de aduen.* g Dignũ est fratres vt tota deuotione
Domini celebremus aduentum, delectati
tanta consolatione, superfacti tãta digna-
tione, inflammati tanta dilectione, nec so-
lùm cogitemus aduentũ quo venit & qua-
re, quia saluũ faceret quod perierat, sed &
illũ nihilominus quo veniet, & assumet
nos

nos ad seipsum, ut circa hos duos adventus iugi meditatione versetur, ruminantes in cordibus nostris quantum in priore præstiterit, quantum promiserit in secundo.

h Venio ut errantes corrigam, & infirmantes adiuuē, & dubitantes in fide cōfirmem, & bene agentium fructibus perfectis quasi suauissimis pascam, & certates ab hostium defendā insidiis, & victores hostium, in ortum perpetuæ visionis meæ corona munerem.

Vide etiam in tit. Antichristus litera k. & m. in titu. Incarnatio, & in titu. Iudex. litera d e n o s x y. ab ac æ. in tit. Mors. litera i. in titu. Resurrectio. h. & k.

Adulatio.

a **A** Dulatio est fallaci laude seductio. *Augu. sua per psal.*
 b **A** Duo sunt genera persecutorum, scilicet vituperantium & adulantium: sed plus persequitur lingua adulatoris, quam manus persequentis. *Augu. supra per. psalmu. 59.*

c Falsa laus adulatoris & simulata dilectio mentes à rigore veritatis emollit. *Aug. ibid.*

d Sicut sumenda sunt amara salubria, ita semper vitanda est perniciofa dulcedo. *Augu. de doctrina*

e Sicut adulantes amici peruertunt, sic inimici litigantes plerunque corrigunt. *Christia. Aug. 9. li.*

f Adulantium linguæ ligant homines in peccatis, delectat enim ea facere, in quibus non solum non metuitur reprehensio. *Augu. sua per psal. 9.*
 for

for, sed etiam laudatur operator.

Aug. 2. de trinitate. g Magis optabo à quolibet reprehendi, quam ab adulante laudari. Nullus enim reprehensor formidandus est amatorì veritatis. Laudator verò errat, & confirmat errorem.

Amb. li. 1. de offic. h Emolliri adulationibus nō solūm fortitudinis nō esse, sed etiā ignaviæ videtur.
Hie i. epi. ad Deme triadem. i Beata mens quæ nec adulatur aliquando, nec adulanti credit, quæ nec decipit aliterum, nec ipsa decipitur, denique nec malum facit, aliquando nec patitur.

Hiero. ad Celantiã. k Isto maxime tempore regnat vitium adulationis, quòdque est gravissimū: quia humilitatis ac benevolentiæ loco ducitur, & ita fit, vt qui adulari nescit, aut invidus aut superbus reputetur.

Hie. ibid. l Rumusculos & gulosos & palpantes adultores quasi hostes fuge.

Hie. i. epi. 121. ad Sabinianū. m Natali ducimur malo, & adulatoribus nostris libenter fauemus, & quanquã respondeamus nos indignos, & calidus rubor ora perfundat, tamen ad laudem suam anima intrinsecus lætatur.

Hie. super psal. n Nihil est quod tam facile corrumpat mētes hominum, sicut adulatio. plus enim nocet lingua adulatoris, quã gladius per-

Hie. super secutoris.

Isa. lib. 7. o Non sic adulandum est principibus, vt sanct

sanctarum scripturarum veritas negligatur, nec generalis increpatio, vnius personæ iniuria est.

p Ne credas laudatoribus tuis, imò irrisoribus aurem ne libenter accōmodes, qui quum te adulationibus fouerint, & quum te impotentem mentis effecerint, si subito respexeris, deprehendes post te, colla incuruari, aut manu auriculas agitari asini, aut æstuantem canis protendi linguam.

q Nos ad patriam festinantes, mortiferos Syrenarum cantus surda aure transire debemus.

r Impingat caput oleum peccatoris, quū demulcet mentem fauor adulantis.

l Quisquis malè viuentibus adulatur, puluillum sub capite iacentis ponit: vt qui corripitur ex culpa debuerat, in ea fulcitur laude quiescat.

t Adulatio si ad tempus patienter suscipitur, augetur, & paulisper demulcet animū, vt angore suæ certitudinis in dilectione sermonis: sed ne crescere valeat, statim quum fit, sine mora finienda est.

v Qui auditis blanditiis in altum se extollit, quid aliud, quàm aurum reprobum fuit, quod fornax igne consumpsit?

x Qui de amore non venit honor, non honor, sed adulatio est.

*Hic. in es
pi. ad R. u.
sticū mo-
nachum.*

*Hierony.
in quadā
epist.*

*Greg. ho.
12. super
euang.*

*Greg. su-
per Exec.
hom. II.*

*Greg. ibi.
super Exe-
chiel.*

Greg. ibi.

*Bern. su-
per cant.*

Chrysim y Adulator omnis virtutis inimicus est,
Polycra- & quasi clauum figit in oculo illius, cum
tico de re quo sermonem conferit: eoque magis ca-
stigijs phi uendus est, quo sub amantis specie nocere
iosop. li. 3. non desinit, donec rationis obtundat acu-
 re, & modicum illud luminis, quod adesse
 videbatur, extinguat.

Chrysof. z Sicut finis Oratoris est, dictione per-
 suasisse, & Medici, medicina curasse: sic adu-
 latoris est finis, suauiloquio decepisse.

Origen. 1. & Cū aliquis actus mori huius populi,
homi. s. ut placeat eis, quibus aures pruriunt loqui-
per Ezech. tur, quæ gratanter accipiant, loquitur quæ
 vicina sunt voluptati, talis magister con-
 sult cervicalia sub omni cubito manus.

Orig. ibi. a a Qui ad voluntatem meditata depor-
 tant, & illa semper inquirunt, quæ dele-
 stent potius audientes, quam conuertant
 à vitis, faciunt velamina super caput.

Beda su- a b Ipsa peccati nutrix adulatio, quæ si-
per Lucā, cut oleum flammis in culpa ardentibus so-
lib. 2. let administrare fomentum.

a c Adulator est, qui tacet & dat consen-
 sum, ne offendat illum, quem credit habe-
 re proprium.

Hugo. de a d Adulator amicus in obsequio, hostis
san. Viét. in animo compris in verbo, turpis in fa-
 cto, latus ad prospera, fragilis ad aduersa,
 inflatus ad obsequia, anxius ad oppro-
 bria

bria, immoderatus ad gaudia, facilis ad humana, difficilis ad honesta.

a e Oleum peccatoris, est dilectio simulata verborum, quæ adulationibus & blandimentis nostras mētes velut olei pinguedo, libenter ingrediens, rigorem veritatis emollit, & ad noxias cogitationes amoris ficti, vel potius ostentationis perducit.

Cassio. sū per illud psalm.

Oleū peccatoris nō imping.

a f Ficti adulescentes quum cœnas diuitū captant, nihil prius meditātur, quàm illud quod putant gratisimum auditoribus fore. nam nec aliter impetrabunt quod petunt, nisi quasdam insidias auribus fecerint.

Cassio. in quadam epi.

a g Adulatio blanda omnibus applaudit, omnibus salve dicit, prodigos vocat liberales, auaros parcos & sapientes, lasciuos curiales, garrulos affabiles, obstinatos constantes, pigros maturos & graues. hæc sagitta leuiter volat, & citò infigitur.

Cassio. in quadam epist.

a h Vitiis semper seruiunt blandimenta, lenocinantur dulcia delictis, virtutibus vero austeras & fortia sunt amica.

Pet. ra. in quadam sermon.

a i Eliminat à palatiis adulatio veritatem, illi soli in magistratum gratiā admittuntur, qui palpant blanditiis, & aures famæ bibulas, calice Babylonis inebriant. Bene cum magistratibus ageretur, si scirēt inter adulationem & laudem distinguere. Sed caeca laudis ambitio plus credens alij

Pet. ra. in quadam ep.

de seipso, quàm sibi, vtrunque recipit indistinctè, ampliant eos beneficiis, quos torquere debuerunt, & à præsumptione adulandi suppliciis deterrere. Mordacissimus detractor in absentia nihil principaliter proponit, nisi quod placere existimat. Verba oris eius, iniquitas & dolus. Cùm enim fal correctionis in omni sacrificio acceptetur à Domino, mel in omni sacrificio reprobatur.

Alanus de complacentia sine de comquest. natura. a k Huius pestis pestilentia percutiunt principum laterales, palatini canes, adulationis artifices, fabri laudis, figuli falsitatis. Hi sunt, qui magniloqua commendationis tuba in diuitù auribus citharizant, qui mellicæ adulationis fauos foras eructant, qui vt emungât munera, caput diuitis oleo adulationis inungunt, prælatorum auribus puluina laudum subiiciunt, qui ab eorù palliis, aut fictitium puluerem excutiunt: aut vestem ficticiè deplumant implumem.

Alanus ibi. a l Isti penes munera, laudes, penes dona, fauores, penes pretium, præconia famæ blandimentis constituunt.

Alanus ibidem. a m Quid ergo adulationis vinctio, nisi domorum emunctio? Quid cōmendationis allusio, nisi prælatorum delusio? Quid laudis arrisio, nisi eorundem derisio?

Alanus ibidem. a n Adulatores à voluntate vultum, ab animo.

animo verbum, à mente linguã, ab intellectu loquelam amplo diffentionis interuallo diffibulant, plerunque enim exterius plausibiliter applaudēdo collaudant, quos interius contradictoria derisione defraudant, foris vultu applaudunt virgineo, intus scorpionis pungunt aculeo, foris adulationis mellicos compluunt imbres, intus detractiois euomunt tempestates.

a o Diogenes Syracusis cum olera ei lauanti Aristippus dixisset, si Dionysio adulari velles, ista non ederes. imò inquit, si tu ista edere velles, Dionysio non adulareris. hæc veridicus veritatis annuntiator, malens oleribus sustentari, quàm magistratibus adulari. *Valer. max. xi. lib. 4. de modesto ratio ro.*

a p A turba quantum potes te separa, ne adulatoribus latus præbeas. Artifices sunt ad capiendos superiores, par illis etiam si bene caueris, non eris. Sed mihi crede, si capiaris, ipse te trades. Habent hoc in se naturaliter blanditiæ, etiam quum reiiciuntur, placēt, sæpe exclusæ nouissimè recipiuntur. hoc enim ipsum imputant quod repellūt, & subiici quidem nec contumelia possunt. *Seneca de Tuscul. questio. lib. 8.*

a q Citò nobis placemus, si inuenimus, qui nos bonos viros dicant, qui prudentes, qui sanctos. Non sumus modica laudatione contenti, quicquid in nos adulatio sine *Seneca 60. epist.*

pu-
dore congeſſit, tanquam debitum pre-
dimus, optimos nos eſſe & ſanctiſſimos
aſſirmantibus aſſentimur, cum ſciamus ſæ-
pe illos mentiri. Adeò quoque indulgemus
nobis, vt laudari veſimus in id, cui contra-
ria tamen maxime facimus.

Senec. ibid. a r Alexander cum in obſidione cuiuſdã
urbis circuiſſet muros, ictu ſagittę percuſ-
ſus, cum reſpreſſo ſanguine ſicci vulneris
dolor creſceret, & crus obſtupiſſet, co-
ctus abſiſtere, Omnes, inquit, iurant me eſ-
ſe filium Iouis, ſed vulnus hoc hominem
me eſſe clamat. Idem nos faciamus, dica-
múſque: Vos quidem dicitis me eſſe pru-
dentem, ego autem video quam multa in-
utilia concupiſcam, nocitura optem.

Senec. 77. epist. a ſ Intus teipſum conſidera, non qualis
ſis aliis credas. Plerunque boni inepti &
inertes vocantur: mihi contingat iſte deri-
ſus. Aequo animo audienda ſunt imperi-
torum conuitia, & ad honeſta vadenti con-
tinendus eſt iſte contemptus.

Senec. 43. epist. a t Adulatio apertis & propitiis auribus
recipitur, in præcordia ima deſcendit, ve-
nit ad me pro amico, blandus inimicus.

Senec. 21. epist. a v O te felicem hominem, ſi nihil ha-
bes, propter quod quiſquam tibi mentia-
tur, niſi quum iam etiam cauſa ſublata eſt,
mëritur cõſuetudinis cauſa, adulator blan-
dus

das consilium dabit, quod deliberanti gratius fore suspicabitur. Cassæ fidei sunt qui iugiter blandiuntur.

a x Adulatio quàm similis est amicitiæ? *Sen. in epi.*
 non imitatur tantùm illam, sed vincit & præcedit, eo ipso gratiosos facit, quo lædit. Vitia nobis sub virtutum nomine obrepunt: temeritas sub titulo fortitudinis latet, moderatio vocatur ignavia: pro cauto timidus accipitur, in his magno periculo erramus.

a y Monstrato tibi cuius rei inopia laborant magna fastidia, quid omnia possidentibus desit, vnum scilicet verum dicat, dum nemo ex animi sui sententia dicit & suadet: sed adulandi certamen est vnum amicorum omnium officium. *Se. in epi.*

a z Malum hominem blandem loquentem, agnosce tuum laqueum esse. Habet enim suum venenum blanda oratio: Diogenes cuidam laudanti dixit: Adulator desine vtrunque facere, nihil proficis, cùm te intelligam. *Se. in epi.*

Vide etiam in tit. Amicitia, bk ci. correctio, m bg. error b laus. a. s. prædicatio o veritas i k, Christus m.

Advocati.

Augu. in

a **N**on ideo debet iudex vendere iustum iudicium, aut testis verum testi- *epistol. ad Maced.*

monium, quia vēdit aduocatus iustum patrocīnium, aut peritus verum cōsiliū. Illi enim inter vtranque partem ad examen adhibentur, isti ex vna consistunt.

Aug. in quodā sermo. b Nihil impudentius arrogantia aduocatorum, qui garrulitatem, auctoritatem putant, & parati ad lites, in subiectos tumidē intonant.

Ambr. in sermo. c Iustē aduocato dicitur: Redde quod accepisti, quoniam contra veritatem fecisti, iniquitati adfuisti, iudicē fefellisti, iustam causam oppressisti, de falsitate vicisti.

Greg. super Exe. d Iustus aduocatus à nullo iniustas causas accipit, nec verba dare pro iustitia sustinet.

Bern. de cōsidera. e Verbosum aduocatum & studentem eloquentiæ, cūm sapientiæ sit inanis, non aliud, quàm iustitiæ hostem reputes.

Ber. ibid. f Hi sunt, qui docuerunt linguas loqui grandia, quum operantur exigua, largissimi promissores, paucissimi exhibitores, disertī aduersus iustitiam, eruditi pro falsitate, sapientes sunt vt faciant malum, bene autem facere nesciunt.

Ber. ibid. g Verbosus aduocatus aut rumpetur, aut loquetur, plenus est sermonibus, coarctatus est spiritus vteri sui, esurit & sitit auditores, quibus iactitet vanitates, & habita opportunitate loquendi, si de literis agitur

tur, noua profert & vetera, volant sententia, resonant verba ampullosa, interrogantem praeuenit, & quaerenti non responder.

h Miror nanque quomodo religiosae *Bern. ad*
 aures tuae audire sustinent huiusmodi di- *Eugenii*
 sputationes aduocatorum & pugnas ver- *papae lib.*
 borum, quae magis ad subuersionem, quam *1. cap. 9.*
 ad inuentionem proficiunt veritatis. Nihil enim ita absque labore manifestam facit veritatem, sicut breuis & pura narratio. Praescinde ergo linguas vaniloquas, & labia dolosa claude. Hi sunt, qui docuerunt linguas suas loqui mendacium, disertis aduersus iustitiam, eruditi pro falsitate, sapientes sunt, ut faciant malum, eloquentes ut impugnent verum.

i Ranarum significant clamorosas aduocatorum allegationes, quae inani & inflata modulatione velut ranarum sonis & cantibus mundo deceptionis fabulas intulerunt. Ad nihil enim aliud utiles, nisi quod sonum vocis improbis & importunis clamoribus reddunt.

k Antiqui forensem eloquentiam, caninam facundiam nuncupabant, eò quod causidici in certaminibus causarum, omnis quae agunt, veluti canes alterutrum lacerant.

l Irritare, à canibus tractum est, quorum latratibus r sonat plurimum.

Ori super illud Exo di. 8. Percutiã omnes terminos tuos ranis. Isi. 3. de summo bono. Sydonius. Cassio super illud psal. 73.

Irritat m Hi sunt, qui causas protendunt adhi-
aduersa- biter, impediunt prætermisſi, fastidiunt ad-
rius nomē moniti, obliuiscuntur locupletari. Hi sunt,
numm. qui emunt lites, vendūt interceſſiones, de-
 putant arbitros, iudicanda dictant, dictata
 conuellunt, attrahunt litigaturos, protra-
 hunt audiendos, retrahunt tranſigentes.

Cas. ibi. n Hi sunt, qui negant ciuitatibus indu-
 cias, mercatoribus nundinas, emptoribus
 menſuras, reuerentiam clericis, originem
 nobilibus, locum prioribus, cunctis iura,
 diſtinctis priuilegia, quibus nullum genus
 hominum, ordinum, temporum cordi eſt.

Casiod. o Hi sunt in conuiujs ſcurræ, in exactio-
 nibus harpyiæ, in colloctionibus beſtiæ,
 in quaſtionibus ſtaruæ, ad intelligendum
 faxei, ad iudicandum lignei, ad ignoſcen-
 dum ferrei, ad amicitias pardī, ad facetias
 vrſi, ad fallendum vulpes, ad ſuperbiendum
 tauri, & ad conſumendum minotauri.

Cas. ibid. p Hi sunt, quorum ſi nares aſſauerit cu-
 iuſquam rubiginofi aura marſupij, confe-
 ſtim videbis illic oculos Argi, & manus
 Briarei, & ſpyngarum vngues cum eo, &
 periuria Laomedontis, & Vlyxis argutias,
 & Sinonis fallacias, & fidem Polimneſto-
 ris, & pietatem pigri Leonis adhiberi.

Cas. ibid. q Quomodo inter armatos, argutos, tu-
 multuoſos, virtute, numero, contubernio
 pote

poterit ex æquo & bono solui inermis, abiectus, peregrinus pauper, audiri: vbi est gurges de futoribus fabularum, de concinatoribus carminum, de publicatoribus sinistrarum opinionum, qui cum nō habeāt opera propomis, spargunt verba pro foliis, & cum non adsit medulla sensuum, abundant spuma verborum.

r Apud cauidicos etiam ipsum silentium venale est, æ lingua eorum damnifica, nisi funibus argenteis ligetur.

f Si quis armatur pecunia, tanquam Ioricis argenteis, torrentis impetum Tulliani, fulgur incurfus Hæctorei, robur virtutis Herculeæ, versipelles Vlyxis vilipendit astutias. In tantum enim habēdi fames incanduit, vt dialecticæ muta sit subtilitas, Rhetoricæ languescat ciuilitas, vbi numorum perorat pluralitas.

t Si in aurē iudicis vel aduocati susurret pecunia, Orphei lyra, carmen Amphionis, musa Virgilij, voce pecuniæ suffocantur.

Quid plura? Vbi numus loquitur, Tulliani eloquij tuba raucescit: vbi numus militat, Hæctoreæ militiæ fulgura compescuntur: vbi pugnat pecunia, virtus expugnatur Herculeæ: numus vincit, numus regnat, numus imperat vniuersis.

v Nunquam deerit multiplex conuentus

falso

Cassio-ib.

*Alanus de cōquestione natu-
ra.*

*Alanus
ibidem.*

*Alanus
ibidem.*

*Alanus
ibidem.*

falsorū, si tantū præsentia fuerit humorū.

Tullius in prologo rhetori. x Postquam cōmoditas quædam praua virtutis imitatrix, sine rationabili officio dicendi copiam consecuta est, tunc ingenio freta, malitia peruertere vrbes, ac vitas hominum labefactare consuevit.

Inno. de vilitate cōditionis humana. y Sæpe causas tantum differūt, quòd litigantibus plus quàm totum auferūt, quia maior est expensarum sumptus, quàm sententiæ fructus: nec terminantur negotia pauperum coepta, quousq; eorū marsupia sint euacuata, cū tamē scriptum sit: Gratis accepistis, gratis date. Ipsi verò nec gratiam gratis dant, nec iustitiam iustè reddunt. Lucrum in arca, damnum in conscientia. Sed quid prodest homini, si totum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur?

Vide etiã in tit. adiutoriū l m, in tit. cōsiliū e, in tit. eloquentia, in tit. Iudex m a s, in tit. loquacitas f, i tit. tribulatio, a q.

Ambitio.

*Aug. sup
pt̄ psal.*

a **N**oluit Christus regnum terrenū cum superbia, quæ cathedra pestilentia: ideo recte dicitur, quia non fere quisquam est, qui careat amore dominandi, & humanam non appetat gloriam.

Aug. ibid.

b Quoties hominibus præesse desidero, toties Deo meo præire contendo.

c Aeru

c Aerugo mentis est appetētia dignitatum, si in his suprema spes vitæ præsentis *Amb. suo per Luc. lib. 3.* locetur. Resipiscat vnusquisque furore secularium dignitatum & cupiditatum, quæ mentem animûmque perturbant, vt compos sui esse non possit.

d Hoc ipso perniciosior ambitio, quòd *Amb. ibi.* blāda est consolatrix dignitatû: & sæpe quos vita nulla delectat, quos nulla potuit mouere luxuria, nulla auaritia subruere, facit ambitio criminosos. habet enim forensē gratiam domesticum periculum, & vt dominetur aliis prius seruit, curatur obsequio, vt honore donetur, & dum vult esse sublimior, fit remissior.

e Propè omnium criminum fontes, hæc *Ibidem.* tria monstrantur esse genera vitiorum: scilicet gula, iactantia & ambitio. Causæ autē cupiditatis sunt carnis delectatio, spes gulæ & auiditas potentiæ.

f Sicut is qui inuitatus renuit, quæsitus *Greg. in regi.* refugit, sacris est altaribus admouēdus, sic qui vltro ambit vel importunè se ingerit, est proculdubio repellendus, nam qui sic nititur ad altiora conscendere, quid agit, nisi vt crescendo decrescat: & ascendendo exterius, interius in profunda descendat?

g Ordinatè ad ordines accedendum est, *Greg. ibi.* nam casum appetit qui ad summa loci fastigia

stigia postpositis gradibus per abrupta
ascensum quærit.

Greg. lib. 1. h Quisquis sacerdotium non ad elatio-
nis culpam sed ad vtilitatem adipisci desi-
derat, prius vires suas cum eo quidem sub-
iturus onere metiatur, vt & impar absti-
neat, & ad id cum metu cui se sufficere exi-
stimat accedat.

*Grego. in
pastorali.* i Locus regiminis desiderantibus negan-
dus est, fugientibus offerendus. Virtutibus
ergo pollens coactus ad regimen veniat.

*Grego. in
re.* k Sicut toto desiderio debemus occupa-
tionem fugere, ita si desit qui præsidet, oc-
cupationis onus libenti necesse est animo
subuenire.

*Ber. in ep.
adh. sen.* l Multi non tanta fiducia & alacritate
currerent ad honores, si & se sentirent onere
grauari, metuerent, nec cum tanto labo-
re & periculo quarumlibet affectarent in-
fulas dignitatum. Nunc verò quia sola at-
tenditur gloria, & non pœna, purum esse
clericum erubescitur in ecclesia, sese viles
æstimant, & inquilinos, qui quocumque
eminentiori loco non fuerint sublimati.

*Ber. de cõ
sideratione
ad En.
ge. lib. 3.* m An non limina apostolorum amplius
ambitio, quàm deuotio terit? an non voci-
bus eius nostrum tota die resultat pala-
tium? an non quæstionibus eius tota legum
canonumque disciplina insudat? an non

spoliis eius tota Italia inhiat inexplibili
aviditate: non quòd valde Romani curent,
quo sine res terminentur, sed quia diligunt
munera, sequuntur retributiones, nudè
nuda loquar, non detego verenda, sed in-
uerecunda confuto.

n O ambitio, ambientium crux, quomo- *Ber. de cō-*
do omnes torques? omnibus places, nil *sive. lib. 3.*
acrius cruciat, nil molestius inquietat, nil *De cruce*
tamen apud miseros mortales celebrius *diaboli et*
negotii eius. *mundi*

o Ambitio futile malum, secretum virus, *agit. sed*
peffis occulta, doli artifex, mater hypocri- *de numaa*
sis, liuoris parens, vitiorum origo, tineas *ta.*
sanctitatis, excæatrix cordium, ex reme- *Bern. in*
diis morbos creans, ex medicina languo- *ser. qua*
rem generans. *dragefi.*

p Potestatis ambitio angelum felicitate *Bern. in*
angelica priuauit scientiæ appetitus homi- *quodam*
nem immortalitatis gloria spoliauit. Non *sermo.*
Euam cibus deflexerat, non mandatorum
destituerat obliuio, sed promissi honoris
ambitio illecebrosa decepit.

q Omnis adeundi honoris ecclesiastici *Orige. su-*
abscinderetur ambitio, si se iudicandos po- *per epist.*
tius, quàm iudicatuos, hi qui præesse vo- *ad Ro.*
lunt populis, cogitarent.

r Ambitio, est quædam Simia charitatis, *Pet. rauē.*
charitas enim patiens est pro æternis, ambi *in ser.*

rio patitur omnia pro caducis. Charitas benigna est pauperibus, ambitio diuitibus. Charitas omnia suffert pro veritate, ambitio pro vanitate: vtraque omnia credit, omnia sperat, sed longè dissimili modo.

Inno. de vilitate conditio- humana. s Ambitiosus semper est pavidus, semper attentus ne dicat quod displiceat, humilitatem simulat, honestatem mentitur, affabilitatem exhibet, benignitatem ostendit, subsequitur & obsequitur, cunctos honorat, vniuersis inclinatur, frequentat curias, visitat optimates, assurgit & amplexatur, applaudit & adulatur. Vnde nouit istud poëticum: Et si nullus erit puluis, puluerem tamen excute nullum.

Idem. t Ambitiosus promptus & feruidus, vbi placere cognouerit, remissus & tepidus vbi putauerit displicere. Improbat mala, detestatur iniqua, sed alia cum aliis probat & improbat vt iudicetur idoneus, vt reputetur acceptus, vt laudetur ab omnibus, vt à singulis approbetur. Sed ecce grauem intra se sustinet pugnam difficilèmq; conflictum, dum iniquitas pulsat animam, ambitio cōtinet manū, & quod illa suggerit, hæc fieri non permittit. Colludunt ad inuicem mater & filia iniquitas & ambitio. hæc vendicat sibi publicum, illa secretum.

v Ambitiosus statim vt est ad honorem *Immo. ibi.*
 promotus, in superbiâ extollitur, in iactân-
 tiam effrænatur, non curat prodelle, sed
 gloriatur præesse, præsumit se meliorem,
 quia cernit se superiorē, priores dedigna-
 tur amicos, notos ignorat, externos comi-
 tatur, contēnit antiquos, vultum auertit,
 cervicem erigit, fastum ostendit, grandia
 loquitur, sublimia meditatur, subesse non
 patitur, præesse molitur, subditis onero-
 sus, omnibus infestus, præceps, molestus,
 arrogans, grauis & importunus.

x Ambitio multos mortales falsos fieri *Tullius in*
 coëgit, aliud clausum in pectore, aliud in *rhetoric.*
 lingua prōptum habere, amicitias inimi-
 citiâsque non ex re, sed ex comodo æsti-
 mare, magis que vultum quàm ingenium
 bonum habere. Est autē in hoc genere hoc
 molestum, quòd in magnanimis & mu-
 nificis, sæpius incidit potentix cupiditas.

y Dulcedine gloriæ, gloriosum Alexan- *Vale. Ma*
 dri pectus insatiabilis laudis amor acce- *xi. lib. i.*
 pit, qui Anaxarcho comiti suo ex aucto-
 ritate Democriti præceptoris sui innu-
 merabiles mūdōs esse referenti, Heu me:
 inquit, miserum, qui ne vno quidem ad-
 huc sum positus. Angusta homini posses-
 sio gloriæ fuit, quæ deorum omnium do-
 micilio sufficit.

Senec. 88. epistola. z Grauiſſimum genus egeſtatis, in diu-
tiis inopia. Relinque ambitionem timida
res eſt, vana, vêtôſa, nullũ habet terminum
tam ſolicita ne quenquam ante ſe videat,
quàm ne ſe, laborat inuidia. Vides autem
quàm miſer ſit is cui inuidetur & inuidet,
& acrior eſt cupiditas, quo illam amplio-
ris rei ſpes euocat.

*Senec. in
epiſ.* a a Acquẽ ambitio nõ patitur quenquã
in ea mẽſura beatorum conqueſcere, qua
quondam fuit eius impudẽs votum: nemo
agit de tribunatu gratias, ſed conqueritur
quòd non eſt ad præturam uſque perdu-
ctus. Si deſit conſulatus, nec hoc quidẽ ſuf-
ficit ſi vnus eſt vltra, cupiditas enim non
vnde venerit reſpicit: ſed quò tendit.

Se. de be. a b Nũquã improbẽ ſpei quod datur ſa-
tis eſt, omnia meruiſſe ſe exiſtimat, nec ſa-
tis pretio eſtimatũ putat. Maiora enim cu-
pimus quò maiora venerint, intentiõque
conciſſior eſt. Ambitio ſiue cupiditas in
magnarum opum congeſtu collocata vt
flammæ infinita vis acrior eſt, quo ex ma-
iore incendio emicuit.

*Senec. 23.
epiſ.* a c Sic eſt de ambitione, quomodo de
amica conquerũtur homines. Si verum af-
ſe rũ inſpicias non odiũt, ſed litigãt. vide-
bis voluntariam eſſe illis in eo moram,
quòd agreſſe ipſos & miſerẽ loquũtur,
pec

peccatores enim conquerentur de molestiis amicæ, nec tamen dimittunt, & ambitionis, nec tamen eam dimittunt,

Vide etiã in tit. cupiditas a f. a g. in tit. discretio e, in tit. gloria vana z ab. ah. ak. al, in titu. honor, pax o, in tit. prælatio ad. ag. ai. a q. b r. bs. cm. ch.

Amicitia.

a **N**escio utrũ Christianę amicitie *Augu. in epist. ad Hierony.* putãde sint, in quibus magis valet vulgare puerbiũ: Obsequiũ amicos, veritas odium parit, quã ecclesiasticũ: Meliora sunt vulnera diligentis, quã fraudulenta oscula odientis.

b Si voluntatem Dei quisque nosse desiderat, fiat amicus Deo, quia si voluntatem hominis nosse quisquã vellet, cuius amicus non esset, omnes eius impudentiã deriderent, non autem quisquã efficitur amicus Dei, nisi purgatissimis moribus. *Aug. contra Maniche. li. I.*

c Esto similis medico: medicus nõ amat ægotantem, si non odit ægritudinem, ut liberet ægotum, febrem persequitur. Nolite amare vitia amicorum vestrorum, si amatis amicos vestros. *Augu. in quodam ser.*

d Hęc est perfecta amicitia, qua potius potiora & minus minora diligimus. Sapientem animam & perfectã talẽ diligit, qualem videt. Illam stultam, non talẽ, sed quia

esse perfecta & sapiens potest, quia nec se ipsum debet quis stultū diligere. nam qui se diligit stultum, non proficiet ad sapientiam, nec fiet quisquam qualis cupit esse, nisi se oderit qualis est.

*Aug. libr. 82. questio-
stionum.* e Nullius repudiāda est amicitia sese in-
gerentis ad amicitia copulandā, nō vt sta-
tim recipiatur, sed vt recipiendus, optetur,
atque ita tractetur vt recipi possit. Illum
enim in amicitiam recipere debemus, cui
omnia nostra cōsilia refundere audeamus.

Aug. ibid. f Nihil sic probat amicum, quemadmo-
dum oneris amici supportatio. Nemo nisi
per amicitiam cognoscitur. & ideo amico-
rum mala firmiter sustinemus, quia bona
eorum nos delectant & tenent.

*Aug. 9. cō-
fessionū.* g Sicut amici aduantes peruertunt, sic
inimici litigantes plerunque corrigunt.

Aug. ibi. h Non omnis, qui parcat, amicus est, nec
oīs q̄ verberat, inimicus. Melius est cū se-
ueritate diligere, quā cū lenitate decipere.

*Augus. in
quodam
ser.* i Sunt quidā amici amicitia mala quæ
nec amicitia dicenda est, quia mala cōsciē-
tia facit. Sunt enim homines, qui pariter
mala committūt, & ideo vidētur sibi iūcti,
quia conscientia mala ligati sunt. Excepta
ista nefaria amicitia, est quædam amicitia
carnalis per similitudinem habitandi, col-
loquendi, simul conuersādi, vt tristetur

vnus, quum deseritur ab amico, cum quo solet colloqui & habere coniunctionem, conueniunt duo, ambulant secū triduo, & iam nolunt à se recedere, & ista quidem amicitia est honesta, sed est consuetudinis non rationis. habent enim illā & pecora. Duo equi manducant simul, desiderant se ad aliā diem, præcedit vnus, festinat alter desiderās quasi amicū suum, vix regitur à possessore, & tādū se impetu suo prouocat, quousque ad aliū perueniat. Et est alia amicitia superior non consuetudinis, sed rationis, qua diligimus hominem propter fidē, & mutuam beneuolentiam in ista vita mortali, ac superius quicquid inuenimus diuinum esse, incipiat homo amare & non amabit in homine, nisi Deum.

k Nō enim propterea debes amare ami- *Aug. ibid.*
cū vt aliquid tibi præstet, vt pecuniam vel aliquid cōmodi temporalis, nō illū amas, sed id quod tibi præstat. amicus gratis amā- dus est, propter se, non propter aliud. Si autem coarctat te amicitie regula, vt gratis diligas, quā gratis amā- dus est Deus, qui iubet vt hominem diligas? Nihil delectabilius Deo.

l Solatiū huius vitæ est, vt habeas cui pe- *Ambro. de*
ctus tuum aperias, cui arcana communi- *officijs. li-*
ces, cui secreta tui pectoris committas, vt *bro 3.*

colloces tibi fidelem virum, qui in prosperis gratuletur tibi, in tristibus cōpatiatur, in persecutionibus adhortetur, facilis vox & communis, tuus sum totus, sed paucioris est effectus.

Idem. m Virtus, est amicitia, nō quæstus, quia non pecunia paratur, sed gratia, nec cōcertatione beneuolentiæ. Meliores amicitia sunt inopum plerunque, quàm diuitem, & frequenter diuites sine amicis sunt, quibus abundāt pauperes. Non est vera amicitia, vbi est fallax adulatio.

Ambr. de offic. mona. lib. 3. n Obiurget amicus amicū, nō iactantiæ studio, sed affectu charitatis, neq; admonitio aspera sit, nec obiurgatio cōtumeliosa.

Ambr. ibi. o Si quid vitii in amico cognoueris, corripe occultè, si non audierit, corripe palàm: errantem amicum corripere, incorrigentem animo deferas.

Amb. ibi. de offic. p Defer amico, vt æquali: nec te pudeat si præuenias amicum in ofñcio. Amicitia enim superbiam nescit. Nam sicut amoris est deferre, ita qui odit, quæstiones mouet, & qui amat, defert reuerentiam.

Hiero. in epist. ad Paulin. q Vera illa amicitia est, & Christi gluti no copulata, quã nō vtilitas rei familiaris, non præsentia corporum tantùm, nō subdola & palpans adulatio, sed Dei timor & diuinarum scripturarum cōciliant studia.

r Amicitia paré aut facit aut accipit. Vbi *Hiero. in*
 inæqualitas & alterius eminentia, alterius *per Mich.*
 subiectio, ibi non tã amicitia quàm adula- *proph.*
 tio est. Vnde & alibi legimus, Sit amicus
 eadem anima. & Lyricus pro amico pre-
 cans, Serues, inquit, animæ dimidiũ meæ.

s Delicata est amicitia, quæ amicorum *Hier. ibi.*
 felicitatem & diuitias sequitur.

t Obsecro te, ne amicum qui diu qua- *Hiero. in*
 ritur, vix inuenitur, difficile seruatur, pa- *epist. ad*
 ritur cum oculis, mentè amittas. *Ruffinũ.*

v In amicis non res quaritur, sed volun- *Hiero. ad*
 tas, quia & alterũ ab amicis sæpe præbe- *Deme-*
 tur, alterum sola charitas tribuit. eadem *triadem.*
 velle & eadem nolle firma amicitia est.

x De amicitia omnis tollenda est suspi- *Hiero. in*
 cio, & sic cum amico quasi cum altero sese *epist.*
 loquuntur.

y Cũ incautè malorum amicitiiis iun- *Grego. in*
 gimur, eorum culpis ligamur, ab illo, qui *pastorali.*
 summè rectus est, eo ipso iã discrepat, quo
 malorum amicitiiis vita nostra concordat.

a b Philosophus sic inter hostes viuẽdũ *Crys. in*
 censuit, tanquã inter amicos, ac inter ami- *Polycra-*
 cos acsi in mediis hostibus viueretur. *tico lib. 3.*

a c Vbi amicitia permanet, nil facilè cre- *Chrys. in*
 ditur, nil facilè recipitur quod dissidium *per Mat-*
 possit operari. Si verò semel inimicitia *thæum.*
 occupauerint animos, omniã, quæ sunt,

quæ dicuntur, quæ audiuntur, ita recipiuntur, ut ad maiores proficiant inimicitias.

Ifid. lib. 3. de sũ. bon. ad Non sunt fideles in amicitia, quos munus, non gratia copulat, nam citò deserunt, nisi semper acceperint. Dilectio enim quæ munere glutinatur, eodem suspenso dissoluitur.

Ifido. ibid. ae Nonnunquam accidit, ut inter amicos aliqua redargutionis nutrita discordia maiorem postea charitatem parturiat, ut pote quum corriguntur ea, quæ displicere in amico videntur.

Ifid. lib. 3. de sum. bono. af Amicitia & prosperas res dulciores facit, & aduersas communiōe temperat, & leuiore reddidit, quia dum in tribulatione amici consolatio adiungitur, nec animus frangitur, & minus eadem patitur.

Ifid. ibid. ag In prosperitate incerta est amicitia, nescitur enim utrum persona an felicitas diligatur. Sæpe enim per simulationem colitur amicitia, ut qui nõ potuit aperte decipere, fraudulenter decipiat.

Ifid. de sũ mo bono. ah Sæpe propter honorẽ quorũdã mutantur & mores: & quos ante conglutinatos charitate habuerunt, postquam ad culmẽ honoris veniunt, amicos habere despiciunt.

Casio. in quadã epistola. ai Necessitas amicũ probat, & intimæ charitatis ardorem splendor exhibet: subventionis elucidat.

a k Nouæ dignitates veteres solēt ami- *Cass. ibid.*
 citias immutare. Creat enim cor nouum
 & nouos affectus nouæ dignitatis con-
 scientia. Diuites facti, paupertatis amicos,
 cum paupertate fastidiunt, ne quid penes
 eos de veteri videatur inopia resedisse.
 Semper enim apud indignos mores crescit
 cum potestate supercilium.

a l Qui verè amicus est, omni tempore *Cassio. in*
 diligit, nam eum tormētum non separat, *episto.*
 labor non laxat, thesaurus non superat,
 alienus amor non occupat.

a m Amicitia tantò certior est, quantò *Cassio. in*
 vetustior: quia facilè mutari non potest, *episto.*
 quod per longa secula custoditur.

a n Iustū est enim, vt qui amicus erat in *Cassio. ibi.*
 prosperis, amicitias p̄fiteatur in aduersis.

a o Sine amicis omnis cogitatio esset tæ *Cassio. in*
 dium, omnis operatio labor, omnis terra *epistol.*
 peregrinatio, omnis vita tormentum, sine
 quorum solatio, vitæ esset mori.

a p Amicus est, qui nobis vsu vitæ simi- *Cassio. su-*
 lis pio ac fideli iungitur. *per psal.*

a q Chara est vxor, dulces liberi, iocūdi *Val. lib. 5.*
 amici, accepti affines: sed postea cognitis
 nulla beneuolentia accedere debet, quæ
 priorem exhauriat.

a r Bias ita aiebat, homines in vsu ami- *Vale. ma-*
 citiæ versari, vt meminissēt eā ad grauissi- *xim. li. 7.*

mas in inimicitias posse cōverti. Quod quidem dictū prima facie nimis fortasse calidum videtur, inimicūmq; simplicitati: quia præcipuè familiaritas gaudet, sed si altioribus animis cogitatio demissa fuerit, perquam vtile reperietur.

Tul. de ami. a s Amicitia est diuinarū humanarūmq; rerū summa cum beneuolentia consensio.

Tul. de amic. a t Itaque ciues potiores quàm peregrini, propinqui quàm alieni. cum his enim amicitia natura ipsa peperit, sed ea non satis habet firmitatis, nam in hoc præstat amicitia propinquitati, quòd ex propinquitate beneuolentia tolli potest, ex amicitia non potest. Sublata enim beneuolentia, amicitia nomen tollitur, sed propinquitas manet.

Tul. ibid. a v Excepta sapientia nihil melius datū est homini à diis immortalibus amicitia. Quid enim dulcius, quàm habere cū quo omnia audeas sic loqui vt tecum? Quis esset tantus fructus in prosperis rebus, nisi haberes amicum, qui illis æquè ac tu ipse gauderet? Aduersas etiam ferre difficile esset, sine eo, qui illas grauius etiam quàm tu ferret.

Ibidem. a x Amicitia res plurimas cōtinet, quocūq; te verteris, præsto est, nullo loco excluditur, nunquàm intēpestiua, nunquàm mol

molesta est. Itaq; non aqua, non igne locis plurimis indigenus, quàm amicitia. Nam & secundas res splēdidiore facit & aduersas partiens communicānsque leuiore.

a y Amicitia absentes adsunt, egentes abundant, imbecilli valent, & quod difficile dictu est, mortui viuunt. *Tul. ibid.*

a z Si ex rerū natura amicitie cōiūctionē demeris, nec domus vlla, nec vrbs stare poterit, nec agricultura permanebit. Quanta etiā vis eius sit, ex dissensionibus atque discordiis percipi potest. Quæ enim domus tā stabilis, quæ tam firma est ciuitas, quæ non disidiis funditus possit euertere? *Ibidem.*

b a Si vtilitas amicitias conglutinet, eadem commutata dissoluet. sed quia natura mutari non potest, idcirco veræ amicitie sempiternæ sunt. *Tul. de ami.*

b c Nulla est excusatio peccati, si amici causa peccaueris: nam cū cōciliatrix amicitie virtutis opinio fuerit, difficile est amicitiam manere, si à virtute defeceris. *Ibidem.*

b d Hæc enim lex in amicitia sancitur, vt neque rogemus res turpes, neque rogati faciamus. Turpis enim excusatio hæc est, & minimè accipienda, tum in cæteris rebus, tum si quis contra Rempubicam se amici causa fecisse fateatur. *Ibidem.*

b e Præcipiendū est ergo bonis, vt si in huiusc

huiuscemodi amicitias ignari casu aliquo inciderint, ne existiment se ita alligatos, vt ab amicis in rempublicam peccantibus non discedant.

Ibidem. b f Quis est, qui velit omnibus opibus circumfluere, atque in tanta rerum abundãtia viuere, vt neque diligat quẽquã, neque ab vlllo diligatur? Hæc enim tyrannorum vita nimirũ, in qua nulla fides, nulla charitas, nulla stabilis beneuolentiæ potest esse fiducia. Solem igitur à mundo tollere videntur, qui amicitiam à vita tollunt.

Ibidem. b g Sunt igitur firmi & stabiles & constantes eligendi, cuius generis magna penuria, & iudicare difficile est, nisi sit experitum. ideo verum est id quod dicitur, modicos multos salis simul edendos esse, vt amicitia munus expletum sit.

Tol. ibid. b h Verus amicus nunquam reperietur. Est enim is qui est tanquã alter idem. sed plerique peruersè, ne dicam impudenter, habere talem amicum nolunt, quales ipsi esse non possunt, & quẽ ipsi non tribuunt amicis, hæc ab eis desiderant.

Tol. de ami. b i Multi diuitias despiciũt, quos paruo cõrentos tenuis victus cultusque delectat. Honores verò quorum cupiditate quidam inflammantur, quàm multi ita contẽnunt, vt nihil inanius, nihil esse leuius existi-
ment

ment. Itaque cætera, quæ quibusdam admirabilia videntur, per multi sunt qui pro nihilo putent. De amicitia omnes ad vnum idem sentiunt, & hi, qui se ad rempublicam contulerunt, & hi, qui rerum cognitione doctrinamque delectantur, & hi, qui suum negotium gerunt otiosi: postremo hi, qui se totos tradidère voluptatibus, sine amicitia vitam nullam esse sentiunt.

b k Cuius aures clausæ veritati sunt, ut *Tull. de*
ab amico verum audire nequeat, huius salutis desperanda est. Scitum est enim illud prouerbiū Catonis, Multò melius de quibusdam acerbos inimicos mereri, quàm eos inimicos, qui dulces vidètur, illos sæpe verum dicere, hos verò nunquam.

b l Nulla hæc est amicitia, quum alter *Tull. ibid.*
verum audire non vult, alter ad mentendum est paratus.

b m Qui fortunis alicuius inducti, amicitiam eius secuti sunt, hi simul ac fortuna *Tul. 2. rhe*
delapsa est, euolant oēs. quum enim recessit ea res quæ fuit consuetudinis causa, nihil superest quare possint in amicitia teneri. *to.*

b n Nam quem in amicitia perfidiosum *Ibidem.*
cognoueris esse, eum nunquam potes inter inimicitias confidum posse habere.

b o. Præclare scriptum est à Platone, nō *Tul. 1. de*
solum nobis nati sumus, ortusque nostri *offi.*
partem

partem patria vindicat, partē amici: atque
 ut placet Stoicis, quæ in terris gignuntur,
 ad vsum hominum omnia creati, homines
 autem hominum causa esse generatos, ut
 ipsi inter se, alii aliis prodesse possent.

*Senec. 63. epi. ad Lu-
 cil.* b p Sunt qui effusius morerent, quia ve-
 rentur ne dubium sit an amauerint. Sera iu-
 dicia sui affectus quærunt. Si habemus
 alios amicos, malè de his & meremur &
 existimamus, quia parum valent in vnus
 elati solatium. Si non habemus, maiorem
 iniuriam ipsi nobis facimus, quàm à for-
 tuna accepimus, illum vnum abstulit, nos
 quemque non facimus, deinde nec vnum
 quidem, nimis amauit, qui plusquàm vnum
 amare non potuit.

Sen. 3. epi. b q Post amicitiam credendum est, an-
 te iudicandum. Illi verò præpostere officia
 permiscet, qui cum amauerint, iudicant,
 & non amant, cum iudicauerint. Diu co-
 gita an tibi in amicitiam aliquis recipi-
 endus sit, quum placuerit fieri, toto illum
 pectore admitte, tam audacter cum illo
 loquere, quàm tecum. Cum amico omnes
 cogitationes tuas misce, fidelem si putaue-
 ris, facies.

Sen. ibid. b r Vera amicitia est, quæ non spes, non ti-
 mor, non utilitatis suæ cura auellit, multos
 tibi, qui non amicis, sed amicitia carue-

tunt: hoc non potest accidere, quum animos in societate honesta capiendi parvoluntas trahit: sciunt enim ipsos omnia habere cōmunia, & quidem magis aduersa.

b s Monstrabo tibi amatoris sine medicamento, sine herba, sine vllius veneficæ carmine. Si vis amari, amariocundius est amicū facere, quā habere, quomodo artificiocundius est pingere, quā pinxisse.

*Sene. in
episto. 6.*

b t. Qui amicus est, amat: qui amat, non utique amicus est, Amicitia semper prodest, amor aliquando nocet. Non est quod amicū tantum vel in foro vel in curia quæras, si diligenter attenderis, domi inuenies. Errat enim, qui amicū in atrio quærit, & in conuiuio probat, in pectore enim amicus non in atrio inuenitur.

*Sene. 29.
epi.*

b v Non sum amicus, nisi quicquid agitur ad rem pertinens, meū sit, consortium omnium rerū, inter nos facit amicitia: nec secūdi quicquā singulis, nec aduersi in cōmune vivitur, conuersari cum amicis habentibus licet, & quidē quoties velis, quādiu velis, amicus animo possidendus est.

*Sene. 48.
epi.*

b x Non potest quisquam bene degere, qui se tantum intuetur. Alteri vitas oportet, si vis tibi viuere. Hæc societas diligenter & sanctè obseruata, quæ nos homines hominibus miscet, & iudicat aliquid esse

*Sene. 48.
epi.*

esse commune ius generis humani.

Sene. 79. epi. b y Nihil æquè ægrū reficit, sicut amicorū affectus, non iudico me mori, quum illos superstites reliquero: puto, inquam, me victurum, non cum illis, sed per illos.

Sene. in extrema parte epi stolarum. c a Dissimilitudo morū, distantia vitæ, & ingenia contraria solvunt amicitiam. Amicitias probatas enixè expete, constanter retine, perenniter serua, inimicitias indictas exerce honestè, tardè crede, celeriter depone.

Sene. ibid. c b Omnes amicos habere operosum est: satis est inimicos non habere.

Sene. ibid. & Tul. c d Nunquid amici noui anteponendi sunt veteribus, vt equis veteribus teneros anteponere solemus? Hæc indigna homini dubitatio est, vetustissima quoque debent esse suauissima in amicitia.

Sene. ibid. c e Nullum habet maius malum occupatus homo, & bonis suis obsessus, quàm quòd amicos sibi putat, quibus non est, & quòd beneficia sua efficacia iudicat ad faciendum amicos, cum quidam quò plus debent, magis oderunt.

Sene. 9. epi. ad Lu cil. c f Qui se spectat, & propter hoc ad amicitiam venit, malè cogitat, quæ admodum corripit, sic desinet: necesse est vt initia inter se & exitus cõgruant. Qui enim utilitatis causa adsumptus est, tandiu placebit, quand

quandiu utilis fuerit, hunc florens amico-
rum turba circumfedit, circa euersos soliru-
do est, & veri amici fugiunt, vbi probatur.

c g Negotiatio est nō amicitia quæ ad *Senec. ibi*
commodum accedit, detrahit enim amici- *in epist.*
tia, qui illam parat ad bonos casus.

ch Si aliquem amicū existimes, cui non *Seneca in*
tantum credis quantum tibi, vehementer *epist. 3.*
erras, & nō satis nosti vim veræ amicitia.

ci Falsi amici pro consilio adulatio- *Sen. in ex*
nē auferunt, & vna est eorum contentio, *trema*
quis blandissimè fallat. *parte. ep.*

ck Cū amicis breues rationes, longas *Seneca. ibid.*
amicitias oportet habere. Principiū ami-
citiæ, bene loqui: grande exordium inimi-
citiarum, maledicere, amicū prosperitas
inuenit, sed aduersitas probat.

cl Amicos in secreto mone, palàm au- *Seneca de*
tem lauda. vires tuas amici magis sentiant *mo.*
beneficiis, quàm iniuriis.

cm Amici vitia si feras, facis tua. Ita *Seneca in*
amicum habeas, vt inimicum putes, ita cre *prover.*
de amico, ne sit inimico locus. *philosop.*

cn Nulla pusilla domus, quæ multos re- *Seneca. ibid.*
cipit amicos. Talem diligentiam exhibe
in amicis cōparandis, ne incipias amare,
quæ deinceps possis odisse.

co Quæti tales amicos habere volue- *Ibidem.*
runt, & ipsi tales esse nō possunt. Tu pri-

mum exhibe te bonum, & quare alterum similem tibi.

Ibidem. c p Amico mutuam roganti me pecuniam si dederò, & amicū & pecuniā perdo.

Ibidem. c q Coagulum amicitiae, est cum bonis conuiuium.

Theoph. c r Expedit iam probatos amicos amare, non amatos probare.

Ibidem. c s Non opto ut eos, qui diuites sunt, amicos habeam: amicus rarò acquiritur, citò perditur.

Diog. ibi. c t Ad emendationem sui vnusquisque nostrum debet habere aut valde amicum, aut valde inimicum.

Ibidem. c v Diu deliberatos amicos elige, electi infideles esse poterunt, iudicāque eos, in affectu non vno habeas merito. Amicos sequere, quos non pudeat elegisse. amici vitam tuam imputa gloriā.

Ibidem. c x Theophrastus cū quidam diceret, Ille illius amicus est, cur ergo, inquit, illo diuite pauper est: amicus non est, qui fortunæ particeps non est.

Theoph. c y Amicum blandum caue, cui amarum est semper, quod fuerit dulce, fortunato amico vocatus, infortunato semper prestat. Bonus amicus læsus grauer irascitur.

Petr. Ble- d a Optima medicina homini est homo,
sen-in li- qui eius remediatur aduersis, qui eius con-
descen

descēdit incommodis, qui grauiā leuigat, *bello de*
 qui amici onera quasi iūcto humero simul *amicitia.*
 portat, nec enim verus amicus impatien-
 tius propriā iniuriā sustinet, quā amici.

d b Amicitia est diuitibus, pro gratia, *Ibid.*
 pauperibus pro censu, exulibus pro patria,
 imbecilibus pro virtute, pro medicina
 aegrotis, pro vita mortuis. Est enim eius
 suauissimus fomes, sinceritas affectionū,
 mutua obsequia rerum honestarum, cre-
 bra collatio, paritas voluntatum, vicens
 & inuiolabilis fides. Vera enim amicitia
 inter bonos tantū oriri solet, inter melio-
 res proficere, inter optimos consummari.

d c Quatuor sunt vitia, quibus præclarus *Ibid.*
 honor amicitiae sæpius obfuscatur, scilicet
 iracundia, instabilitas, suspicio, atque gar-
 rulitas.

d e Si fidem amici experiri volueris, nō *Pet. Bles.*
 ei prius tui cordis arcana committas, sed *ibid.*
 aliqua exteriora & modica, de quibus non
 magnum emergat dispendium, si fuerint
 reuelata, & ea nihilominus sub ea cautio-
 ne & admiratione terribili credas, ac si
 obessent prodita, & prodesse celata.

d f Vera amicitia eodem oculo respicit *Ibidem.*
 amicum diuitē & mendicū, fortē ac debi-
 lem, sanum & agrū, humilē ac sublimem.

d g Si videris hominē anxie appetentem *Ibidem.*

quod per te præstare possis, si in huiusmodi rei obtentu ei aliquis præferatur, facile quia tibi adhæserit, intentione patebit. Nā in huiusmodi casu, nūc ex deiectione oculorum, nunc ex vultus aduersione, nunc ex verbo subtristi, nunc ex risu ficto, nunc ex reuerentia & obsequio negligētiore ambrosæ mentis ægritudo poterit deprehēdi.

Ibidem. d h Amicus non subito est publicè oburgandus, donec ex turbatione recenti adhuc est inquietior æger. Aegri animus cauta dissimulatione leuandus est, donec mētis nubilo serenato, auris pacatior verba blandè monentis admittat.

Idem. d i Veteris amicitiæ vestigiis aliqua reuerentia semper impendenda est, nisi eam enormitas reatus eliminat. Nullum quippe vitium ita contra naturam est, ut naturæ possit extrema delere vestigia.

Ibidem. d k Licet vera amicitia solūm requirat affectū liberalē: tamē obsequium nō excludit, sed eo potius illustratur. vnde quidam dixit: Tātū diligo inimicū qui mihi nihil facit mali, sicut amicū qui nihil facit boni.

Vide etiā in tit. acceptio, g, in ti. adiutorium, d, r, x, in tit. adulatio, b, c, in tit. amissio, n, in tit. consilium, c, in ti. dilectio, u, in tit. diuitiæ, u, ai, in tit. fraternitas inimicitia, g, i, k, in tit. prosperitas, m, af, in tit.

societas, fg.

Amisio rerum.

a **P**Otes aurum perdere & nolens, potes domū, potes honores, potes ipsam carnis salutem, bonum verò quo verè bonus es, nec inuitus accipis, nec inuitus amittis. *Ango. de verb. do- mini.*

b Sine dolore non pereunt, quæ cum amore possessa sunt. *Augus. in Enchirid.*

c Magna consolatio in rerum amissione est, illa tempora ad mentem reducere, quibus nos contigit res, quas perdidimus, non habuisse: ut dum vnusquisque intuetur quòd aliquando illa non habuit, dolorem temperet, quod amisit. *Greg. lib. 3. moralium.*

d Sine dolore amittitur, quicquid sine amore possidetur. Quæ verò ardentè diligimus habita, grauitè suspiramus ablata. *Greg. 3. moralium.*

e Quàto minor in possessione commotitas, tanto minor in amissione dolor. *Idem in homilia.*

f Cū graui dolore amittitur, quæ cū magno amore habentur, minus autè dolemus, quæ minus possidendo diligimus. *Isido. 3. de sum. bon.*

g Nihil perdit qui se habet. Circumspice ista, quæ nos agunt in insaniam, quæ cum plurimis lacrymis amittimus: scies enim non damnū in his molestū esse, sed opinionē damni, pecuniā minorē habebis, nempe & molestiam, gratiam minorem, nempe & inuidiā, scilicet minorem habebis. *Se. 83. epi.*

*Sen. de re
me. fortun
torum.*

h Pecuniã perdidisti, & illã quæ multos
habet perdidisti, fortassis te illa perderet.
O te felicem, si cum illa auaritiã perdi-
disti. Pecuniam perdidisti, antequam tu ha-
beres, alius perdiderat, oculos perdidisti,
quã multis cupiditatibus vita incisa est.
Liberos amisisti, stultus est, qui mortem
mortalium deflet. Perierunt perituri, ha-
bebant illi cuius magis essent, quã tui,
apud te precariò morabantur, educandos
tibi illos fortuna mandauerat, recepit il-
los, non abstulit.

Sen. ibid. i Oculos perdidisti, habet & nox suas
voluptates, non intelligis partem esse in-
nocentiæ cæcitatem, huic oculi ad alteru-
trum monstrant, huic incæstum, huic do-
mum quam concupisceret, huic urbem, ir-
ritamenta vitiorum, sunt duces scelerum.

Sen. ibid. k Nudus existi, omnia perdidisti, sed cū
omnibus perire potuisti. Cogitas quod
perdideris, sed non quod euaseris.

Sen. ibid. l Pecuniam perdidisti, eris nūc in via ex-
peditior. Exonerauit te fortuna, si intelli-
gis, & tutiore posuit loco. Damnum putas,
remedium est. Deflens miserū te clamitas,
quod opibus excussus es, tuo vitio ista tibi
iactura tam tristis est. Non tam moleste
ferres, si tanquam perditurus habuisses.

Ibidem. m Vxorem bonã amisisti, utrū inueneras
bonam;

bonam, an feceras? Si inueneras, habere te posse aliã ex hoc intelligas. Si feceras, bene tibi spera, res periit, saluus est artifex.

n Amicum perdidisti. Si vnicũ, erubefce. *Senec. ibid.*

Quid in tanta tempestate ad vnã anchorã stabas? Alium quære, & cum eum quæras, vbi inuenias, quære inter liberales artes, inter recta & honesta officia. quære in laboribus, ad mensam res ista non queritur.

o Multa tibi possum ostẽdere, quę acqui- *Se. 61. epi.*
sita acceptaq; libertatẽ nobis extorserunt. Nos esse inus nostri, si ista nostra nõ essent.

p Id agamus, vt iocũda nobis amissorum *Se. 63. epi.*
fiat recordatio. Nemo libenter ad id redit, quod sine tormento cogitaturus non est.

q Nullius rei amissio facilior est, quã *Sen. ep. 4.*
quæ desiderari amissa non potest.

r Stilbon capta patria, amissis liberis, *Sen. epi. 1.*
amissa vxore, cum ex incendio publico solus & tamẽ beatus exiret, interrogãti Demetrio, nunquid omnia perdidisset, respondit, nihil, inquit, perdidit. omnia mea mecũ sunt, iustitia, virtus, prudentia. Nihil bonum putare potuit, quod eripi posset.

s Aspicere oportet, quod possis perdere, *Seneca in*
dimissum quod nescitur, nõ amittitur. Ho- *proverb.*
mo toties moritur, quoties amittit suos.

t Bias omnibus amissis, omnia, inquit, *Val. max.*
mea bona mecũ porto. Pectore enim illa *lib. 7.*

gestabat, non humeris, nec oculis videnda, sed animo æstimanda, quæ domicilio mentis inclusa, nec mortalium, nec Deorum manibus labefactari quærunt.

Vide etiam in tit. consilium, ac, cupiditas, c, diuitiæ, ag, mors, bu, prosperitas, ao, ap, tribulatio, af.

Amor.

August. a **Q**uid est amor, nisi quædam vita duo aliqua copulans, vel copulare appetens, amante scilicet, & quod amatur?

Augu. de util. cred. b Sordes animi, sunt, amor quarumlibet rerum præter animum & Deum, à quibus sordibus quanto quisque est purgator, tanto verum facilius intuetur.

Augu. de mor. eccl. cõtra ma. c Nihil tam durum atque ferreum, quod non amoris igne vincatur.

Aug. de ci. dei li. 15. d Omnis creatura cum bona sit, & bene amari potest, & malè. Bene scilicet ordine constituto: malè, ordine perturbato.

Augu. sup. psal. 64. e Duas ciuitates duo faciunt amores, Ierusalem facit amor Dei, Babyloniam facit amor seculi. Interroget igitur se vnusquisque quid amet, & inueniet vnde sit ciuis.

Augu. in epistol. ad Maced. f Ad Deum, qui vbique præsens est, vbique totus est, non pedibus licet ire, sed moribus, mores autem nostri non ex eo quod quisque nouit, sed ex eo quod diligit, diudicari solent, nec faciunt bonos, vel malos

mores,

mores, nisi boni vel mali sint amores.

g Beatus, qui amat te, & amicum in te, & *Aug. in*
inimicum propter te Solus ille charū amit *li. confes.*
tit, cui oēs in illo chari sunt, qui non amit-
titur. Te nemo amittit, nisi qui dimittit,
& quò itur, nisi à te placato ad te iratum?

h Ponderibus suis aguntur omnia, & lo- *Aug. lib.*
ca sua petunt. Pondus meum, amor meus, *13. confes.*
illò feror quocunque feror.

i Verus amor non sentit amaritudines, *Ibidem.*
sed dulcedinem, quia soror amoris dulce-
do, sicut soror odij est amaritudo.

k Qui amat, non laborat: omnis enim *Aug. ibid.*
labor nō amantibus grauis est. Solū amor
est, quod nomen difficultatis erubescit.

l Nulla maior est ad amorē inuitatio, *Aug. de*
quàm præuenire amantem, & nimis du- *catech. ru*
rus est animus, qui si dilectionem nolebat *di.*
impendere, nolit rependere.

m Nullo modo onerosi sunt labores *Aug. in li.*
amantium, sed ipsi delectāt: sicut venantiū, *de sancta*
aucupantiū, piscātium. In eo enim q̄ ama- *vidu.*
tur, aut non laboratur aut labor armatur.

n Ama amorē illius, qui amore tui amo- *Aug. de*
ris descendit in vterū virginis, & ibi amo- *cate. rud.*
rem suum amori tuo copulauit, humilian-
do se, sublimando te, coniungendo lumen
sux æternitatis limo tuæ mortalitatis.

o Constans & perfectus debet esse amor *Aug. ibid.*

noſter, vt ſi neceſſe fuerit, amore illius moriamur, qui amore noſtri placidè ac benignè mori dignatus eſt.

Aug. in li. confeſſ. p Minus domine te amat, qui aliquid tecum amat, quod propter te non amat.

Augu. de doct. Chriſtiana. q O, ſi poſſemus excitare homines, & cum ipsis pariter excitari, vt tales eſſemus amatores vitæ permanentis, quales ſunt homines amatores vitæ fugientis!

Ambr. in ſermo. de aſſump. r Hoc habet impatiens amor, vt quem deſiderat, ſemper inuenire ſe credat. Ignorat ſiquidem iudiciũ, & ratione multoties caret, neſcit modum, nec aliud cogitare poſteſt, quàm quòd diligit. Amor non accipit de impoſſibilitate ſolatiũ, nec ex difficultate remediũ, nec cõſilio tẽperatur, nec pudore frænatur, nec rationi ſubiicitur.

Ambro. de offi. ſ Non minus vos diligo, quos genui ex euangelio, quàm ſi ſuſcepiffem coniugio. Gratia quippe vehemẽtior eſt ad diligendum, quàm natura.

Hiero. in ſer. quodam. t Nihil amantiſſimis durum, nullus labor difficilis. amemus & nos Chriſtum, & facile videbitur eſſe difficile.

Hiero. in epi. ad De met. v Felix conſcientia illa, in cuius corde præter amorem Chriſti, qui eſt ſapiẽtia, caſtitas, patientia, atque iuſtitia, nullus alius verſatur amor, nec ad recordationẽ hominis aliquãdo ſuſpirat, nec videre deſiderat, quod

quod quum viderit, nolit dimittere.

x Crebra munuscula, & sudariola, & fasciolas, & vestes ori applicatas, & oblatos ac degustatos cibos blādāsque ac dulces literas sanctus amor non habet.

Hiero. in
ep. ad Ne
poti.

y Tūc plenius in Dei dilectione proficimus, quum in eiusdem dilectionis gremio prius proximi charitate lactamur.

Gre. 5. lib.
moralū.

a b Solēt nōnulli in prosperis deū diligere: in aduersis autē flagellatē minus amare.

Gre. 2. li.
moralū.

a c Amanti Deum dilatio imponitur, vt ex dilati amoris desiderio meritum retributionis augeatur.

Greg. 16.
lib. mora.

a d Tāto quisq; à superno amore distūgitur, quanto inferius delectatur. Nunquā est amor dei ociosus, operatur em̄ magna si est, si autē operari reuerit, amor non est.

Grego. in
ho.

a e Tantum quilibet portat proximum quantum amat. Si enim amas, portas, si desisti amare, desisti & tolerare.

Gre. sup.
Exech.

a f Ille in amore Dei maior est, qui ad eius amorem plurimos trahit.

Grego. in
ho.

a g Certe iam monumentum vacuum viderat, iam sublatum dominiū nuntiauerat, quid est quòd se iterū inclinat? iterum videre desiderat? Sed amanti semel aspicere non sufficit, quia vis amoris intentionē multiplicat inquisitionis.

Gr. in ho.
Maria
stabat ad
monumē-
tum &c.

a h Mulier quid ploras? quē quæris? Interroga

Greg. ibi.

terrogatur causa doloris, vt augeatur desiderium quærentis, quatenus cum nominaret quem quæreret, in amore eius ardentius æstuarer.

Greg. sup. per Exe. hom. 2. a i Vehementer claudit oculum cordis amor priuatus, ex quo fit, vt hoc quod agitur & graue esse non æstimemus, plerumque cum agatur à proximo & nimis detestabile esse videatur.

Greg. ho. 25. super illud Eua. a k Vis amoris hoc agere solet in animo, vt quem semper ipse cogitat, nullum alium credat ignorare.

Dominesi tu sustuli sti cū etc. a l In quātū quisque amat, in tātū ad ingressum regni appropinquat. In quātū vero amare negligit, in tātū ingredi recusat.

Gre. ibid. super Exech. Idem sup. per Exec. a m Amorem nostrum erga proximum plus bona opera loquantur, quam lingua, vt in ipso bono opere, proximus amari se videat, & quum tantū non possumus quantum volumus operari, omnipotenti Deo occulta cordis nostri sufficiunt.

Grego. in quadam ho. super euang. a n Per amorē Dei amor proximi gignitur: & per amorē proximi amor Dei nutritur. Nam qui amare proximū negligit, profectò Deū diligere nescit, & tūc plenius in Dei dilectione proficimus, si in eius dilectionis gremio, prius proximi charitate latamur. Amor Dei amorē proximi generat: & amorē proximi calefacit amor Dei.

a o Nō enim presentior est spūs noster *Bern. de*
 vbi animat quā vbi amat, nisi fortè magis *precepto*
 putctur esse vbi vincit⁹ ex necessitate tene. *& dispen*
 tur, quā quō spōte & alacri fertur volūtate. *satione.*

a p Sapiētia est De⁹. & vult amari nō so *Ber. super*
 lū dulciter, sed & sapiēter, alióquin facil- *cātica ser*
 limè zelo tuo spūs illudet erroris, si scien- *mo. 30.*
 tiā negligas. Non em̄ habet callidus hostis
 machinamentum efñicaci us ad tollendā de
 corde dilectionem quā si efficere possit, vt
 in ea incautè, & nō cū ratione ambuletur.

a q Dilexit nos Deus dulciter, sapiēter, *Ber. super*
 fortiter. Dulciter nēpe dixerim, quia car- *cātica ser*
 nem induit, sapiēter, quia culpam cauit, *mo. 20.*
 fortiter, quia mortem sustinuit. Discce ergo
 Christiane à Christo quemadmodum dili-
 gas Christū, discce amare dulciter, ne ille-
 cti, prudenter, ne decepti, fortiter, ne com-
 pressi deficiamus.

a r Toto corde, tota anima, tota virtute *Ber. ibid.*
 diligere est, omne quod blanditur de car-
 ne propria vel aliena, sacrosanctæ carnis
 Christi amori postponere.

a s Magna res amor, si ad suum recurrat *Ber. ibid.*
 principium, si suæ origini redditur, si refu-
 sus suo fonti, semper ex eo sumat, vnde iu-
 giter fluat.

a t Nō potest capere ignitū eloquiū fri- *Bern. in*
 gidum pectus. Quomodo enim Grece lo- *quodans*
 quen- *ser.*

quentem intelliget, qui Græcā linguā non nouit? nec latine loquentē, qui latinus non est. & ita de cæteris, sic lingua amoris ei, qui nō amat, barbāra erit. Erit inquam sicut æs sonans & tintinabulum tinniens.

Ber. in li. de diligē. deum. a v O iugū sancti amoris, quā dulciter capis, gloriōse laqueas, suauiter premis, delectanter oneras, fortiter stringis, prudenter erudis! O felix amor, ex quo oritur strenuitas morū, puritas affectionū, subtilitas intellectuū, desideriorū sanctitas, operum claritas, virtutum fœcūditas, meritorum dignitas, præmiorum sublimitas.

Ber. ibid. a x Prior Deus dilexit nos, tantus, tantum, & gratis, tantillos & tales.

Ber. in li. de amore Dei. a y Vultis à me audire quare & quomodo diligēdus est deus? & ego dico quod causa diligendi deū, deus est modus sine modo, diligere ob duplicem causam, dico deū propter se diligendum, vel quia nihil iustius, vel quia nil fructuosius diligī potest.

Chryso. super illud, Sic deus dilexit mundum. b a Nemo amatorum carnaliū, etiā si sit supra modū infaniens, ita exardescere potest in amorē dilectę suę, quē admodū deus effunditur in amore animarū nostrarum.

Ric. de san. Victo re. b c Amor, est dulcedo saporis intimi, & quantò ardētius amat, tātò suauius gustat. Cingulum, quo cingitur amor, est gaudiū spei, quia vbi est amor, ibi est spes, ibi gau

gaudiū. Vbi spiritualis amor, ibi spirituale gaudium.

b d Verus amor veritatem amat, in veritate iudicat, pro veritate certat, cum veritate opera consummat. *Bed. sup. per Lucā.*

b e Si vis perfectè purgari à vitis, in quantum prauales, accende in te ignem diuini amoris. Si dulcedinem diuini amoris perfectè gustaueris, de temporali dulcedine non curabis. *Rabanus in quodā ser.*

b f Multum quidem vexat hominem, quum relinquitur amor mundi, multò amplius tamen cruciat, quum calcatur amor sui, veruntamen super omnia transigit & penetrat cor hominis, & excoquit desiderium æstibus amor Dei. Vnde est illa vox, Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. *Beda sup. per cantica.*

b g Amor diuinus, est ignis, lux, mel, vinū, sol. Ignis, in meditatione purificās mētē à fordibus. Lux est in oratione, mentem irradians claritate virtutū. Mel est in gratiarū actione, mētē dulcorās dulcedine diuinorū beneficiorū. Vinū est in contemplatione, mētē inebriās suauis & iocunda delectatione. Sol est in æterna beatitudine, mentem clarificans serenissimo lumine & suauissimo calore, mētē exhilarans ineffabili gaudio, & perenni iubilatione. *Rab. in quodam serm.*

b h Qui

*Basil. in hexame-
ro.* b h Qui vult veram dilectionem præ-
gustare, Christum discat suauiter amare.
quia Christus amor est.

Basil. ibid. b i Thesaurus indeficiens est amor di-
uinus, quem qui habet, diues est, quo qui-
cunque caret, pauper est.

Ibidem. b k Vnguentum suaue & optimum, est
amor summi boni, quo pestes mentis sa-
nantur, & cordis oculi illuminantur.

*Petr. Ra. in quodã
sermo.* b l Nil durũ, nil amarum, nil graue, nil
letale cõputat amor verus. Quod ferrum,
quæ vulnera, quæ pœna, quæ mortes amo-
rem præualēt separare perfectũ? Amor est
impenetrabilis lorica. Respuit iacula, gla-
dium excutit, periculis insultat, mortem
irridet, si amor est, vincit omnia.

*Petr. Ra. sup illud
Diligens do-
minũ Deũ
tuum.* b m Ama ergo õ homo, Deum, ama to-
tus, vt possis omnia sine labore vincere &
delere peccata. Teneræ militiæ, delicati
conflictus est, amore solo de cunctis cri-
minibus reportare victoriam.

*Sene. in li.
de morib.* b n Amare sic incipe, tanquam non li-
ceat desinere.

*Seneca in
proverb.* b o Ames parentẽ, si æquus est: sin aliter
feras. Amans iratus multa mentitur sibi.

Ibidem. b p Amãs qd cupiat, scit: quid sapiat, nõ
videt. Amans quid suspicatur, vigilãs som-
niat. Amor extorqueri nõ potest, sed elabi
potest. Ab amante lacrymis redimas ira-
cund

cūdiā. Amare iuueni fructus est, crimen
seni. Amor est otiosæ causæ sollicitudinis.

Vide etiam in tit. Amicitia, a, c, p, b, b, b, c,
Beneficia, i, correctio, c, dilectio. Otiositas,
g, Opus, f, timor, v, x.

Angelus.

a **P**ropositi sunt angeli cœlorum su- *Aug. su-*
per potestates aereas, vnde proce- *per illud*
dit verbū quod sit hīc. Intuentur enim le- *psal. 103.*
gem fixā, legem æternam, iubentem sicut *Draco*
scriptura, sine syllabis, sine strepitu, fixam *iste quæ-*
semper & stantem intuentur angeli corde *fecisti*
mundo, & ex illa faciunt quicquid hīc fit. *&c.*

b Vtique noscunt angeli sancti, docti *Augu. in*
de Deo, cuius veritatis æterna contempla- *Enchirid.*
tione beati sunt, quanti numeri supple-
mentum de genere humano integritas il-
lius ciuitatis expectat.

c Magna dignitas animarum, vt vna- *Hiero. su-*
quæque habeat ab ortu natiuitatis in cu- *per Mat.*
stodia sui angelum deputatum. *3. lib.*

d Superna illa ciuitas ex angelis & ho- *Greg. ho.*
minibus constat, ad quā tātū credimus hu- *34. super*
manum genus ascendere, quantos illic cō- *Euan.*
tigit electos angelos remansisse: sicut scri-
ptum est: Statuit terminos gentium iuxta
numerum angelorum Dei. *Grego. in*

e Vnusquisq; in quātū sufficit, si à prauis *ho. 6. su-*
tate proximū reuocat, si exhortati ad bene *per Eua.*

operādū curat, si aternū regnū vel suppli-
ciū errāti denūtiat, quū verba sanctę annū-
ciationis impēdit, profectō angelus extitit.

Ibi. in ho.

f Qui parua capiunt, sed tamen hæc ea-
dem parua piē annuntiare fratribus non
desistunt: isti in angelorum numerum cur-
runt. Qui secretorum cœlestium summa
capere praualent, & nuntiare, etiam isti in
archāgelorum numerum deputantur. Qui
amando ardent, & loquendo alios accen-
dunt, isti seraphim dicuntur.

*Greg. ibi.
in homil.*

g Angelicū ad nos veniunt, sic exterius
implēt ministeriū, vt tamen nūquā desināt
interius per cōtēplationē. Mittuntur igitur
& assistunt, quia & si circūscriptus est
angelicus spiritus: summus tamen spiritus
ipse, qui deus est circūscriptus nō est. An-
geli itaque & missi ante ipsum, qui à quo-
libet missi veniant, intra ipsum currunt.

*Gre. 2. li.
moralium.*

h In hoc est natura angelica à naturę no-
stræ cōditione distincta, quòd nos & loco
circūscribimur, & cęcitatē ignorantia co-
arctamur: Angelorum verò spiritus loco
quidē circūscribūtur, sed tamen eorū sciē-
tiæ longē super nos incōparabiliter dila-
tātur. Interius & exterius sciendo distincti
sunt, quoniā ipsum fontē scientię cōtem-
plantur. Quid enim de his, quæ scienda
sunt nesciunt, qui scientem omnia sciunt.

i Nouē angelorū esse ordines testāte sacro eloquio scimus. s. angelos, archāgelos, virtutes potestates, principatus dominationes, thronos, cherubim, atque seraphim. *Gr. in ho.*

k Angelorum vocabulum, nomē est ofū cij nō natura. nā sancti illi cælestis patriæ spūs semper sunt spiritus, sed semper vocari angeli nequaquam possunt. Tunc solum sunt angeli, quum per eos aliqua nūtiātur. Vnde psalmus, Qui facit angelos suos spiritus. Hi ergo, qui minima nūtiāt, angeli, qui verò summa nuntiant, archangeli vocantur. Græca enim lingua angeli nūtij, archangeli verò, summi nuntij vocātur. Qui idcirco priuatis nominibus censentur, vt Michaël, Gabriel, Raphael, vt signetur etiā p vocabula, quid in operatione valeāt. *Gr. in ho. Erant ap propius quant.*

l Timet angelus adorari ab humana natura, quam videt in Deo sublimatam. *Greg. ibi.*

m Simus deuoti, simus grati tātis custodibus, redamemus eos, quātum possumus, quantū debemus affectuose, ideo angelos eius tāquam futuros aliquādo cohæredes. nos verò interim actores & tutores à patre positos & præpositos nobis, adhuc enim paruuli sub tutoribus & actoribus sumus. *Ber. in sermo. de angel.*

n Quoties ergo grauissima cernitur vt gere tentatio, & tribulatio vehemēs immine, inuoca custodē tuum, directorē tuū,

adiutorem tuum in opportunitatibus tuis.
In tribulatione verò neq; dormitat neque
dormit, & si quando ad tempus dissimulat.

Ber. ibid. O Væ nobis, si quando prouocati sancti
angeli peccatis & negligentis, indignos
nos iudicauerint præsentia & viiitatione
sua, & quorum præsentia protegere nos &
propullare poterat inimicum. Quòd si ne
cessariam habemus familiaritatē dignatio
nis angelicæ, cauenda est nobis eorū offen
sa, & in his maxime exercendū, quibus eos
nouimus oblectari. Hæc autem placēt eis,
quæ in nobis inuenire delectant, vt est so
brietas, castitas, paupertas voluntaria, cre
ber in cælum gemitus, & super hæc om
nia veritatem & pacem à nobis exigunt.

Ber. ibid. p Benignus es Domine, qui non es con
tentus nostra fragilitate murorum, sed
ipsis hominum custodibus angelicam cu
stodiam supponis.

Berna. in q Tu ergo si vis habere ministerium an
ser. 40. su gelorum, fuge consolationes seculi, & ten
per illud, tationibus resiste diaboli.

Accesserunt ang. r Angelis suis mādauit de te, &c. O quā
Ec. tam debet tibi hoc verbū inferre reueren
tiam, afferre deuotionē, cōferre fiduciam,

Ber. ibid. pro præsentia reuerētiam, pro beneuolen
tia deuotionem, pro custodia fiduciam.
Cautè ergo ambula, vbi sunt angeli, vt
cust

custodiant te in omnibus viis tuis.

s Credimus angelos sanctos ad stare orā- *Ber. ibid.*
tibus, offerre Deo vota & preces homi-
num, si sine deceptione leuari puras ma-
nus prospexerint.

t In quouis diuersorio, in quouis angulo *Ibidem.*
reuerentiam exhibe tuo angelo, ne au-
deas illo præsentem, quod me vidente, non
auderes. Ad sunt igitur tibi non modo præ-
sentes tecum, sed etiam pro te ad sunt vt
protegant, ad sunt, vt profint.

v Angelus est substantia intellectualis, *Damasce*
semper mobilis, arbitrio libera, incorpo- *nus lib. 22.*
rea, deo ministras, gratia, non natura, & im- *cap. 3.*
mortalitatem suscipiens: cuius substantiæ spe-
cie & terminum solus, qui creator est nouit.

x Boni angeli ad ministerium humanæ, *Isid. de sum*
salutis deputati sunt, vt cunctis admini- *mo bo.*
strent mundi, & regant omnia iussu Dei.

y Singulæ gentes præpositos angelos *Ibidem.*
habere creduntur, omnes homines ange-
los habere probantur.

z Natura angelorum mutabilis est, quia *Isid. ibid.*
inest illis mutabilitas in natura, sed fecit
eos in corruptos charitas sempiterna.

a a Angeli sunt natura mutabiles con- *Ibidem.*
diti, sed facti contemplatione immutabi-
les, animo impassibiles, mente rationales,
stirpe æterni, & beatitudine perpetui.

Ori. super librum numerorum, homi. 66. a b Adest unicuique nostrum etiam minimo qui sunt in ecclesia Dei, angelus bonus, angelus Domini, qui regat, qui moneat, qui gubernet, qui pro actibus nostris corrigendis & miserationibus exposcendis quotidie videat faciem patris, qui in caelis est.

Orig. ibi. homi. 69. a c Agunt angeli diem festum, lætantes super his, qui refugientes consortia demonum, per exercitia virtutum, angelicis festinant sociare consortiis.

Vide etiam in tit. Creatio, d, Deus, t.

Anima.

Augu. de doctrina Christiana. a **O** Anima christiana, euigila: & si qua in te sit virtus charitatis, quæ omnia sustinet, Domini tui imitare vestigia. Considera quot milia martyrum trita tibi fecerunt viam, transierunt virgines, transierunt martyres transierunt pueri & puellæ, & adhuc times? quia docet te ille, qui est via veritas & vita. Via non errans, veritas non fallens, vita non deficientes. Via in exemplo, veritas in promisso, & vita in præmio.

Aug. li. 6. confessio- num. b Væ animæ audaci, quæ speravit, si à te recessisset, se aliquid melius habituram, versa & reuersa in tergum, & in latera, & in ventrem, & dura sunt omnia, & tu solus

Augu. in quodam ser. requies, & ecce ades.

c Quid est, quod velis habere malum? dicces mihi, nihil omnino non uxorem, non fili

filiū, non filiam, non seruum, non ancillam, non tunicam: postremò non caligam, & tu vis habere malam vitã: rogo te, præpone animam tuam caligæ tuæ.

d Anima est substantia creata inuisibilis, incorporea, immortalis, Deo simillima, imaginem habens Creatoris sui. *Aug. in li. de diffinitione aia.*

e Anima, est quædã substantia rationis particeps, regendo corpori accommodata. *Aug. de qualitate anim.*

f Sicut Deus omnem creaturam, sic anima omnem creaturam naturæ dignitate præcellit. Omnis autem anima, aut Christi sponsa, aut diaboli adultera est. *Aug. super Gene. ad literã.*

g Fœlix anima, quã Dei pietas respicit, humilitas subiicit, potentia reducit, obedientia conducit, perseuerantia perducit, deuotio introducit, charitas vnit. *Aug. de spiritu et anima. Ambr. super illud*

h Hæc est animæ nostræ vitalis substantia, qua alitur & pascitur, & gubernatur, nec quicquam est aliud, quod viuere faciat rationalem animam, quàm eloquiũ Dei. *psal. Eloquiũ tuũ viuificauit me.*

i Si magnæ mercedis est, à morte eripere carnem, quanquam morituram, quanti est meriti à morte animam liberare, in cœlesti patria sine fine viuere? *Grego. in ho.*

k Quoquo se verterit anima, si vigilanter intendit, in eisdẽ ipsis Deum inuenit, per quæ reliquit, eiúsque potentiam & eorum cõsideratione cognoscit, quorũ amore

deseruit, & per quæ peruersa cecidit, per hæc conuersa reuocatur.

Greg. lib. dialogo= rum. I Tres vitales spiritus creauit omnipotens Deus. Vnum, qui carne non tegitur. Aliū qui carne tegitur, sed nō cū carne moritur. Tertium, qui carne tegitur, & cū carne moritur, Primus angelorum, secundus hominum, tertius brutorum animalium.

Berna. in ser. dedicationis. m Ad imaginē quippe Dei facta anima rationalis, cæteris omnibus occupari pōt, repleri omnino non potest, capacem enim Dei, quicquid Deo minus est, nō implebit.

Ber. super canti. n Est cœlum sancta anima habens Solem intellectum, lunam fidem, astra virtutes, vel certè sol iustitiæ, zelus aut feruens charitas, & luna continentia.

Ibidem. o Animæ desideranti dominus festinus occurrit, cœlesti rore circūfusus. Vnguentis optimis delibutus, animā recreat fatigatā, esurientem reficit, aridā impinguat, terrenorū oblitā, sui ipsius immemorem.

Ber. super cantica. p Paupertate, mansuetudine, & fletu renouatur in anima similitudo quædam, & imago æternitatis, omnia tēpora complectens, nū paupertate futura meretur, mansuetudine sibi præsentia vendicat, luctu penitentia præterita quoque recuperat.

Bern. ser. 106. q Hæc est anime suauissima & saluberrima requies, conscientia munda. Quies securus.

cura sit beatæ animæ culcitra, conscientia puritas, capitale, tranquillitas, opertoriū, securitas, vt in hoc interim itrato dormiat delectabiliter, & foeliciter requiescat.

r Aduertit istres esse sanctarum status animarum: primum videlicet, in corpore corruptibili: secundum sine corpore, tertium in corpore iam glorificato. primum in militia, secundum in requie, tertium in beatitudine consummata. *Ber. serm. 107.*

s Quid indecentius? quàm currum recto corpore genere animum? *Ber. super cā. ser. 14.*

t Tria ista anima curiosa Dei nō cessat inquirere: scilicet iustitiam & iudicium, & locū habitationis gloriæ sponsi, tanquàm viam, in qua ambulet, vt de forma iustitiæ sit formosa, de iudiciorū notitia cauta, de desiderio præsentis seu gloriæ sponsi casta. Talē prorsus decet sponsam pulchram, eruditam, & castam, Perfectus est, in cuius anima hæc tria congruent, atque optimè cōcurrere videbuntur, iiii. præ. vt genere pro se, & exultare in Deo nouerit, simul proximorum vtilitatibus potēs sit subuenire, placens Deo, cautus sibi, vtilis suis. *Ber. super cantica.*

v Cadit asinus, & inuenit q se subleuet, *Ber. ibid.* cādīt anima, & non est qui manū adponat.

x O anima insignita Dei imagine, decorata similitudine, desponsata in fide do- *Bern. in medita.*

Hugo tata in spiritu, redēpta sanguine depatata
in libr. de cum angelis, capax beatitudinis, haeres bo-
anima. nitatis, rationis particeps, quid tibi, carne,
 qua haud aliud vilitus sterquiliniū iuenisti?

Chry. lib. y Si animā negligamus, nec corpus sal-
de recupe uare poterimus. Non enim anima pro cor-
ratione pore, sed corpus pro anima factū est. Qui
lapsi. ergo quod primum est, negligit, & quod
 inferius est, extollit, vtrunq; corrūpit. Qui
 verò ordinem seruat, & quod primū est co-
 lit, etiam si negligat, quod secundum est,
 per primi salutem saluabitur & secūdam.

Isid. 11. E. a b Anima dum viuificat corpus, anima
tymolo- est: dum vult, animus est: dum scit, mens,
giarum. dum recolit, memoria est, dum rectum iu-
 dicat, ratio est: dum spirat, spiritus est: dum
 aliquid sentit, sensus est.

Isid. lib. 1. a c O' homo, quid miraris syderum al-
de sum. titudines & profunditatem maris? animi
bo. tui abyssum intra, & mirare, si potes.

Quidam a d O' anima mea, egredere, quid dubi-
sanctus. tas? egredere, quid times? lxxv. annis Chri-
 sto seruisti, & adhuc mortem times?

Tul. a e Memoria est ad mētis inruitū imagi-
 naria quaedā representatio præteritorum.

Sen. 3. epi. a f Tutum iter & iocundum est, ad quod
 natura te instruxit, dedit tibi illa, quę si nō
 deserueris, par Deo confurges. Parē autem
 Deote pecunia nō facit: Deus nihil habet.

Prætexta non faciet. Deus nudus est fama non faciet, nec ostentatio tui. Nemo nouit Deum, licet multi malè de illo existiment & impunè. Non turba seruorum lecticam tuam portantium. Deus ille maximus potētissimūque ipse vehit omnia, nec forma quidem & vires beatum te facere possunt. Nihil horū non paritur vetustatem. Quid ergo animus? sed hic rectus, bon⁹, magnus, quid aliud voces hunc, quàm Deum in corpore humano hospitātem? hic animus tam in equitem Romanum, quàm libertinum, quàm in seruū potest cadere.

a g Sursum animū vocāt initia sua, erit *Senec. 80.* autem illic etiam antequam hac custodia *epist.* exoluatur. Si vitia sua deseruit, purūque ac leuis in cogitationes diuinas emicuit.

a h Insuperabili loco stat animus, qui *Senec. 83.* externa deseruit: inexpugnabilis est quam *epist.* multis machinis laceffitum fortuna non transit. Nūquam maior est, quàm vbi aliena disposuit, & fecit sibi pacem, nil timendo, diuitias nil concupiscendo.

a i Nil magnum est in rebus humanis, *Senec. in* nisi animus magna despiciens. *proverb.*

a k Quemadmodum in corporibus ma *Tul. de na* gnæ sunt dissimilitudines: sic in animis. *turalibus* maiores sunt morum varietates. Nam ple *quæstioni* runque diuersitatem corporum, diuersitas *bis.* sequitur animorum.

Vide etiam in tit. Abouio. b. Amor, ac, Angelus, c, Beatitudo, b, caro. bh, n, y, ab, Curiositas, ar, fides, am, homo, r, v, Ingenium, e, Laus, ao, Mors, ca, Parentes, r, Virtus, t,

Anichristus.

Aug. 20.
li. de ciui.
Dci.

a **A**lligatio diaboli nō permittitur. exercere totā tentationē, quā potest vel fraudulenter. Quod si permitteretur in tam longo tempore, & tanta infirmitate multorum, plures tales, quales Deus id perpeti non vult, & fideles duceret, & ne crederent, impediret. Quod ne faceret, alligatus est. Tunc autem soluetur, quando & breue tempus erit. nam tribus annis, & sex mensibus legitur Satanas totis suis viribus sæuiturus.

Augu. 12.
de ci. Dci.
cap. 1.

b Gētes istæ, quas appellat Gog & Magog, non sic sunt accipiendæ, tanquam sint aliqui in aliqua parte terrarū barbari cōstituti, siue quos quidā suspicantur Getas & Magetas propter literas horum nominum primas. Toto nanque orbe terrarum significati sunt isti esse, quū dictū est, Nationes quæ sunt in quatuor angulis terræ, easque dixit esse Gog & Magog, quorum interpretationem nominum cognouimus esse: Gog tectum, Magog de tecto tāquam domus, & ipse qui procedit de domo. Gentes ergo sunt, in quibus diabolum intelligimus.

gimus inclusum, & ipse de illis quodāmodo sese efferens, vt illæ sint tectum, ipse de tecto. Si autē vtrūque referamus ad Gētes, & tectū ipsæ sunt: quia in eis nūc diabolus includitur, & de tecto ipsæ erūt, quando in apertum odium de operto erupturæ sunt.

c Mille anni, duobus modis possunt quā tum mihi occurrit, intelligi. Aut quia in vltimis annis mille res agitur, id est in sexto annorum miliario tanquam sexto die, cuius nūc spatia posteriora voluntur. Securo deinde sabbato quod non habet vesperam, scilicet requies sanctorum, quæ nō habet finē, vt huius miliarij tanquā diei nouissimā partē, quæ remanebit vsque ad terminū seculi mille annos appellauerit. Aut certē mille annos, pro annis omnibus seculi huius posuit, vt perfecto numero notaretur ipsa temporis plenitudo. Millenarius quippe numerus denarij numeri quadratū solidū reddit, scilicet decies decem.

d Porro mille, pro ipsa vniuersitate ali- quādo ponitur, quale est illud quod in psal. legitur: Memor fuit in seculū verbi, quod mādauit in mille generatiōes. i. in omnes.

e Diaboli custodiae annos mille intelligimus, id est annos omnes suos, quacūque pars habeat diuersis ac proprijs prolixitatibus finiēdo, sicut de quadringentis annis

*Aug. ibid.
cap. 7.*

*Aug. ibid.
cap. 7.*

*Aug. de
civ. Dei.
cap. 13.*

annis in 16. huius operis volumine disputaui, quoniam aliqui plus erant, & tamen quadringenti sunt nuncupati.

*Aug. ibid.
cap. 19.*

f Quæ fit causa dilationis, vt reueletur in tempore suo scitis. apertè hoc dicere noluit, & idèdè nos qui nescimus, quod illi sciebant, peruenire cum labore ad id quod sensit Apostolus, cupimus necnon valeamus, præsertim quia & illa, quæ addidit hunc sensum faciunt obscuriorè, Iam enim mysterium iniquitatis operatur, tamen quæ modò tenet teneat, donec de medio fiat, & tunc reuelabitur iniquus. ego prorsus quid dixerit me fateor ignorare, suspensiones tamen hominum, quas vel audire vel legere potui non tacebo.

*Augu. lib.
20. de ci-
uita.
Dei, cap.
19.*

g Non absurdè quod ait Apostolus de ipso imperio Romano creditur dictum tanquam dictum sit: tamen quia modò imperat imperet, donec de medio fiat, hoc est, donec exeat de medio ecclesiæ mysterium iniquitatis, quod nunc occultum est. Alius ergo sic, alius sic apostoli obscura verba coniectat, quâdo tamè eum dixisse non dubium est, non veniet ad viuos & mortuos iudicandos Christus, nisi prius venerit ad seducendos in anima mortuos aduersarius eius antichristus. Sed in quo Dei tēplo sessurus sit, incertum est, & vtrū
in illa

in illa ruina templi, quod à Salomone regie constructum est, an in ecclesia.

h Helias quippe aduentū iudicis Saluatoris nō immerito speratur esse venturus qui etiam nunc viuere non immeritō creditur. Curra nanque igneo raptus est de rebus humanis, quod euidentissimē scriptura sancta testatur. Cū ergo venerit exponendo legem spiritualiter, quā nunc Iudei carnaliter sapiūt, conuertet & cor patris ad filium: id est corda patrum ad filios, quum intelligentiam patrum perducet ad intelligentiam filiorum.

Augu. de ciuit. Dei li. 20. ca. 9.

i In iudicio vel circa iudicium has res dicimus esse venturas Heliam Thesbiten fidem Iudeorum, Antichristum persecutorum, Christum venturum & iudicaturum, mortuorum resurrectionē, bonorum maiorūque direptionem, mundi conflagrationem, eiusdemque renouationem, quae omnia quidē ventura esse credendum est, sed quibus modis, & quo ordine venient magis tūc docebit rerū experientia, quā nunc ad perfectū hominum intelligentia valet consequi. Existimo tamen eo, quo à me cōmemorata sunt ordine esse ventura.

Aug. de ciuit. Dei, li. 20. ca. ultimo.

k Nam de Saluatoris aduentu, qui expectatur in fine, tempora dinumerare non audeo, nec aliquem Prophetam de hac re-

Augu. in epif. 1. ad Helisum et est 68.

numerum annorum existimo præfuisse
sed id potius præualere, quod ipse Domi-
nus ait: Nemo potest cognoscere tempo-
ra, quæ Pater posuit in sua potestate.

Aug. 2. episto ad Heficiū. I Qui tenet, teneat, donec de medio fiat:
& tunc reuelabitur ille iniquus, quem Do-
minus I E S V S interficiet spiritu oris sui.

Docet nos antichristum manifestum futu-
rum, siquidē ipsum videtur aliquando eui-
dentiore significatione retigisse interficiē-
dum spiritu oris Dei I E S V Christi, sed

Amb. su per illud. post quantum temporis istud tempus erit,
nec, saltem obscure locutus est.

2. ad The. 2. Nisi ve nerit. dis- cefcio pri- mū. Hier. super il- lud Dan. Non prius veniet Christus, quam re-
gni Romani defectio fiat, & adpareat an-
tichristus, qui interficiet sanctos, reddita
Romanis libertate, sub suo tamē nomine.
n Beatus interfecto antichristo dies su-
per numerum præfinitū 45. præstolatur,
quibus dominus & Saluator in sua maie-

state vēturus est. Quare autem post inter-
fectionem antichristi 45. dierum silētium
sit diuinæ scientiæ est, nisi fortè dicamus,
quòd dilatio regni sanctorum, patientiæ
vsque ad comprobatio est.

dies. 1335. Isid. li. de sum. bono cap. 25. o. Antequā antichristus adpareat, virtu-
tes ab ecclesia magna cessabunt, quatenus
eam quasi abiectiorem persequatur auda-
cius. ob hanc enim vtilitatē cessabunt sub

antichristo ab ecclesia miracula & virtutes, vt per hoc sanctorum clareat patientia & reproborum, qui scandalizabuntur, leuitas ostendatur, & persequentium audacia ferocior efficiatur.

p Antichristi multa membra præcesserunt, & prauæ actionis merito caput proprium præuenerunt, secundum apostoli sententiam, qui iniquitatis ministerium operari illum affirmat etiam, antequam reueletur. *Isid. ibid. cap. 26.*

q Tam mira facturus est prodigia & signa, dum venerit antichristus, vt etiam electis quidam cordis gignatur scrupulus, quod citò exuperetur in illis ratio, per quam sciret in deceptione reproborum, & electorum probatione eadem fieri prodigia. *Isid. ibid.*

r Grauius tunc contra ecclesiam de semet synagoga, quam in ipso Saluatoris aduentu Christianos est persecuta, dum in martyres diabolus iam exercuerit magnam crudelitatem etiam alligatus, crudelior tamen erit sub antichristi temporibus, quando etiam erit soluendus. Nam si ligatus tanta facere potuit, quanta solutus faciet? *Ibidem.*

s Quantò breue tempus viderit sibi restare diabolus vt damnetur, tantò in magna persecutionis ira mouebitur, diuina iusticia permittente, vt glorificentur iusti, sordidentur iniqui, & vt diabolo crescat *Ibidem.*

durior damnationis sententia.

Isid. 2. x Antichristus templum Hierosolymis
Etym. ol. reparare, & omnes veteres legis cæremo-
nias restaurare tentabit.

Effren. v In expletione Romani regni, necesse
lib. 1. est seculum consummari.

Aymo. in x Nascetur autem antichristus in Baby-
glo. 2. ad lone de tribu Dan, iuxta quod Iacob ait:
Theff. 2. Fiat Dan coluber in via, cerastes in femi-
c. Ex Me ta, & cætera, & cum venerit Hierosolymã,
tho. pro- circuncidet se, dicēs Iudæis: Ego sum Chri-
phetis. stus vobis promissus in lege. Tunc con-
fluent ad eum omnes Iudæi, & reedifica-
bunt templum à Romanis destructum, se-
debitque ibi dicens se esse Deum.

Vide etiam in tit. A luentus, e.

Apostoli.

Augu. in a **C**Vrrunt utique ad metã martyrii,
ser. apo- perueniunt ad coronam, non qui-
sto. etri- lem eodem temporis cursu, sed eodem an-
& Pan- ni reuertentis occurſu, cum enim sit in eo-
li. rum passione anni diuersitas: est tamen in
vno die geminata festiuitas.

Ibidem. b Quis iam non desperet aut de humili-
tate generis, aut de magnitudine crimi-
nis, cum videat sic inundasse cœlestis gra-
tia fontem, vt & piscatorem regibus præ-
poneret, & persecutorẽ Apostolis coæqua-
ret? Ille enim dum pauperiem suam curat,

ali

alimenta quotidiani victus quærit in pelago, factus est diues in Christo, cui reges & nationes famulantur in seculo. Paulus verò dum vrget gladiis sanctos, fidei suscepit iugum, & magister factus est gentium. forma martyrum, formido dæmonum, indul-tor criminum, fonsq; virtutum.

c Dedit Dominus potestatem Apostolis *Idem in* super naturam, vt eam curarent: super dæ- *serm. de* mones, vt eos euerterent: super elemēta, vt *Apost.* ipsa immutarent: super mortem vt eā contemnerent: super angelos, vt corpus Domini consecrarent. Hæc etiam potestas data est eorum successoribus, secundum illud Apoc. 6. hi habent potestatem claudendi cælum. & conuertendi aquam in sanguinem.

d Ex paucissimis & imperitissimis & ab- *Augu. 2.* iectissimis multiplicantur, nobilitantur, *epist. ad* sublimantur copiosissima agmina, claris- *Velutia.* sima ingenia, cultissima eloquentia doctorum, acutorum ac facundorum.

e Christus Iesus Petrum & Andream, & *Augu. in* alios, per quos operatus est salutem in me- *serm. de* dio terræ, nõ de foro Iustiniani, sed de sim- *Apost.* plicitate piscatoria legimus assumpsisse. Inflat enim sapiētia huius mūdi, & legum ventosa loquacitas. elegit non reges, non Senatores, non Philosophos, sed plebeios, pauperes, indoctos pisces, ineruditos

liberalibus disciplinis, non peritos Grammatica, non armatos Dialectica, non Rhetorica inflatos, piscatores Christus cum rebus fidei paucissimos misit, atque ita ex omni genere, tam multos pisces, & tam multò mirabiliore, quàm rariores etiam ipsos Philosophos cepit.

*Amb. in
per Luc.
lib. 9.* f Petrus sequebatur à longè, &c. Fortasse & in hoc Petrus nobis maxima fit admiratione reuerendus, quòd dominum non reliquit, etiam cùm timeret, metus naturæ est, cura pietatis, suum quod non fugit, quod sequitur deuotiõis, quod negat obreptionis, commune quod labitur, fidei quod pœnitet.

*Ambr. in
ser. apo-
stolorum
Petri &
Pauli.* g Non sine causa factum putemus, quòd vna die, vno loco, vnus tyranni Apostolorum tolerauerunt sententiã, vna die pasci sunt, vt ad Christum pariter peruenirent. Vno loco, ne alteri Roma deesset, sub vno persecutore, vt æqualis crudelitas vtrunque constringeret. Dies ergo pro merito, locus pro gloria, persecutor decretus est pro virtute.

*Amb. lib.
4 de his-
ritu sanc-
cto.* h Paulus non est inferior Petro, quauis ille ecclesiæ fundamenta, iste sapiens architectus sciens vestigia fundare populorum, nec Paulus indignus collegio apostolorum est.

ꝑ Potestatem tribuit Dominus apóstolis, *Hic. super*
 ut sciant qui dominantur, à talibus huma- *illud mat.*
 nam sententiã diuina sententiã corroborari. 18. *Quæ*
 & Piscatores illiterati mittuntur ad præ- *cunq; alli-*
 dicandum, ne fides credentium non virtu- *gaueritis*
 te humana, sed eloquentia & doctrina Dei *sup terrã.*
 fieri putaretur. *Hic. super*

1: Nemo Apóstolis pauperior fuit, nemo *mat. libi.*
 tantum pro Domino dereliquit. *sup. aud.*

m Paulus terrã simul atque mare, Græ- *Venite*
 ciam simul atque Barbariam, omnemque *post me.*
 prorsus, quãta est sub sole regionem, quasi *Hic. in ep.*
 volitans circuiuit, nõ simplici labore velut *ad Exube*
 in vacuum itinera percurrens, sed peccato- *ram.*
 rum spinas pariter euellens membrãque *Chryso. de*
 pietatis vbique seminans, errores fugans, *laudibus*
 veritatem reducens, ex hominibus *ange Pauli, ho-*
 los faciens: quinimo ipsos homines quasi *mil. 1.*
 ex dæmonibus angelo prouehens.

o Mirabiles fluuios! nõbis genuit Pau *Chry. sibi*
 lus, non secundum paradisi fontẽ tantum, *homil. 1.*
 sed etiam multo plures ac quotidie fluen-
 tes, non terram irrigantes, sed animas ho-
 minum ad producenda germina virtutum
 suscitantes. Quis igitur ad explicandã Pau-
 li merita sermo sufficiet? quæ lingua laudi-
 bus eius inuenitur æqualis? cum omnia
 quæ sunt in omnibus bona, anima vna
 possideat, & ea cuncta plenè atque cumu-

Intè nec solum hominum, sed & quod potius est angelorum.

(Ibidem.) O Paulus cœli ciuis, ecclesiârũ columna, angelus terrestris, cœlestis homo. Sicut enim missum in igne ferrum totum profecto ignis effacit, sic Paulus charitate succensus totus effectus est charitas.

Chrysostomus super Mat. p. Mihi Christus Apostolos quasi sol radios suos, quasi rosa suauitates odoris sui, quasi ignis scintillas suas disperfit, ut sicut Sol in aëre adparet, sicut rosa in odoribus suis sentitur, sicut ignis in scintillis suis aspicitur, sic in illorum virtutibus Christi potentia agnoscatur. Quis enim videns discipulos bene instructos non scientiam magistri collaudat? Faciebat enim mirabilia Christus, faciebant & discipuli eius, & inter mirabilium operationes maior fama virtutum crescebat.

Dionysius in epistola ad Timotheum. q. O frater mi Timothee, si vidisses agones consummationis ipsorum, defecisses quidem præ tristitia & dolore! Quis non fletet illi hora, quando præceptum sententiæ egressum est in eos: Ut scilicet, Petrus crucifigeretur, & Paulus decollaretur? Vidisses quidem tunc turbas Iudæorum & Gentilium percutientes eos, & expuentes in facies eorum. Sed adueniente terribili tempore consummationis ipsorum, liga-

uit

uit columnas mundi, nō utique absque fratrum gemitu atque ploratu, & cū separarentur ab inuicem, tunc Paulus ait Petro, Pax tecum, fundamentum ecclesiarum, pastor ouium, & agnorum Christi. Ac Petrus ad Paulum: Vade in pace prædicator bonorum, mediator, & dux salutis iustorum. Cū autem elongassent eos ab inuicem, securus sum magistrum meum, scilicet Paulū. Non in eodem loco siue vico occiderunt eos.

r Attende miraculum, vide prodigium frater mi Timothee, nam præsens fui in tēpore separationis eorū: post mortē autē eorū vidi eos inuicē manu ad manum intrantes portas vrbs & indutos veste luminis & coronis claritatis, & lucis ornatos.

f Meritò Apostolis sanctis attribuitur, quod in sapientiæ libris legitur: Hi sunt viri misericordix. Sunt enim planè viri misericordix, siue quia misericordiā consecuti, siue quia misericordiā pleni, siue quia misericorditer à Deo donati sunt nobis.

r Scimus, quòd viri isti, nec sibi vixere, nec sibi sunt mortui, sed ei, qui pro ipsis mortuus est, magis autem nobis omnibus propter illū. Pro nobis facit eorū vita, eorū doctrina & etiā mors ipsa, & in conuersione eminentiam, in prædicatione sapientiam, in passione sua patientiā nobis beati

Apostoli contulerunt, qui etiã vsque hodie conferre non cessant, misericordia pleni, & sanctarum orationum fructibus.

Leo Papa in ser. Petri & Pauli. v Igne spiritus sancti quasi viarum lucis fontem Christus Apostolos suos perfudit, ut ipsi postmodum vniuersum mundum tanquam duodecim solis radij, ac totidẽ lampades veritatis illuminarent, & inebriati nouo vino, repleant atque irrigent scientia corda omnium populorum.

Basil. tras. Etas illud Matt. 5. Vos estis lux mundi. x Veniente luce, diei ægritudines alleuiantur, homines à somno excitantur, aues garrunt, bestię ad latibula sua fugiunt: sic luce Apostolorum veniente, mundus fuit ædificatus in credendis, fœcundatus in operibus bonis, alleuiatus peccatis, excitatus à negligentibus, animatus ad contemplationem celestium, ereptus à potestate dæmonum.

Maxim. in ser. Apostol. Petri & Pauli. Senec. epi. 1. ad Pau. y Paulus ultra humana raptus est ad tertium cœlum, cœlestia secreta cognouit, ut ecclesiarum futurus doctor inter angelos disceret, quod inter homines prædicaret. a b Literis, quas ad ciuitatem, siue caput prouincię direxisti, misericordia, exhortatione, vitã moralem cõtinẽtibus vsque refectioni sumus, quos sensus non puto ex te dictos, sed per te. Tãta enim maiestas earum est rerum, tantãque gloriofitate calens, vt vix susceptoras putem ætates hominũ, quibus

būs his instrui, vt nō dicam perfici possent.

a c Cōhteor Augustum sensibus tuis per- *Sen. 6. ep.*
motum, cui perlecto virtutis exordio ista *ad Paul.*
vox fuit, mirari eum posse, vt qui nō legi-
time imbutus sit taliter sentiat, cui ego re-
spondi, solere Deos oro innocētium effari.

a d Aue mi Paule charissime: putasne *Sen. 9. ep.*
me contristari & non luctuosum esse, quod *ad Paul.*
de innocentia vestra deinde supplicium su-
matur. Sed feramus æquo animo, & vta-
mur foro, quod fors concessit, donec inui-
sta felicitas finem malis imponat.

a e Aue mi Paule charissime: cū sis *Sen. 12. e-*
vertex altissimorum omnium montium *pistol. ad*
cacumen, vis ita latere, ita sim tibi proxi- *Paul.*
mus vt alter tuus deputer. Nam qui meus
tuus apud te locus, qui tuus velim, vt meus.
Optarem enī eius esse loci apud meos,
cuius sis, Paule, apud Christianos.

a f Allegoricè & ænigmaticè multa à te *Sen. 13. ep.*
colliduntur, & ideo rerum tāta vis & mu- *ad Paul.*
neris tibi tributa, cultu quodam decoran-
da est. Certum mihi concedas velim lati-
nitati morem gerere, honestis vocibus spe-
ciem adhibere, vt generosi muneris con-
cessio dignè à te possit expediri. Mirum
enim tam arduas sentētias, tam humilibus
& tanquam inordinatis verbis resonasse.

a g Tuam tubam totus orbis iure vena- *Cassiod.*

ratur, quam constat geminata felicitate cecinisse, quando nec amulum reperit nec æqualem.

Vide etiã in tit. Correctio, ap, Ecclesia, e.
Ascensio.

Aug. de si- de & sym- bola. a **V**bi & quomodo sit in cœlo corpus dominicum, curiosissimum & subperuacuum est querere, tantummodo in cœlo credendum est.

Aug de agone Christia no. b Corpus non ascendit, sed leuatum est in cœlum, illo leuãte, qui ascendit. Si enim quisque descendat, verbi gratia, nudus de monte, cum autem ascendat, vestiatur se, & iterum ascendat vestitus, ratione vtrique dicimus, nemo ascendit, nisi qui descendit.

August. in fer. de re- surrect. c Quorum sepulchra in passione Domini sunt patefacta, horum corpora Christo resurgente de puluere sunt suscitata. Decebat enim, vt ille prius resurgeret, deinde illi, sicut dixit Apostolus Paulus Christus resurrexit à mortuis, primitiæ dormientiũ, & sicut cũ Domino surrexerunt, ita cũ eo ascendente etiã ipsi ascendisse creduntur.

Angu. & est in glo- Apoca. 12. super illud Rapt' est filius eius d Raptus est Dei filius ab humanitate ad diuinitatem in transfiguratione: à passibilitate ad immortalitatem in Resurrectione, à minoritate ad patris æqualitatem in Ascensione: quia quantus fuit de- scensus à sinu patris ad patibulum crucis, tantus

tantus fuit ascensus à patibulo crucis vsque ad thronū eius.

e Quum audis eleuatū agnosce militiæ celestis obsequium, nō auxiliū, seruitium, non subāhum, ministeriū, nō adiutorium.

f Dominus noster Iesus Christus, dum naturam humanam syderibus importauit, credentibus cœlum patere posse monstrauit, dum viacētem in cœlestibus eleuauit, victorem mortis, quō sequamur, ostendit.

g Ascensio Dei, catholicæ fidei confirmatio fuit, vt sectari in posterum crederemus, & miraculi illius donum, cuius etiam in præsentī perciperemus effectum.

h Nos Christi mors viuificauit: nos resurrectio erexit, nos Christi ascensio cōseruauit.

i Resurrectio Domini, spes nostra est, ascensio glorificatio nostra. Si ergo rectè, si fideliter, si deuotè ascensionem Domini celebramus, ascendamus cum illo, & sursum corda habeamus.

k Virtutes ministræ præcedentes Christū in ascensione ad alias virtutes clamāt vt viā Domino venienti aperiāt, ei que occurrāt. Referate, inquit, cœlestes aditus venienti Domino æternalis ingressus pateat: aperiatur æthereæ ianux, & æternarum ædium valux, & introibit rex gloriæ in cœlum, vt ad dexterā patris interpellet.

pro

pro nobis. Ipse enim virtutes angelicæ notuo mysterio carne induti stupefactæ, quæ- runt cum admiratione, Quis est ille rex gloriæ quibus respōdēt aliæ, dominus virtutum &c. Licet enim multi scirent ipsum esse hominem: nō tamen sciebant humanam naturam supra se exaltandam.

Greg. ho. 29. I Vultis eius saltus cognoscere? de cœlo super venit in vterū, de vtero venit in præsepium,

Euā. tra. 1. de præsepio in crucem, de cruce venit in sepulchrum, de sepulchro rediit in cœlum.

Et illud. 1. pulchrum, de sepulchro rediit in cœlum. *Ecce iste* in Saluator noster, qui quū in ea carne venit factus quā assumpsit, ascendit in cœlum, peregre liens.

Greg. in ho. profectus est: quia locus carnis proprie terra est, quæ quasi ad peregrina loca deducitur, quum in cœlo collocatur.

Greg. ho. 29. n Illò reuertebatur xps, vbi erat, & inde redibat vbi remanebit: quia cū per humanitatem ascenderet in cœlum, per deitatem suā, & terram pariter cōtinebat & cœlum.

Ibidem. o Oportet, fratres charissimi, vt illuc sequamur corde, vbi Christū credimus corpore ascendisse, & si adhuc tenemur infirmitate corporis, sequamur tamē eum passibus amoris: quia is qui placidus ascēdit, terribilis redibit.

Greg. in homi. 29. p In hac solēnitare deletū est chirographū nostræ damnationis, mutata est sententia nostræ corruptionis. Illa enim natura, cui

Terra, cui dictum est: Terra es, & in terrā ibis,
hodie in cœlum ibit.

q Ascendimus duobus modis, medita- *Ber. in*
tione & oratione. Meditatio quidem qui *ser. Ascēe*
desit, do: oratio, ne desit, obtinet. *stonis.*

r Ascensionis quatuor dicimus esse gra- *Ber. super*
tus. prima ad cor: secunda in corde: ter- *antic.*
tia de corde: quarta supra cor. In prima ti-
metur Dominus, in secunda auditur confi-
liarius. In tertia desideratur sponsus. In
quarta videtur Deus.

f Domino meo datum est singulariter se *Ber. super*
dere à dextris patris in gloria coæquali, *ps. Dixit*
in essentia consubstantiali, pro generatio- *domin.*
ne consimili, maiestate non dispari, æter-
nitate non posteriori.

t Natura, cuius causa paradus à Cheru *Chrys. in*
bim custodiebatur, hodie super Cherubim *ho. de Af-*
cum summo honore suscepta est: & natura *centio.*
cui dictum est, Terra es, & in terram reuer-
teris, hodie in cœlum iuit, & sine termino
super cœlos regnat.

v Fit caro verbū, id est homo deus, & q *Hil. de tri-*
bino est, in cœlis est, & qui Deus est, de *nitate.*
cœlis est, ascēdit descēdēs: sed descēdit non
descēdens, est qui erat, & quod est, nō erat.

x. Nō solū hodie cœli possessores firma- *Leo papa*
ti sumus, sed superna cœlorum in Christo *in ser. Af-*
penetrauimus, ampliora recepturi per suā *centio.*
ineffabi

ineffabilem gloriam, quam per diaboli perdideramus inuidiam: quia quos diabolus de primi habitaculi felicitate eiecit, hos Dei filius sibi corporatos ad patris dexteram collocavit.

Ibidem.

γ Non otioso inter resurrectionē & ascensionē xl. dies transire discursu, sed magna cōfirmata sunt sacramenta, magna reuelata mysteria. In eis diræ mortis aufertur metus, verè simul & carnis immortalitas declaratur. In his insufflatio spiritus sancti infunditur, in his beato Petro præter cæteros ouili dominici cura mandatur.

Beda sup. per Ioan. a b Nemo ascēdit in cœlū, nisi qui descēdit de cœlo. Quisquis ergo in cœlū ascēdit. *3. Erat ho.* re desiderat, ei qui de cælo descendit, decet *mo. ex* ut in cœlo se vera fidei & dilectionis vni- *phariseis.* tate coniungat, aperrè intelligēs, quòd nullo alio ordine, nisi per eum, qui de cœlo descendit, in cœlum ascendere possit.

Chrys. de simbolo, a c Refræna irā expue malitiam, expugna luxuriam, & de peccatis, virtutibus fecisti gradum, qui ducit in cœlum.

Ascendit ad cœlos. Vide tit. Resurrectio. c. g. Christus, b.

Auaritia.

Augu. in quodam serm. a **N**on solum auarus est, qui rapit aliena, sed ille auarus est, qui cupidè serua sua.

Aug. ibid. b Auarus antequā lucretur, seipsum perdit

dit, & antè, quàm aliquid capiat, capitur.

c Avarus vir inferno est similis. Infer- *Aug. in eph*
nus enim quantoſcunq; deuorauerit, nū- *ad Comi-*
quàm dicit: Satis est. Sic & ſi omnes the- *ten.*
ſauri confluerint in auarum.

d Quæ eſt iſta auaritas concupiſcentiæ *Aug. de*
cū & ipſæ beluæ habeāt modū? Tunc enim *verbo do-*
rapiunt, quādo efuriunt: parcunt verò præ- *mini.*
dæ, quum ſenſerint ſatietatē. Inſatiabilis
eſt ſola auaritia diuitum. Semper rapit, &
nunquàm ſatiatur, nec Deū timet, nec ho-
minem reueretur, nec patri parcit, nec ma-
trem cognoſcit, nec fratri obtemperat, nec
amico fidem ſeruat. Viduam opprimit, pu-
pillum inuadit, liberos in ſeruitium reuo-
cat, teſtimonium falſum profert. Res mor-
tui occupantur, quare & qui faciunt non
moriuntur? Quæ eſt iſta animarum inſa-
nia? amittere vitam, appetere mortem, ac-
quirere aurum, & perdere cœlum.

e Avarus eſt cæcus, credendo enim di- *Aug. in*
ues eſt non videndo. Amas pecuniam, ſed *lib. de do-*
cæce, quam nunquam videbis, cæcus pot- *ſtrina.*
ſides, cæcus moriturus eſ. quod poſides *Chriſtian-*
hic, relicturus eſ. *na.*

f Avaritia, quæ græcè *φιλαργυρία* dicitur *Aug. li. 3.*
nō in ſolo argento, vnde nomē duxiſſe re- *de libero*
ſonat, ſed in omnibus rebus, quæ immo- *arbitrio.*
deratè cupiūtur, intelligēda eſt. Vbi cūque
omni

omnino plus vult quisque quam satis. hæc autē auaritia cupiditas est, cupiditas vero improba voluntas est, ergo propterea voluntas omnium malorum causa est.

Aug. in quodam serm. g Auarus velut inferus omnia deuorans, vellet nullum hominem esse, vt omnia solus possideret.

Ar. de libero arbi. h Quam auaritia alicui dominatur, subiectus malis omnibus demonstratur, quia de auaritia omnia mala oriuntur, & peccatorum omnium spinæ producuntur.

An. 12. de ciuit. Dei. i Auaritia non vitium auari, sed animæ peruersæ amantis aurum, derelicta iustitia, quæ debuit anteponi auro.

Ambro. in quodā sermone. k Nō minoris est criminis habēri tollere, quā cū possis, & habes indigentibus denegare. Esurientium panis est, quem tu detines: nudorum indumentum, quod tu includis: miserorum redemptio, & absolutio pecunia, quam tu in terra fodis: tantorum scias te inuadere bona, quantis possis præstare, & nolis. Non sunt bona hominis, quæ secum ferre non potest. Sola misericordia cōmes est defunctorum.

An. de inserpellatione Iob. l Modum nō habet auaritia, nec capiendo expletur, sed incitatur, hōc egentior, quò plura quæsiuit.

Azn. super psal. 118. m Venit auaritia, & dicit: Argentum & aurum quod habes, seruitutis tuæ pretium est

est. Possessio quam tenes, iuris tui emptio est.

n Inflammatur lucro auaritia, & nō extinguitur. Quasi gradus quosdam cupiditatis habet, & quō plures ascenderit, eō altiora festinat. vnde fit grauis ruina lapsuro.

o Pauperiorē se iudicat omnis abundāse, quia sibi deesse arbitratur, quicquid ab aliis possidetur: toto mundo eget, cuius non capit mundus cupiditatem: ei autem qui fidelis est, totus mundus diuitiarum est, toto mundo fugit, qui considerans conscientiam suam timet deprehendi.

p Auaro tā deest quod habet, quā quod non habet. Credenti totus mundus diuitiarum est, infidelis autem obolo indiget.

q Nos ardemus auaritia, & cōtra pecunias disputātes, auro sinū expādimus, & illud quod de flegaren sib. dicitur, nobis miseris coaptari potest: Aedificant quasi sempivicturi. Viuunt quasi altera die morituri.

r Cum cetera vitia fenescante homine fenescant, sola auaritia iuuenescit.

s Auaro tā deest, quod habet, quā quod non habet. quia aut non habita concupiscit, vt habeat: aut habita metuit, ne amittat: & dum in aduersis sperat prospera, in prosperis formidat aduersa.

t Nihil aliud est auarus, quā bursa.

principum, cellarium latronum, rixa parentum, sibilus hominum.

Gre. 20. mo. v Auaritia latenter oritur in mente, sed punctiones peccatorum omnium patenter producit in operatione.

Greg. 14. mora. x Peccatum auaritiæ mentem, quam infecerit, ita grauem reddit, vt ad appetenda sublimia attolli non possit.

Greg. 15. mora. y Auaritia desideratis rebus non extinguitur, sed augetur. nã more ignis cum ligna, quæ coaluit, acceperit, excrescit: & vnde videtur ad inopertum flamma comprimì, inde paulò post cernitur dilatari.

Ibidem. a b Auarus prius anhelat concupita congregare, & quum quasi in quodam ventre auaritiæ multa congesserit, satius arctatur, quia dum anxiatur, qualiter acquisita custodiat, ipsa eum sua satietas angustat. Mens auari, quæ prius ex abundantia requiem quæsierat, postea ad custodiam grauius laborat.

Gr. in bo. a c Omnis auarus ex potu sitim multiplicat: quia quum ea, quæ appetit, adeptus fuerit, ad appetenda alia amplius anhelat.

Greg. ibi. a d Dæmonum habitaculum fit quisque in hoc seculo, qui propter diuitias & honores laborat: quas postquam consecutus est, tradit se luxuriæ, vt quæ auaritia congregauit, luxuria consumat.

a e Prius nanque mens auari dolorem *Ibidem.*
 habuit in ipsa suæ concupiscentiæ fatiga-
 tione, qualiter concupita raperet, quomo-
 do aliqua blandimentis, aliqua terroribus
 auferret. At postquã acquisitis rebus per-
 uenit ad desiderium, alius hunc dolor fati-
 gat, vt cum sollicito timore custodiat, quod
 cum graui labore meminit acquisitũ. Hinc
 inde insidiatores metuit, atque hoc per-
 peti, quod ipse fecit, ab aliis fieri perti-
 mescit.

a f Auarus hic ardet æstu cõcupiscẽtiæ, *Grego. in*
 ac multiplici cura custodię, & postmodum *quadam*
 ardebit igne gehennę. Si potentiorẽ videt, *homil.*
 timet raprorem: si inferior, suspicatur fu-
 rẽ. Infelix tanta patitur, quanta pati timet.

a g Magna est securitas cordis, nil habe *Greg. 22.*
 re cõcupiscentię secularis. Nã si ad terrena *mo. super*
 adipiscẽda cor inhiat, securũ trãquillũque *il. Iob. Si*
 esse nullatenus potest, quia aut nõ habita *expauit ad*
 concupiscit, vt habeat: aut adepta metuit, *multitudi-*
 ne amittat, & dum in aduersis sperat pro- *nem ni-*
 spera, in prosperis formidat aduersa, huc *miã. c. 31.*
 illucque quasi quibusdam fluctibus volui-
 tur, ac per modos varios rerum alternan-
 tium mutabilitate versatur. Si verò semel
 in appetitione supernæ patriæ forti stabi-
 litate animus figitur, minùs temporalium
 rerum perturbatione vexatur.

Grego. in ho. 32. super euā. a h Cursum suū quisque cōsideret, & cognosceret bī sufficere parua, quæ habet sed fortasse intuit ne in huius vitæ itinere sumptus desit. Longa nostra desideria increpat vita breuis. Incassum multa portantur, quum iuxta est, quò pergitur.

Berna. in quodam sermo. a i Diuitiarum amor insatiabilis, longè amplius torquet animam, quàm refrigeret vsu suo, quarum acquisitio quidem laboris, possessio timoris, amissio plena doloris inuenitur.

Ber. super cantica. a k Quod sine miserabili gemitu dicendum non est, Christi opprobria, sputa, flagella, clauos, lancea, crucē & mortem, hæc omnia in fornacē auaritię cōstant, & profligunt in acquisitione turpis quæstus, & pretium vniuersitatis suis marsupiiis includere festināt: hoc solo sanè à Iuda Scariothe differētes, quòd ille horum omne emolumentum denariorum numero compensauit, isti voraciori ingluuie lucrorum infinitas exigunt pecunias.

Ber. super canti. ser. 20. a l Auarus terrena esurit, vt mēdicus: fidelis contemnit, vt dominus. Ille possidendo mendicat, iste contemnendo seruat. Quære à quouis eorum, qui insatiabili corde lucris temporalibus inhiant, quidnam de his sentiant, qui sua vēdentes & pauperibus dantes, regna cœlorum pro terrenā mer

mercatur substantia, sapienter agat necne? proculdubio responderet, sapienter. Quare iterum, cur quod approbat, ipse non facit? Non possum, inquit. Quare? profecto, quia domina auaritia non permittit: quia liber non est, quia non sua sunt, quae possidere videtur, sed nec ipse sui iuris est. Si vere tua sunt, expende ad lucra, & pro terrenis caelestia commutato. Si non vales, scias, te pecuniae non dominum esse, sed seruum: custodem, non possessorem.

a m Auaritia rotis vehitur quatuor vitiorum, quae sunt pusillanimitas, inhumanitas, contemptus Dei, mortis obliuio. Porro iumentis trahentia, tenacitas, & rapacitas, & his vnus auriga ambobus praesidet, habendi ardor. Sola quidem auaritia, quia conducere plures non patitur, vno contenta est seruitore.

a n, Ne mireris si pecuniae milites superauerunt, iuxta apud discipulum tantam ostenderunt virtutem. Nihil enim clausum constat, quod auro argentoque non pateat: nihil occultum, quod non pecunia indagata sit cognitum.

a o Qui pecuniae seruit, & praesentibus copedibus constringitur, & futuris paratur.

a p Auidus, dictus ab auendo. Auere enim cupere est. Hinc & auarus dictus est, eo quod sit auidus auri, & nunquam opibus expleatur.

Bern. super
per titic.
Jer. 39.

Chryso. super
per illud
Mat. 28.
At illi accepta pecunia.

Idem in
ho. 9. super
per Mat.
Isid. i lib.
Etymolo.

Ibid. 3. de *a q* Qui bona mundi diligit, velit nolit
sum. bon. timoris & doloris poenæ succumbit.

Eccle. 10. *a r* O pestis maligna auaritię semper bo
Ra. super nis animis detestanda, quid illæsum? quid
Matt. in incõcussum dimittis? Tu genus hominum
fine. confudisti: tu discipulũ comitẽ Christi ab
 apostolatu præcipitasti, tu milites custo-
 dentes sepulchrum captiuasti, nunquid be-
 ne dictum est, pecunię obediunt omnia?

Leo papa *a s* Amori pecunię vilis est omnis affe-
in quodã ctio, & anima lucri cupida, etiam pro exi-
serm. guo perire non metuit, nullũque est iu-
 stitię in illo corde vestigium, in quo sibi
 auaritia fecit habitaculum.

Hug. l. 2. *a t* Duo sunt, quæ illicitè solẽt acquire-
de clau- re. s. superbia & cupiditas: & duo quæ ma-
stro ani- le fruuntur acquisitis, gula & luxuria. Duo
ma. sunt, qui malè possidere volunt. s. prodigus
 & auarus. Vnus vt congreget, alter vt dis-
 sipet, & duo quæ possessa defendunt. s. in-
 temperantia & prudentia mundi. Superbia
 diabolo clausit cœlum, gula primo paren-
 ti abstulit paradisum. Auaritia diuiti apre-
 ruit infernum, in temperantia verò adhuc
 corrumpit mundum.

Idem. *a v* Auaritia est, suã illicitè retinere, &
 aliena concupiscere.

Ibidem. *a x* Auaritia est, glorię seu quarũlibet
 rerum insatiabilis & inhonesta cupido.

ay Auaritia est, per quam in animis hominum deificatur pecunia, imò diuinæ venerationis exhibetur autoritas: pro pudor! metallorū onera largiūtur honores ad metalli pondera pōderatos. Iā non Cæsar, sed numus est omnia: qui ab indiuidualibus vsque ad generalissima honores singulos tanquā mediator excurrit. Iam numus patriarcha noster efficitur, qui quosdam in archiepiscopatus inthronizat apicem, quosdam episcopalis fastigij erigit in honorem: hos in archidiaconalibus adaptās officiis, alios aliarum pedestrium dignitatum coæquans negotiis.

*Alā. de cō
quest. na-
tura.*

az Quid prodest cum Tullio orationē rhetoricis cœlorū stillare syderibus? cum Aristotele ancipiti Dialecticæ gladio à veris falsa distinguere? cum Zenone falsitatem probabiliter defendere? tunicare sophismata? cum Donato in accentuum congruentia nectere dictiones? cum sapientia nostris temporibus nullus fructus præmiatur stipendiis, nullius famæ eam fauoris aura extollat, ipsa verò pecunia honoris titulos & laudis emat præconia?

Alan. ibi.

a & Multos facit auaritia inter diuitias indigere. Iudicium enim Dei est, vt in eo quo quis deliquit, puniatur, vt semper indigeat, qui semper indigentiā timet, sicut scri-

*Pet. Rau.
in quodā
serm.*

ptum est: Qui timet pruina, veniet super
e in nix, suos hospites male remunerant, ser
pēs in sinu ignis in gremio, mus in pera.

*Inn. de vi
litate cō-
ditio. Inn-
mana.*

b a Quam multos seducit cupiditas, q̄
plures perdidit avaritia! Balaam a sella re-
darguit, & pedem sedentis attriuit, quia ca-
ptus cupidine promissorum, disposuit ma-
ledicere Israël. Achor populus lapidauit,
quia tulit argentum & aurum de anathe-
mate Iericho. Naboth interemptus est, vt
Achab vineā possideret. Giezi lepra per-
fudit, quia petiit & recepit argentū, & ve-
stes sub nomine Helisæi. Iudas laqueo se
suspendit, quia vēdidit & tradidit Christū.
Ananiam & Saphiram subitanea mors ex-
tinxit, quia de pretio agri defraudauit Apo-
stolum. Aedificauit Tyrus munitiōē suā,
& coaceruauit aurum & argentum, quasi
lutum platearum, sed ecce dominus possi-
det eam & percussit fortitudinem eius.

Inn. ibid.

b c Auarus nec patientibus compatitur,
nec miseris subuenit, vel miseretur: sed of-
fendit Deum, offendit proximum, offen-
dit seipsum. Nam Deo detinet debita,
proximo denegat necessaria, sibi subtra-
hit opportuna; Deo ingratus, proximo
impius, sibi crudelis. Viro cupido & tena-
cissimo sine ratione est substantia: & ho-
mini liuido ad quid aurum? Qui sibi ne-
quam

quam est, qui alij bonus erit? Non enim proximum suum diligit, sicut seipsum, quem inedia perimit, egestas consumit, nec Deum diligit super omnia, qui Deo præfert aurum, præponit argentum.

b d Avaritia secundū Apostolū, est idolorum seruitus. Quia sicut idolatra seruit simulachro: sic avarus seruit thesauro. Nam ille cultum idolatriæ diligēter ampliat, & iste cumulum pecuniæ libenter augmentat. Ille cum omni diligentia colit simulachrum, & iste cū omni cura custodit thesaurum. Ille spē ponit in idolatria, & iste spē cōstituit in pecunia. Ille timet mutilare simulachrū, & iste timet minuere thesaurū.

Iam ibid.

b e Avarus largus in alieno, sed parcus in proprio, gulā euacuat, vt aream adimpleat: corpus extenuat, vt lucrum extendat: manum habet ad dandum collectam, sed ad recipiendum porrectam: ad dandum clausam, sed ad recipiendum apertam. Habet enim avarus damnationem vitæ, quæ nunc est, & futuræ.

Ibidem.

b f Avaritia latentium indagatrix lucrorum, manifestæ prædæ avidissima vorago, neque habendi fructu felix, & cupiditate quærendi miserrima.

Val lib. 3.

Seneca ex tremas par

b g Iam rusticitatis & miseræ est velle, quantum satis est.

te. episc. epist. 2.

- Sene. 7. li. de moribus.* b h Mōstro similis est auaritia senilis. Quid enim sibi vult, non intelligo. Nam quid absurdius, vt dici solet, quā quominus restat via, eō plus viatici quærere, & via deficiente, augere viaticum?
- Ibidem.* b i Pecunia non satiat auaritiam, sed iritat. homo semper indiget pecunia. Mihi crede, non potest esse diues & felix.
- Seneca. in epist. 15.* b k Si pecuniam habueris, necesse est, vt te ipsum aut pecuniam vilem habeas.
- Seneca. in prouerb.* b l Auarus ipse miseriæ suæ causa est.
- Ibidem.* b m Aurum facile capieris, vbi non sis.
- Ibidem.* b n Auar² nisi quū moritur, nil ritè facit.
- Ibidem.* b o Auaro quid mali optes, nisi vt diu viuatur?
- Ibidem.* b p Auarus damno potiùs, quā sapiēs dolet.
- Ibidem.* b q Inopiæ pauca desūt: auaritiæ omnia.
- Ibidem.* b r Negāli causa auaro nunquā deficit.
- Ibidem.* b s Pecuniæ oportet imperare, non seruire. Pecunia, si vti scias, ancilla est: si nescias, domina.
- Særa. in puerbis philoso.* b t Pecuniæ quærendæ, & tuendæ modum haberi oportet.
- Pythago. puer. philoso.* b v Auaros homines pupillos breuis ætatis esse, nihil enim de suis vti licere. Auaro cui iam locupleti dicens: O stulte, diuitiæ tuæ in te pereunt, paupertati me similes sunt, quum in his esuris, sitis & alges.

b x Modus pecuniæ quærendus est, qui *Socras. in*
nec maior necessitate præsentis possit esse, *proverb.*
nec minor.

Vide in tit. Aduocati, r, s, Cõmunitas, g,
Cupiditas, Excusatio, t. Fortitudo, c. Sene-
ctus, e, ah. *Auditor.*

a **T** Vtius auditur veritas, quàm præ- *Aug. de do-*
dicatur, quoniã quũ doctrina reci *ctri. Chri-*
pitur, humilitas custoditur. Quum disputa *stia. O su-*
tio vel prædicatio placet, vix est, vt disserẽ *per. Ioho-*
rem non pulset quantulacũque iactantia. *mil. 57.*

b Vidit Apostolus in audiẽdo facillimũ *Angu. sup*
feruari humilitatem, quæ difficilis est in *illud 1a. 1.*
docendo: quoniã necesse est, vt doctor *Sit autem*
habeat superiorem locum, vbi laborio- *ois homo-*
sum est obtinere, ne surrepat elatio. *velox ad*

c Quum verbi boni auditores esuriunt, *audiẽdũ.*
pro reficiendis eis maiora doctoribus in- *Grego. in*
telligentiæ dona tribuuntur. Sape enim do- *pasto. Et*
ctori verbum dominus pro gratia tribuit *in morali.*
auditoris: nonnunquam verò propter audi-
toris culpam subtrahitur sermo doctori.

d Nisi spiritus sanctus, auditorum corda *Greg. 27.*
repleat, ad aures corporum, vox doctorum *moralis.*
ine cassum sonat. Formare enim vocem ma-
gistri exterius possuat, sed hanc interius
imprimere non valent.

e Via domini ad cor dirigitur, quum ve *Gre. ẽ ho-*
ritatis sermo humiliter auditur.

Greg. hoc mi. 10. super Exec. f Multi legūt, & ab ipsa lectione ieiuni sunt. Multi vocē prædicationis audiūt: sed post vocē vacui recedūt. quorū, etsi venter comedit, viscera nō replētur, quia etsi mente intellectum sacri verbi percipiunt, obliuiscendo & non seruando quæ audierunt, hæc in cordis visceribus non reponunt.

Greg. 1. hoc. 15. super Matt. 13. Exijt, qui seminat. g Verba Dei, quæ aure percipitis, mente retinete. Cibus enim mētis est sermo Dei: & quasi acceptus cibus in stomacho languente reiiicitur, quando auditus sermo in ventre memoriæ nō tenetur. Sed quisquis alimenta non retinet, huius profectō vita desperatur. Aeternæ ergo mortis periculū formidate, si cibum quidem sanctæ exhortationis accipitis, sed verba vitæ, id est alimenta iustitiæ in memoria non tenetis.

Ber. 1. quam epif. h Auris bona est, quæ libenter audit utilia, prudenter discernit audita, obedienter operatur intellecta.

Chry. super Mat. hoc. mil. 11. i Dele, inquit, literas, magis quàm scripturas, quas diabolus in tua impressit anima, & fer mihi cor à vitæ huius tumultibus liberum.

Chry. ser. 2. super epist. ad He. k Frequenter ipsa eadem audire etiam scientibus prodest. quod enim nouimus, si sæpius audiamus, amplius cōpungimur.

Hugo de san. Vict. l Prudēs auditor omnes libenter audit, omnia legit, non personam, non scripturam

ram, non doctrinam spernit: ab omnibus *in suo di-*
indifferenter quod sibi deest, & quod de *dascale.*
esse videt, quærit, non quantum sciat, sed
quantum ignoret considerat.

Seno. epif.
20.
m Quidam veniunt, ut audiant, non ut di-
scant, sicut in theatrum voluptatis causa, ad
delectandas aures oratione, vel voce, vel fa-
bulis ducimur. magnam hanc partem audito-
rum videbis, cui philosophi schola, diuer-
sorum otij sit. non id agunt, ut aliqua illo
vitia deponant, ut aliquam legem vitæ acci-
pian, qua mores suos erigant, sed ut obie-
ctamento aurium perfruantur. Aliqui etiã
cum pugillaribus veniunt, non ut res acci-
pian, sed ut verba, quæ tam sine profectu
alieno discunt, quam sine suo audiunt.

Vide in tit. Doctrina, ba, bf, br, Gratia. r.
Magister, af, Maria, e. & in tit. verbum, per
totum.

Baptismus.

Tantum valet baptismus per ho- *Augu. de*
minem contempibile, quantum per *mi. bap.*
Apostolum datus, ita nec istius nec illius, *libr. 5. C.*
sed Christi cognoscitur. Inuenimus itaque *ponit. de cõ-*
dictum ab Apostolis: & gloriam meam, & *se. di. 4. ca-*
euangelium meum, & ministerium meum, *pitu. nunt*
quanuis utique à domino impartitum atq; *antem.*
donatum. Baptisma autem meum nemo
eorum dixit omnino. Non enim omnes
ministrant æqualiter, & in euangelizando
alius

alius alio melius operatur, alius autē alio magis, vel minus baptizat' dici nō potest, siue ab inferiore, siue à maiore baptizetur.

Aug. sup per Ioan.

b Baptismus talis est, qualis est ille, in cuius potestate datur, non qualis, per cuius ministerium datur.

Grego. in mor.

c Spiritus etiā ante baptisma gētiliū corda perfudit, qui nunquā in Iudæorū mentibus, nisi post aquam baptismatis venit.

Beda sup illud, Postquam cōsummati sunt dies octo. Luca 2.

d Idē salutiferæ curationis auxiliū, circūcisiō in lege cōtra originalis peccati vultus agebat, quod baptismus agere reuelāte gratiæ tēpore consuevit, excepto quod regni cōlestis ianuā necdum intrare poterant, donec adueniens benedictionē daret, qui legē dedit, vt videri posset Deus deorū in Sion: tantum in sinu Abrahæ, post mortem beata requie consolati, supernæ pacis ingressum spe felici expectabant.

Raba. de instituti. cleri. & posit. de cōse di. 4. post bapt.

e Baptizati vtūtur albis vestibus, vtpote quorū natiuitatis faciem vetusti erroris pānus fuscauerat, habitus secutæ regenerationis gloriæ præferat indumentum. Tegitur post sacrā vnctionem caput eius mystico velamine, vt intelligant se diademate regni, & sacerdotali dignitate potiri.

Ricar. de potestate ligan.

f Infideles & criminosi baptismum cum fide suscipientes, sic absoluuntur à debito damnationis, vt non teneātur debito ex-

piatiōis. Fideles verò & criminosi, post lapsum vere pœnitētes, sic absoluntur à debito damnationis, vt tamen teneantur sub debito expiationis. Sed cur quæso expiatur difficilius, nisi quia offendit grauius?

g In baptisimo sic omnia & originalia *Cassi. sup* delicta, & perperam commissa mundan- *Psal. 5.* tur, vt illi nos restituat puritati, in qua Adam noscitur esse procreatus.

h Baptisimus, est merito factus cum in- *Idē Cassi.* uocatione trinitatis.

Vide plura in titu. Fides, t. Sacerdos, y. Sacramentum, b.

Beatitudo siue beatus.

a Infelix, qui omnia nouit, & te nescit: *Augu. sup* qui autem te & illa nouit, non pro- *Hac est vi* pter illa beatus, sed propter te solum. *ta ætern.*

b Tam potentem Deus fecit animam vt *vt cogno-* de eius plenissima beatitudine, quæ in fi- *Ioan. 17.* ne reipotum sanctis promittitur, redun- *Augu. in* det in inferiorem naturam, quæ est cor- *episto. ad* pus, non beatitudo, quæ intelligentis & *Diasco.* fruētis est propria, sed plenitudo sanita- tis quæ est incorruptionis vigor.

c Beati immaculati in via, tāquā diceret, *Augu. sup* scio quid velis, quæris beatitudinem. Si er- *Psal. 118.* go vis esse beatus, esto immaculatus.

d Quando dici: beatè viuere volo, bo- *Augu. suo* nam rem quæris, sed non hîc: si habuit hîc *per lo. 3.* istud

Itud Christus, habe & tu in regione mortis tue. Quid ille inuenit, attende. Veniens de alia regione, quid inuenit, nisi quod hic abundauit? labores, dolores, mortem. Ecce quod hic habes, & quod hic abundat, manducauit tecum. Quod hic in cella miseriae tuae abundauit, acetum hic bibit, fel hic bibit, ecce quod in cella tua inuenit, & ad magnam mensam te inuitauit, mensam caeli, mensam angelorum, ubi ipse panis est.

Aug. i. epi. sto. ad Prob. bum. e Ille beatus est, qui omnia quae vult, habet. Nec aliquid vult, quod non decet.

f Quid hoc bono melius? quid hac felicitate felicius, viuere Deo, viuere de Deo?

Spiritus & litera. g Dico beatam vitam consistere in altitudine sapientiae, suauitate conscientiae, virtutis sublimitate: non sine passione esse; sed victorem passionis esse beatum est.

Amb. ibi. h Beatus, quem sapientia deuorauit, quem virtus hauserit, quem iustitia receperit.

Hic sup. ib. lud. ps. 13. i Beatus vir, qui non cogitauit, nec fecit, nec docuit mala: non stetit, non perseuerauit in delicto: sed per poenitentiam ad meliora conuersus est.

Ber. i. epi. vir. k Beatus, qui post illa non abiit, quae possessa onerant, amara inquinant, amissa cruciant. an non satis ea cum honore spernis, quae cum dolore perdis?

Bern. in form. l Tripliciter in aeterna illa & perfecta bea

beatitudine fruemur Deo, vidētes eum in omnibus creaturis, habentes eum in nobis ipsis, & quod his omnibus ineffabiliter iocundius sit atq; beatius, ipsam quoque cognoscentes in semetipsam trinitatem.

in Vna cunctis erit beatitudo lætitiæ, *Ber. ibi. in sermo.* quamuis non vna sit omnibus sublimitas vitæ: & in illa beatitudine erit culpæ memoria, non quæ mentem polluat, sed quæ nos lætitiæ arctius adstringat.

in Beatus dictus, quasi bene habitus, scilicet ab habēdo, quod vellet, & nihil patiendo, quod nollet. Ille enim verè beatus, qui habet omnia quæ vult, & nihil vult malè. *Isid. Ety.*

o Beatus est, de cuius culmine amicis datur lætitia, liuidis pœna, posteris gloria, *Cassiod. in episto.* vegetis & alacribus exemplum, pigris & desidiosis incitamentum.

p Nam nisi fallor, ea vera est & perfecta *Boët. tertio de cō-* felicitas, quæ sufficientem, potentem, reuerendū, celebrem, lætūmque perficiat: atque (vt me interius animaduertisse cognoscas) quæ vnumquodque horum, quoniam idem cuncta sunt, veraciter præstare potest, hanc esse plenam beatitudinem, sine ambiguitate cognosco. *sola.*

q Scito eum non bonum esse, quem vulgus appellat, ad quem pecunia magna confluxit, sed illum, cui omne bonū in animo *Sene. episto. 43.*

est, erectum & mirabilia calcantem, qui neminem videt, cum quo se commutatam velit, qui hominem ea sola parte æstimat, qua homo est, qui natura magistra vitur, ad illius leges componitur, sic viuit, quomodo illa præscripsit, cui bona sua nulla vis excutit, qui mala in bonum vertit, certus iudicij, inconcussus, intrepidus, quem si aliqua vis mouet, nulla perturbat, in quæ fortuna cum quod habuit telum nocentissimum, vi maxima intorsit, pungit, non vulnerat.

Vide in tit. Anima, m, af, Contemptus, q. Eleemosyna, m. Gloria æterna, Homo, u. Libertas, e. Mors, ca-

Bellum.

Aug. contra quinque hæ. in principio. a **D**Onabit certati victoriam, qui certandi dedit audaciam. Non ergo nos hostium turba, nõ bellantium forma, non quasi fulgens vitrea terreat armatura. Goliath magnum, robustum, armis terribilem, ingentique turba munitum Dauid solus paruus atque inermis, vno lapidis ictu prostrauit, totaque Allophylorum

Aug. de castra turbauit atque fugauit.

verbis A. post. Aug. in ser. de pte. Cen. b **O** homo, ideo non vicisti, quia de tuo præsumpsisti. Qui præsumit de viribus suis, de antè, quàm pugnet, ipse prosternitur.

c Si Christiana disciplina omnia bella culpa

culparet, hoc potius consilium salutis pe-
tentibus in Euangelio daretur, vt abiice-
rent arma seque militiae omnino subtra-
herent. Dictum autem est eis: Neminem
concutiatis estote contenti stipendiis ve-
stris, quibus proprium stipendium suffice-
re praecepit, militare non prohibuit.

d Ordo naturalis mortalium paci accom- *Aug. con.*
modatus hoc poscit, vt suscipiendi belli au- *Fau.*
toritas atque consilium penes principes sit.

e Iusta bella solent diffiniri, quae vlciscun- *August. in*
tur iniurias, si gens vel ciuitas plectenda *lib. quaest*
est, quae vel iudicare neglexerit, quod a
suis improbe factum est, vel reddere, quod
per iniuriam ablatum est.

f Nocendi cupiditas, vlciscendi crudelitas, *Aug. con.*
implicatus & implicabilis animus, feritas *Fau.*
rebellandi, libido dominandi, & si qua sunt si-
milia, haec sunt, quae in bellis iure culpantur.

g Apud veros Dei cultores, etiam bella *Aug. in li.*
patrata sunt, quae non cupiditate aut crude- *de verbis*
litate, sed pacis studio geruntur, vt mali *domi* &
coercentur, & boni subleuentur. *est. 23. q.*

h Non quaeritur pax, vt bellum exerceatur: *quid.*
sed bellum geritur, vt pax acquiratur. Esto *Aug. ad*
ergo bellando pacificus, vt eos, quos expu- *Boni.*
gnas, ad pacis utilitatem vincendo perducas. *Iosu. 3.*

i Quum iustum bellum suscipitur, vtrum *Aug. in li.*
aperte pugnet quis, an ex insidiis, nihil ad *quaest.*

iustitiã interest, Dñs enim Iosue mādauit,
vt habitatoribus Nai insidias poneret.

Augu. ad Boni. k Noli existimare neminem Deo place-
re posse, qui armis bellicis ministrat: in his
erat sanctus Dauid, cui Dominus magnum
testimonium perhibuit.

Ambr. de offi. l Fortitudo, quę per bella tuetur à Barba-
ris patriam, vel defendit infirmos, vel à la-
tronibus socios, plena iustitia est.

Ibidem. m Incassum contra exteriores inimicos
in campo bellum geritur, si intra ipsa vr-
bis mœnia ius insidians habetur.

Ibidem. n Vtilior est in conflictu lorica ferrea,
quàm stola linea: licet oneri illa sit. In mi-
nimis probate conflictibus, quàm viriliter
in maiori certamine stare possitis.

Ber. de no ua mili- tia. o Si bona fuerit causa pugnantis, pugnae
exitus malus esse non potest: sicut nec bo-
nus iudicabitur finis, nisi causa non bona,
& intentio non recta præcesserit.

Cass. sup Psal. 26. p In præliis concitatis gloria vincentis
semper adparet: nam virtus probatur late-
re, quæ non fuerit explorata certamine.

aduersus me præ- lium. q Ars bellandi, si non præluditur, quum
fuerit necessaria, non habetur. Discat ergo
miles otio, quod perficere possit in bello.

Cass. lib. 1. epi. 39. Animos subito ad arma non erigunt, nisi
qui se ad ipsa idoneos præmissa exercita-
tione disponunt. gestiunt vituli certami-

na, quæ implent ætatē robusta. catuli in nouellis venationibus ludūt. sic animi hominum, nisi prius leuiter fuerint imbuti: ad hoc, quò tendis, idonei nequeunt reperiri. Primordia cuncta pauida sunt, & aliter timiditas non tollitur, nisi quum rebus necessariis nouitas abrogatur.

r Terribilis est hominibus conflictus, si non sit assiduus: & nisi vsu præmuniatur, concertandi subitò fiducia non habetur. nam quod in iuuentute nō discitur, in maturatione ætate nescitur. *Cassio. lib. 3. epi. 3.*

f Viri fortes semper in pace modesti sunt, & iustitiam nimis diligunt, qui frequenter prælia tractauerunt. *Cassio lib. 3. epi. 3.*

t Non dat tot pugna socios, quot solet mensa conuiuas. *Sidoni. li. 3. epi. 3.*

v Si egregiū est hostē deicere, nō minus tamen laudabile infelicis scire misereri, quia sicut infinitam gloriā bellica virtus, ita præcipuum amorē clementia meretur. *Val. max. de mora. dictis. li. 5.*

x Scientia rei bellicæ dimicandi nutrit aulaciam. Nemo enim facile metuit, quod se bene didicisse confidit, & in certamine bellorum exercitata paucitas ad victoriam promptior est. Ruralis ergo & indocta multitudo exposita est ad cædem. *Veget. de re milita. ri. li. 1. c. 2.*

y Constat quidem in omnibus locis & ignauos & strenuos nasci, tamen & gens *Veget. de re mil lib. 1. c. 3.*

gentem præcedit in bello, & plaga cœli ad robur nō tantum corporum, sed etiam animorum plurimum valet, & omnes nationes quæ vicinæ sunt Soli, nimio calore siccantur: amplius quidem sapere, sed minus habere sanguinis dicuntur, ac propterea constantiam & fiduciã cominus nō habere pugnandi: quia metuunt vulnera, qui exiguum sanguinẽ se habere nouerūt. Ecōtrã Septentrionales populi remoti à Solis ardoribus, inconsultiores quidem, sed tamen largo sanguine redundantes sunt ad bella promptissimi. Tyrones igitur de temperatioribus eligendi sunt plagis, quibus & copia sanguinis supererat ad vulnerum mortisque cōtẽptũ, & nō possit deesse prudentia, quæ & modestiã seruat in castris, & nō parũ prodest in dimicatiõibus vti cõsiliis.

Ibidem. a b Nunquam credo potuisse dubitari aptiorem armis rusticam plebem, quæ sub dio, & in labore nutritur, Solis patiens, vimbæ negligens, balneorum nescia, deliciarum ignara, simplicis animi, paruo contenta, duratis ad omnem laborum tolerantia membris, cui gestare ferrũ, fossam ducere, onus ferre, consuetudo diruere est, & Solem puluerẽmq; ferre nō timeat. Ex agris ergo supplendum robur præcipuè videtur exercitus. nescio quomodo nō minus mor-
tem

tētimet, & minus deliciarū nouit in vita.

a c Nō enim tantum celerius, sed etiam *Ibid.c.4.*
perfectius imbuuntur, quę discuntur à pue-
ris: deinde militaris alacritas, saltus & cur-
sus antè tētādus est, quàm corpus atate pi-
grescat. Velocitas eim est, quę præcepto exer-
citiio strenuum efficit bellatorē: nā taliter
instituto pugnare aduersus quoslibet ho-
stes in acie formido non erit, sed voluntas.

a d Ex vultu, ex oculis, ex omni confor- *Ibid.c.6.*
matione membrorum eos eligant, qui im-
plere valeant, bellatores: nanque non tan-
tūm in hominibus, sed etiam in equis &
canibus virtus multis declaratur indiciis.
Sit ergo adolescens Martis operi deputan-
dus, vigilantibus oculis: erecta ceruice, la-
to pectore, humeris musculosis, valentibus
digitis, longioribus brachiis, ventre modi-
cus, exilior cruribus, suris & pedibus non
superflua carne distentis, sed neruorum du-
ritia collectis. Quum hæc in Tyrone si-
gna deprehenderit, proceritatem non ma-
gnopere desideres. Vtilius est enim fortes
milites esse, quàm grandes.

a e Ita fit, vt non de pugna, sed de fuga *Ibi.c.20.*
cogitent, qui in acie nudi exponuntur ad
vulnera.

a f Nihil magis prodesse cōstat in pugna, *Veget. ibi.*
quàm vt assiduo exercitio milites in acie *c.26.*

dispositos ordines seruent. Nam & constipati perdunt spatia pugnandi, & sibi inuicem impedimento sunt, & rariores atque interlucentes aditum prorumpendi hostibus præstant. Instructionis igitur lex est. Nam apud veteres singuli armati in directum trinos pedes inter se occupare consueuerunt, hoc est, in mille passibus mille sexcenti, sexaginta sex pedites ordinantur in locū, vt nec acies interluceat, & spatium sit arma tractandi. Inter ordinem autem & ordinem, à tergo in latū sex pedes distare voluerunt, vt haberent pugnātes spatium, accedendi, atque recedendi. Vehementiūs enim cū saltu cursūque tela mittuntur.

Veget. lib.

2. c. 22.

a g In omni præliō non tam multitudo & virtus indocta, quàm ars & exercitium solent præstare victoriam. Non enim longitudo ætatis, aut annorum numerus artē bellicam tradit, sed potiūs exercitatio. nā in pugna solet vsus amplius prodesse quàm vires. Nam si doctrina cesset armorum, nil villanus distat à milite, cū anti-qua sit prudēsq̄ sententia, Omnes artes in meditatione consistere.

Veget. lib.

3. c. 1.

a h Qui desiderat pacem, præparat bellum: qui victoriam cupit, milites imbuat, diligenter. Qui secundos optat euentus, dimicet arte, non casu. Nemo prouocare, nemo

nemo audeat offendere, quem intelligit superiorem esse, si pugnet.

a i Evidenter adparet nimium copiosos exercitus magis propria multitudine quam hostium virtute depressos. Nam pluribus casibus subiacet amplior multitudo: in itineribus pro mole sua semper est tardior, in longiore autem agmine etiam à paucis superuentum assoler pati. Quòd si in casu acies verterit tergum, necesse est multos cadere de multis & ideò veteres, qui remedia difficultatum experimento didicerunt, non tam numerosos, quàm eruditos exercitus habere voluerunt. *Ibid c.1.*

a k Sæpius enim fames, quàm pugna cõsumit exercitum, & ferro seuior est fames. nam fames intrinsecus pugnat, & vincit sæpius sine ferro, deinde reliquis casibus potest in tempore subueniri. Pabulatio & annona in necessitate remedia non habent, nisi ante cõdantur. In omni expeditione vnum extet maximè telū, vt tibi sufficiat victus, & hostes frangat inopia. *Veget lib. 3.c.3.*

a l Boni duces non aperto prælio, in quo est commune periculum, sed ex occulto semper attentat, vt integris suis, quantum possint, hostes interimant certè, vel terreat. nam pauciores numero & inferiores viribus superuentos, & insidiantes, ac *Ibid lib.3. cap.9.*

infidias facientes sub bonis ducibus reportauerunt sæpe victoriam.

Ibid. lib. 3. c. 10. a m Inter hostes discordiarum procurare causas, sapientis est Ducis. Nulla enim, quamuis minima sit, natio potest ab aduersariis perdeleri, nisi propriis simultatibus seipsam confusa perierit. nam ciuili odio ad inimicorum perniciem nihil efficacius.

Ibidem. a n Qui raro aut omnino nunquam viderunt homines vulnerari, vel occidi, quum primum aspexerint, perhorrescunt, & pauore confusi, de fuga magis quam de cõflictu incipiunt cogitare. subita enim cõterunt, vsitata vilescunt, & facilius est ad virtutem non uos imbuere, quam reuocare perterritos.

Veget. lib. 3. c. 14. a o Ordinaturus aciem, tria debet antè prospicere, Solè, puluerè, ventum. Nam Sol ante faciem eripit visum. Ventus contrarius tua flectit ac deprimit, hostium adiuuat tela. Puluis fronte congestus, oculos implet & claudit. Hæc momento eo quo acies ordinantur, etiam imperiti vitare solent. Sed Duci prouido cauendum est in futurum, ne post paululum accedente die noceat Solis mutata conuersio, ne ventus aduersus hora solita eo pugnantem nascatur.

Veget. lib. 3. c. 18. a p Clamor autem, quem barritum uocant, prius non debet attolli, quam acies utraque se iunxerit. Imperitorum enim vel
igna

ignavorum est, vociferari de longè, cum hoïes magis terreantur, si cum telorũ ictu clamoris horror accesserit. Pars victoriæ est, inimicum turbare antè, quàm dimices.

a q Nemo enim bello laceßere, aut fa- *Veg. li. 4.*
cere audet iniuriam regno vel populo, *cap. 31.*
quem expeditum & promptum ad resisten-
dum vindicandumque agnoscit.

a r Quum tempus necessitatisque postu- *Tullius in*
lat, læcertandum est manu, & mors serui- *Tusc. q.*
tuti turpitudiniquè anteponenda. nam oc-
cidi pulchrum est, si ignominiosè seruis.

a s Qui nõ laborat, vt charus militibus *Tull. ibid.*
sit, animare milites nescit. Humanitas du-
cis in exercitu, fulmen aduersus hostes est.
Iulius nunquam legitur iussisse, ite illuc
sed venite huc, participatus enim cum Du-
ce labor persuadetur militibus minor.

a t Audacter veteranus cruorem suum *Pet. ra.*
spectat, qui scit sæpe vicisse post sanguinẽ. *in ser.*
Rudis miles ad aciem concurret, quia cau-
sam belli nescit, & ius bellatoris ignorat.
Peritia enim est, non segnities, quum se-
gnis miles veteranus accedit.

a v Ille, q sanguinẽ suũ vidit, cuius dẽtes *Se epi. 13.*
crepuere sub pugno, q supplãtatus aduer-
sariũ toto tulit corpore, nec proiectus ani-
mũ proiecit, q toties cecidit, cõtumacior re-
surrexit, cũ magna spe ad pugnã descendit.

a x Malè

Sen. in epi a x Malè vicit, quem pœnitet victoriæ.
stol. 15. Melius est enim ignoscere, quàm post vi-
 ctoriam pœnitere.

Ibidem. a y Diu adparandum est bellum, vt via-
 cas celerius: quia longa belli præparatio
 celerem facit victoriam.

a z Bellum itaque suscipitur, vt nihil
 aliud quàm quæsitum videatur. Parua sunt
 arma foris, si non est consilium domi.

Vide etiam in titulo Adiutorium. f. Con-
 silium. h. Malitia. Pax. h. Præsumptio. y. Vi-
 ctoria, Vtilitas. a. Christianus. e.

Beneficia seu beneficium.

Au. de dif a **B**eneficium, est beneuola actio tri-
finitioni- buens captansque gaudium, tribuen-
bus. do, id quod agit.

Au. ho. su- b Ante Dei oculos nunquam est vacua
per Ioan. manus à munere, si arca cordis plena est
& Greg. bona voluntate.

in ho. c Nescit virtus mensuram gratiæ: nec
Am. super contenta referre, quod acceperit, sed vult
Lucam. cumulare, quod sumpsit: nec inferior fit be-
 neficio, licet æquetur officio.

Ambr. de d In beneficio conferendo plus animus,
offi. quàm sensus operatur: magis præponderat
 beneuolentia, quàm possibilitas reddendi
 muneris.

Cass. li. 2. e Gratiæ principis voluntas nuda nõ
epist. 28. asserit. Nec beneficium dici potest, quod
 nulla

nulla utilitate sentitur.

f Pietate plenū est, peregrinā gentē publicis beneficiis obligare, & nō tantū compatriotas ad substantiæ lucra admittere, quantum ipsos quoque aduenas inuitare.

*Cass. li. 5.
epist. 9.*

g Imperiti & omnino inutiles elegātoribus beneficiis & officiis ampliātur, diuitiæ accumulātur diuitibus, & non est qui respiciat pauperē & mēdicū. Eliseus vasa vacua implebat & deficientib⁹ oleū dedit. Hodie verō cōtemnuntur vasa vacua, & plena superimplētur: ligna in sylvas, & aquæ in maria deferuntur. arēti terræ aqua subtrahitur, & flumina, quæ nō indigēt, irrigātur.

*Pet. Rau.
in quodā
serm.*

h Fabius verrucosus beneficium ab homine duro asperē datum, panem lapidosum vocabat, quem esurienti accipere necessarium sit, etsi acerbum.

*Sen. de be
neficiis.*

i Sunt enim quidā minū grati, qui aliquid incōmodi præstare solent his, quibus obligati sunt, vt probēt affectum beneficii memorē. Horum animus similis est prauo amore flagrantibus. Illi enim amicæ suæ optant exilium, vt fugientem comitentur, optāt inopiā, vt magis desideranti donent: optant morbum, vt assideant: & quicquid optaret inimicus, amantes vouent. Ferē idem exitus est odij, & amoris infani. Sed nequitia est, vt extra has mergere: euertere,

Sen. ibid.

tere, vt suscites: includere, vt emittas. Non enim beneficiū iniuriæ finis, nec vnquam id detraxisse meritum est, quod ipse qui detraxit, intulerat.

*Se. li. 6. de
benef.*

k Multū interest vtrū quis beneficiū nobis det sua causa, an sua & nostra ille, qui totus ad se spectat, & nobis prodest, qui aliter sibi prodesse non potest, eo mihi loco habendus videtur, quo quis pecoris suo pabulum prospicit, si me in consortium admittit. Si duos cogitauit, ingratus sum & iniustus, nisi gaudeo hoc illi profuisse quod proderat mihi. Summæ malignitatis est non vocare beneficium, nisi quod dante in aliquo incommodo afficit.

Ibidem.

l Si indigentiā ei optares, cuius nullū beneficiū haberes, inhumanū erat votū, quā inhumanius ei optas, cui beneficiū debes?

Se. 83. epi.

m Sapientis est bene debere, beneficia bene soluere. Interdum autem solutio est ipsa confessio.

Ibidem.

n Post malam segetem serenum est. sæpe quicquid perierat infelicis soli sterilitate, vnus anni restituit vbertas. Nemo habet tam certam in beneficiis manum, vt non sæpe fallatur.

Ibidem.

o Post naufragiū maria tēperātur. nam cuius rei euentus incertus est, is vt aliquādo procedat sæpe tendendus est.

Sæpe

p Saepe enim hoc nō potuere diuitiæ in dominū infusæ, qđ opportunè dati mille denarij. Multū enim interest, an donaueris, an succurreris, an seruauerit illū tua liberalitas, an instruxerit. Saepe qđ datur exigū est, quod sequitur ex eo magnum est.

q Errat si quis beneficium accipit libentius, quā reddit. Hilarior esse debet, qui soluit, quā qui mutuat: & lætior esse debet qui ære alieno accepti beneficij exoneratur, quā qui obligatur.

r Si reddere beneficiū nō aliter q̄ p specie iniuriæ potero, æq̄simo animo ad honestū consiliū per mediā infamiā tendam.

s Non potest dari beneficiū sapienti, cui quicquid datur, de suo datur. Quædam amicis dantur, quædam ignotis, & plus est, quamuis idem datur. Si enim datur, quod à beneficio tuo nosse incipis, Ille tribuit auxilia, iste ornamenta.

t Beneficiū est, quod alienus dat. alienus enim est, qui potuit sine reprehensione cessare. ideo beneficium est, quod quis dedit, cum illi liceret etiam non dare.

v Poena est, quod nō audet ab villo beneficium accipere, quod non audet vlli dare.

x In beneficio tēpus, locū, personā quique obseruet: quia monumentis quædā grata & ingrata sunt. Quāto enim acceptius est,

est si id damus, quod quis non habet, quam cuius copia abundat? & quod diu quærit, quàm quod vbiq̄ue visus est? Illa quoque non erunt sine honore, quæ aut illi nemo alter dedit, aut nulli alij.

Ibidem. y Mihi ceteris plus dedit quamuis idem aliis dedisset, quia sine spe recipiendi dedit.

Sen. de beneficiis. z Hęc enim beneficij inter duos lex est: alter statim obliuisci debet dati, alter accepti nunquam. Qui dedit beneficium taceat: narret, qui accepit.

Sen. ibid. a b Tacite danda sunt beneficia, vt nota sint solis, quibus profunt. interdum etiam ipse, qui iuuatur, fallendus est, vt habeat, nec à quo acceperit, sciat.

Ibidem. a c Sunt quædã nocitura impetrantibus, quæ non dare, sed negare beneficium est. Aestimabimus utique utilitatẽ potiùs, quã voluntariẽ petentiũ. nam exhortari in perniciẽ rogantium, sæua bonitas est. quemadmodum pulcherrimum opus est etiã inuitos nolentẽsque seruare, ita rogantibus pestifera largiri, blandum & affabile odiũ est. Pecuniam non dabo, quam numerari adulteræ sciam, ne in societate turpis facti aut consilij inueniar: immò si potero, reuocabo, ne possit quandoque dicere, ille amando me occidit.

Sen. ibid. a d Differunt promissa, ne minor sit turba ro

ba rogantium, quales regiæ potētiae ministri sunt: quos delectat potētiae suæ longū spectaculū: minúsque se inducāt posse nisi diu multūque singulis quid possint, ostēderint, nil cōfestim, nil semel faciūt, vt iniuriæ illorum præcipites lêta beneficia sint.

a e Nullū tam immansuetum animal, *Sene. 1. de beneficiis.* quod non cura mitiget & in amorem sui vertat. Leonum ora à magistris impunè tractantur. Elephantorum feritatem in seruire officium tenet cibus.

a f Multū interest inter materiam beneficij, & beneficiū. Itaque nec aurum, nec argētū, nec quicquam eorum, quæ à proximis recipiuntur beneficium est, sed ipsa tribuentis voluntas. Imperiti autem, quod traditur, solūm vocant beneficium. Imperatoris enim corona, & vestis, & currus nihil horum honor est, sed honoris insigne. Sic nec est beneficium, quod sub oculis venit, sed vestigium beneficij. *Ibidem.*

a g Plerique sunt, qui beneficia asperitate verborum, & supercilio in odium adducunt, eo sermone vsi, ea superbia, vt impetrasse pœniteat. *Ibidem.*

a h Tempore beneficia magna sunt. beneficium est vnus in fame panis. beneficiū est arentibus siti monstrare fontem. eo animo quicquid debetur, quo datur, nec

quantum fit, sed à quali voluntate, perpenditur. Maius enim aut minus fit, quamvis idem fit, tempore, loco, causa.

Se. li. 4. de beneficiis. a i Beneficiū illius cōmodum expectat, cui præstatur, non nostrum. alioquin nobis illud damus. itaque multa, quæ summum humanitatem afferunt, pretio gratiā perdunt. Mercator vrbibus prodest, medicus ægrotis magno venalibus. omnes isti, qui ad alienum cōmodum pro suo veniūt, non obligant eos, quibus prosunt.

Sen. ibidē. a k Ingratum est beneficium, quod diu inter manus dantis hæsit: quod quis ægrè dimittere visus est, & sic dare, tanquā tibi eriperetur. Gratiſsima autem sunt beneficia parata, facilia, occurrentia: vbi nulla mora fuit, nisi in accipientis verecundia.

Seneca. a l Optimū est occupare ante, quā rogemur: quia cū homini probo ad rogādum os cōcurrat: & diffundat rubor, qui hoc tormentum remittit, multiplicat munus suū.

Sen. ibidē. a m Non tulit gratis, qui cū rogasset, accepit. Nulla res carius cōstat, quā quæ precibus emptæ est. Molestum enim verbū & onerosum est demisso vultu dicere rogo.

Ibidem. a n Lacerat animū & premit frequēs beneficiorum commemoratio. Demus beneficia, non fœneremur. Dignus est decipi, qui de recipiendo cogitavit, quum daret.

Nul

a o Nullum est tam magnum benefi- *Seneca.*
cium, quod non vilificare malignitas pos-
sit: nullum tam angustum, quod non bo-
nus interpretes extendat.

a p Nihil carius æstimamus, quæ benefi *Seneca.*
ciū, quod diu petimus: nihil vilius quā quū
accepimus. Vnum bene positū beneficium,
multorum amissorum damna restaurat.

a q Quāuis omni petenti dare debeas, *Ibidem.*
tamen in beneficio spectandi sunt mores
eius, cui datur, & animus erga nos, & co-
habitatio, & vitæ societas, & ad nostras
vtilitates officia ante collata.

a r Cauene beneficiū maius sit faculta- *Ibidem.*
te: sequentur enim talem largitionē rapi-
næ, vt ad largiendū suppetant copia. Quū
enim dando egere cœperint, alienis bonis
manus inferre coguntur, & maiora odia
sequuntur eorum, quibus ademerūt, quā
fauores eorum, quibus dederunt.

a s Elige eum, qui gratis beneficium ac- *Ibidem.*
cipiat, non qui rediturus sit. non benefi-
cium, sed scœnus est, circumspicere non vbi
optimè ponas, sed quæstuosissimè habeas
vnde facillimè tollas.

a t Pulchrū sanè prædicandū beneficiū *Se. de be-*
nulla dilatione suspensum, nullis precibus *nesciis.*
redēptū, nullis meritis cōparatum gratius
est enim donum, quod venit ante preces.

Se. in pro.

a v Beneficiū qui dare nescit, iniuste petiit. Beneficium accipere, est libertatem vendere. beneficia plura recipit, qui scit reddere. Beneficium dando accipit, qui digno dedit. Beneficium dignis ubi das, omnes obligas. Beneficium, qui se dedisse dicit, petit. Beneficium sæpe dare, docere est reddere. Inopi beneficium bis dat, qui dat celeriter. Nihil prodest benefacere didicisse, si cessas benefacere.

Ibidem.

a x Simonides cum interrogaretur quid inter homines facile consensceret, respondit, beneficium.

Seneca.

a y Socrates: Plus gaude datis beneficiis, quam acceptis. illa enim gloriæ, hæc necessitati videntur esse subiecta.

az Zenon cuidā solito apud se cantare perenti mutuam pecuniam, si dederō, inquit, & te & pecuniam perdo.

Vide etiam in ti. Gratitude, Inimicitia: a. Ingratitude. Liberalitas. v. x. z. ab. ac. ad. ae. ao. ap. Promissio. b. d. e. Superbia. ah.

*Blasphemia.**Au. super a illud Mo.*

NON minùs peccāt, qui blasphemāt Christum regnantē in cœlis, quam

Blasph. qui crucifixerunt ambulātem in terris.*Rab. ibid.*

b Mos erat Iudæis, quū aliquid blasphemix audiebant, scindere vestes, sicut Paulus & Barnabas cum cultu diuino honorarent

sup. Mat.

honorarent

rarentur, sciderunt vestes suas.

c Blasphemia est, cum quadam probro- *Hugo de*
sa irreligiositate conuictorum iacula in *san. Vict.*
 alterum maledictio.

Vide etiam in tit. Clericus. a. Detraçtio.
 c. Voluntas. af.

Bonum, Bonitas.

a **V**irtutes, quibus viuitur rectè, ma- *Aut. deli-*
 gna bona sunt. Species autem quo *bero arbi-*
 rumlibet corporum, sine quibus rectè vi- *trio.*
 ui potest, media bona sunt.

b Neq; accepta deo sunt bona, quæ ante *Grego. in*
 oculos ei' malorũ admittione maculãtur. *mc.*

c Vir bonus citò nec fieri nec intelligi *Se. 42. ep.*
 potest. nã ille alter fortasse tanquã Phœ-
 nix anno quingentesimo nascitur. Nec est
 mirum, ex interuallo magna generat, me-
 diocria, & in turbam nascentia saepe for-
 tuna producit. Sed qui sciret, quid esset vir
 bonus, nondum se esse crederet: fortasse
 etiam fieri posse desperaret.

d Aut ista bona nõ sunt, quæ vocãtur: aut *Ibid. 85.*
 homo felicior Deo est. Quæ enim nobis *epistola.*
 bona videtur, non habet in vsu Deus. Nec
 enim libido ad illũ, nec epularũ lauitia,
 nec opes. Incredibile autem est, bona Deo
 deesse. hoc ipsum argumentũ est, bona nõ
 esse, quæ Deo desunt. Adde, quòd multa,
 quæ bona videntur, animalibus, quàm

hominij pleniora cōtingunt. Illa cibo avidius vtuntur: Venere nō æquè fatigantur. Virium illis maior est firmitas: sequitur vt multo feliciora sint homine. Nam siæ nequitia, siæ fraudibus degunt: fruūtur voluptatibus siæ vllō pudoris, aut pœnitentiæ metu. Fallimur. Bona illa sunt vera, quæ ratio dat: solida ac sempiterna; quæ cadere non possunt nec decrescere: cætera opinione bona sunt. hoc verò habent cōmune cū veris: proprietas verò boni in illis nō est.

*Senec. 30.
epist.*

e Non nascitur ex bono malū, non magis quàm ex ficu olea. ad semen nata respondent. bona denegare non potest.

*Seneca. in
prou.*

f Bonarū rerum etsi successus non fuerit, conatus ipse honestus est. bona nemini est hora, si non alicui sit malā.

*Senec. 22.
epist.*

g Nō est bonitas pessimis esse meliorē. Vide in tit. Amissio. a. Contritio. m. homo. t. v. x. z. Opus. c. Patientia. ac.

Charitas.

*Augu. de
laude cha
ritatis.*

a **I**N charitate pauper est diues, siæ charitate omnis diues est pauper. Hæc in aduersitatibus tollerat, in prosperitatibus temperat: in duris passionibus fortis est: in bonis operibus hilaris est, in tēporalibus ditissima: in hospitalitate latissima, inter bonos fratres lætissima, inter falsos patientissima: In Abel per sacrificium læta

læta: in Noë per diluuium secura: in Abra-
 hæ peregrinatione fidelissima: in Moyse
 inter iniurias leuissima: in Dauid tribula-
 tionibus mitissima. In tribus pueris blan-
 dos ignes innocēter spectat: in Machabæis
 sæuos ignes fortiter tolerat. casta in Susā-
 na supra vitium. in Anna post virū. in Ma-
 ria præter virū libera in Paulo ad arguen-
 dum: humilis in Petro ad obediēdum: hu-
 mana in Christianis ad confitēdum: diui-
 na in Christo ad ignoscendum. quid dicam
 de charitate? Si linguis hominum loquar
 & angelorum, charitatem autem non ha-
 beam, nihil sum. Ipsa enim est anima lite-
 rarum, prophetiæ virtus, sacramentorum
 salus. scientiæ stabilimētum, fidei fructus,
 diuitiæ pauperum, vita morientium.

b Radix omniū bonorū est charitas & *Augu. ho.*
 radix omniū malorū est cupiditas. & simul *7. sup lo.*
 ambæ esse non possunt, quia nisi vna radi- *Co. de pæ.*
 citus euulsa non fuerit, alia plantari nō po- *dis. ij.*
 test. Sine causa aliquis conatur ramos inci-
 dere, si radicem non contendit euellere.

c Habere omnia sacramenta, & malus *Augus. de*
 esse potest: habere autē charitatem, & ma- *laude cha-*
 lus esse non potest. *ritatis.*

d Nō numerositas operū, non diuturni- *Aug. ibid.*
 tas temporum: sed maior charitas meliōr-
 que voluntas auget meritum. Nam quod

patet, & quod latet in diuinis codicibus, tener, qui charitatem seruat in moribus.

Augus. de doctrina christiana. e Sola charitas est, quæ vincit omnia: & sine qua nihil valent omnia, & quæ ubi-
cunque fuerit, trahit ad se omnia. Scientia si sola sit, inflat, quia verò charitas edificat, scientiam non permittit inflari.

Augusti. f Charitas, est actio restitutiōnis, oculos semper habens ad Deū, glutinū animarū, societas fidelium, ocio non frigida, actio nō fracta, non fugax, non audax, nō præceps.

Augus. sup epist. Ioa. cap. 7. g Si nō vultis in ista eremo siti mori, bite charitatē. fons est, quem voluit Deus ponere, ne deficiamus, & abundantius eum bibamus, quum ad patriam venerimus.

Aug. ibid. cap. 8. h Pascit esuriētes charitas, pascit & supbia. charitas, vt De⁹ laudet: superbia, vt ipsa laudet. Vestit nudos charitas, vestit & superbia. ieiunat charitas, ieiunat & superbia.

Aug. de cathol. doctr. & discipl. eccl. lib. 1. cap. 11. i Charitas alios parturit, quum aliquis infirmatur, alios curat ædificare: alios condremiscit offendere. ad alios se inclinat: cū aliis erigit: aliis blanda, aliis seuera, nulli inimica, omnibus mater.

Hero. sup per epist. ad Gala. & est 1. q. 1. vide. k Vide quantum bonū est charitas: si ita martyriū fecerimus, vt nostras velimus ab omnibus reliquias venerari. & si opinionē vulgi sectantes intrepidi sanguinē fuderimus, & substātiā nostrā vsq; ad mēdicitatē

pro

propriã dederimus, huic operi, non tã præmiũ, quãmpœna debetur, & perfidiã magis tormenta sunt, quãm corona victoriã.

I Tunc ad alta charitas mirabiliter surgit, ium ad ima, proximorum se misericorditer attrahit, & quã benigne descendit ad infima, valenter incurrit ad summa.

Grego. in pastorali.

m Charitatis & pietatis miracula amate: que tãto securiora sunt, quãto & occultiora, de quib⁹ apud Deũ eò maior fit retributio, quò apud homines minor est gloria.

Ibidem.

n Charitas, quã diuisa venire cõsuevit, cor iusti diuidi per multa compellit. quod tamẽ tantò arctius in deo colligit, quantò latiùs per sancta desideria spargit.

Ibidem.

o Charitas ad cuncta virtutum facta dilatatur. quã à duobus præceptis incipit, sed se ad innumera extendit. Huius charitatis initium est, dilectio Dei & proximi. quia per amorem Dei, amor proximi gignitur. & per amorem proximi, amor Dei nutritur. nam qui Deum amare negligit, profectò proximum diligere nescit.

Greg. lib. 10. moralium.

p Fortis est vt mors dilectio: quia sicut mors corpus interimit, sic ab amore rerũ temporaliũ æternæ vitæ charitas occidit. nã quem perfecte absorbuerit, ad terrena foris desideria velut insensibile reddit. neque sanctus quisquam mori pro domino po-

Greg. homil. 11.

tuiſſet in corpore, ſi priùs à terrenis deſideriis mortuus non fuiſſet in mente.

Grego. in ho. q Vt multi arboris rami ex vna radice prodeunt: ſic multæ virtutes ex vna charitate generantur: nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis, ſi non manet in radice charitatis.

Grego. in ho. r Charitatis cum ſit propriũ nutrire cõcordiam, ſeruare cõpoſita, coniungere diſſociata, dirigere praua, & virtutes cæteras perfectionis ſuæ munimine ſolidare, quiſquis in eius radice ſe inferit, nec à veritate deficit, nec à fructu inanefcit.

Berna. in epiſto. 2. s O' bona mater charitas, quæ ſiue foueat infirmos, ſiue exerceat prouectos, ſiue arguat inquietos, diuerſis diuerſa exhibēs, ſicut filios diligit vniuerſos, quum te arguit, mitis eſt, quũ blãditur, ſimplex eſt, piẽ ſolet ſeuire, ſine dolore mulcere, patienter nouit irafci, humiliter indignari. Charitas hominũ mater eſt, & angelorũ: non ſolũ, quæ in terris, ſed etiã quæ in cœlo ſunt, pacificauit. ipſa eſt, quæ Deũ homini placauit, & hominẽ Deo reconciliauit,

Ber. ſuper illud. Sciẽtia inflat, charitas edificat. t Cibus indigeſtus corpus corrũpit: inflatum & hydropicum reddit: ſi digeſtus fuerit, nutrit: ſic ſcientia ſtomacho animæ indigeſta, ſi non fuerit igne charitatis decocta, malos humores generat. Nũquid non mal

mali mores, mali humores sunt?

v Mens, quã semel affecerit charitas, sui iuris esse nõ sinit, metuit quod nescit, dolet quod nõ oportet. Solicitatur plusquam voluerit: cõpatitur nolens, miseretur in vita. *Ber. 7 ep̃.*

x Obstinatio nõ permittit nos alterius cor ingredi: nec suspicio patitur credere nos ab aliis amari: huic duplici morbo duplex charitas medetur, illa scilicet que nõ sua quarit: & iterũ illa quæ omnia credit. *Bermin quodã sermo.*

y Charitas est mors criminum, virtus pugnantium, palma vitiorum, concordia mentium, societas electorum, quam fides concipit, ad quam spes currit, cui profectus omnium bonorum seruit. *Cassio. sermo per psal.*

z Charitas Dei quædam venalis est pluuia virtutũ, sub qua & beata voluntas germinat, & operatio sancta fructificat, patiens hæc in aduersis, temperata in prosperis, humilitate potens, afflictione latissima, inimicis beneuola, bonis suis superas malos. *Cassio. sup psal. Vsq̃ quequo.*

a b Charitas robur est fidei: fides fortitudo est charitatis, & tunc verum nomen est, ac verus est fructus ambarũ, quum insolubilis manet vtriusque connexio. Vbi enim non simul fuerint, simul defunt, quia inuicem sibi & iuuamen, & lumen sunt, donec desiderium credulitatis Impleat, remuneratio visionis, & incommutabiliter videa

Leo de ienunio i sermo.

videatur & ametur, quod nunc & sine fide non diligitur, & sine dilectiōe nō creditur.

Hugo de laude charitatis.

a c Nescio si qd maius in laude tua dicere possū, quā vt Deū de cœlo traheres, & hominē de terra ad cœlū eleuares, magna virtus tua, vt per te vsq; ad hoc humiliaretur Deus, & vsq; ad hoc exaltaretur homo.

Vide etiam in titu. Amor. a p. Dilectio Virtus. r.

Caro, sive corpus.

Aug. in de diffinitionibus.

a **C**arnis afflictio est, per quam lasciuix mentis seminaria castigatiōe discreta comprimuntur.

Aug. super Ioan.

b Spiritus deficit, vbi caro requiescit. Vt em̄ caro mollib⁹, sic aīa duris nutritur. illam blāda refouēt, hanc aspera exercent.

Hiero. in episto.

c Quocunq; pergimus, nobiscum inimicum portamus. Vinum & adolescentia, duplex incendium voluptatis.

Hiero. in episto.

d Corporis debilitas nimia, etiam vires animæ frangit: mētis quoq; ingeniū marcescere facit. quicquid cum modo, & temperate fit, salutare est. optimus in omni re modus, laudabilis vbique mēsurā.

Grego. in mora.

e Dū carnalis vita corrigitur, & vsq; ad abstinentiæ, atq; orationis studiū à perficiētibus peruenitur, quasi iā in altari caro incēditur: vt inde in omnipotentis Dei sacrificiū redoleat: vñ prius culpa displicebat.

f Nos gestamus laqueū nostrū nobiscū: *Ibidem.*
 circūferimus inimicū, carnem nostram lo-
 quor, de peccato natā, in peccato nutritam,
 corruptā nimis ipsa origine: sed multò am-
 plius praua cōsuetudine vitiatā. Hinc est,
 q̄ tā acriter aduersus spiritū concupiscit,
 q̄ assiduè murmurat, & impatiens est disci-
 plinæ, q̄ illicitè suggerit, quòd nec ratio-
 ni obteperat, nec vllò timore inhibetur.

g Quia iniquus carnem suam Deo præ- *Grego. in*
 posuit, iudicante Deo agitur, vt ex ea am- *moralib.*
 plius in igne crucietur. Hic itaq; eam re-
 linquere non vult, & quum ab ea abstrahi-
 tur, illic eā relinquere appetit, & tamē in
 ea propter supplicia reseruat.

h Sic conditi mirabiliter sumus, vt ratio *Gre. lib. 1.*
 animā, & anima possideat corpus. Ius verò *moralib.*
 animæ à corporis possessione repellitur,
 si non prius anima à ratione possidetur.

i Hi frequenter maiores tribulationes *Greg. lib.*
 ex carne suscipiunt, qui carnis voluptati- *12. mora-*
 bus delectantur. *lium.*

k Magna cura pēfare debemus, vtrū no- *Gre. ibid.*
 ster spiritus impetu carnis ducatur, transi-
 toria æternis præponere: ista mundana ad
 voluptatē, non ad necessitatē quarere.

l In hoc mūdo cum nostris tētationibus *Greg. ho.*
 nascimur, & caro nobis aliquando adiu- *3. secunda*
 trix est in bono opere, aliquando autem *par. Exe.*
 sedu

eductrix in malo. Si igitur ei plus, quàm debemus tribuimus, hostē nutrimus: & si necessitati eius quæ debemus, non reddimus, ciuem necamus. Satienda est itaq; caro, sed ad hoc vsque, vt in bono opere nobis sufficiat. Nam quisquis ei tantum tribuit, vt superbiat, satiari penitus ignorat. Ars itaque magna est satiari, ne vnusquisque per satietatem carnis, ad iniquitatem prorumpat turpitudinis.

Bern. super cantica. In Iram metum, cupiditatem, & gaudiū, velut quendam animi currum auriga regit, & in captiuitatem redigit omnem carnalem affectum, & carnis sensum nutu rationis, in obsequium virtutis.

Bern. in sermone. Hugo de claustro anima. Cur carnē tuā pretiosis rebus impinguas & adornas: quā post paucos dies vermes deuoraturi sunt in sepulchro: & animā tuā bonis operibus non adornas, quæ Deo & angelis eius præsentanda est in iudicio? Cur ergo animā tuam vilipendis, & ei carnem proponis? dominam ancillari, & ancillam dominari; magna abusio est.

Bern. in sermone. 33. Primum impedimentū nostrū, & occupatio grauis ipsa est necessitas miseri huius corporis. quod dū modò somnum, modò cibum, modò vestem, cæteraque similia quarit, hau l dubium, quin frequenter impediatur nos ab exercitio spirituali.

p Corpore molli reddito & delicato, ne cesset etc & animam participari ex corporis morbo. *Chryf. ho. 23. sup ea pi. ad He.*

q De stercore & paupertate erigitur, quilibet de labe corporis per Dei gratiam subleuatur. In stercore inuoluitur, cui carnis vitia dominantur. *Cassi. sup psal. Susci- tās à ter- ra.*

r Nunquā affectus noster ad desiderium æternorū accēditur, nec intellectus ad cœlestiū contemplationē perfectē acuitur, nisi cura carnis etiam in licitis & necessariis frequenter & fortiter repellatur. *Ricard. in lib. de cō- tēplatiōe.*

s Nihil aliud est caro cū qua tanta est foetias, nisi spuma, caro facta, fragili decore vestita. sed erit quandoque cadauer miserū & putridum, & cibus vermium. Si diligenter cōsideres quid per os & nares & ceteros corporis meatus egrediatur, vilius sterquilinum nunquā vidisti. Si singulas eius misérias enumerare velis, quam sit onerata peccatis, irretita vitiis, pruriens concupiscētiis, occupata passionibus, polluta illusiōibus, prona semper in malum, & in omne vitium procliuis, plenam cōfusione & ignominia inuenies. *Hugo de claustro anima. li. 1. cap. 1.*

t Attēde homo, quid fuisti ante ortū, & quid es ab ortu vsq; ad occasum, atq; quid eris post hāc vitam. Profectò fuit, quando nō eras: postea de vili materia factus, & in vilis *Ibidem.*

vilissimo pãno inuolutus menstruali sanguine in vtero materno fuisti nutritus. Tunica tua fuit pellis secundina. sic indutus & ornatus venisti. nec memores, quã vilis sit origo tua. Forma, fauor populi, feruor iuuenilis, opesq; , surripuere tibi noscere, quid sit homo. Nihil enim aliud est homo, quã sperma foetidũ, saccus stercorũ, cibus vermiũ, post hominem vermis, post vermẽ foetor & horror. Sic in non hominem vertitur, omnis homo. Cũ fœx, cũ limus, cũ res vilissima simus. Vnde superbimus? ad terram terra redimus.

Io. Cassianus de institutis monachorũ. Libr. 6. Senec. 15. epist. v Quodammodo exire de carne est in corpore commorantem, & ultra naturam est in fragili carne aculeos non sentire.

x Fateor nos gerere corporis nostri tutelam. Non indulgendum illi, seruiendum nego. Multis seruiet, qui corpori seruit: qui pro illo nimium timeret, qui ad illud omnia refert: honestum ei vile est, cui corpus suum nimis charum est. huius nimius amor nos timoribus inquietat, sollicitudinibus onerat, & contumeliis obiicit. Agatur eius diligentissima cura: ita tamen ut quum exigit ratio, quũ dignitas, quũ fides, mittẽdũ in ignem sit. Sic nos gerere debemus, ut nõ tanquam propter corpus viuere debeamus, sed tanquam non possimus

sine

fine corpore, corpori tantū indulgeamus,
quantum bonæ valerudini satis est.

y Maiore corporis sarcina animus eliditur, & minus agilis est. Circumscribe corpus tuum, & animo locum laxa. multa sequuntur incommoda deditos huic curæ: bibere & sudare, vita cardiaci est. *Ibidem.*

z Maior sum & ad maiora genitus, quàm vt mancipium sim corporis mei. Contemptus corporis sui, certa libertas est. *Seneca. 66. epist.*

a b Sapiens itaque multum cum meliore ac diuina sua parte versatur, cum hac querula ac fragili, quantum necesse est. *Ibid. 75.*

a c Multa nos incommoda exagitant, quàm malè conueniat nobis hoc corpus. nunc de capite, nunc de ventre, nunc de pectore aut de faucibus cōquerimur. Aliquando nerui nos, aliquando pedes vexant. nunc detractio, nunc distillatio, aliquando superest sanguis, aliquando deest. hinc atque illinc tentamur. hoc euenire solet in alieno habitantibus. hoc enim corpus non domus, sed hospitium, & quidem breue hospitium, quod relinquendum, vbi te grauem esse hospiti videas. *Seneca.*

a d Iam qui bona corporis præ se ferunt, quàm exigua, quàm fragili possessione vtuntur! Formæ vero nitor, vt rapidus est, & velox, & vernalium florum mutabilita- *Boët. 3. de consolatio ne.*

te fugacior. quod vt ait Aristoteles : Si lin-
ceis oculis homines vterentur , vt eorū vi-
sus obstātia penetraret ; nōne introspectis
visceribus illud Aleibiadis superficie pul-
cherrimum, corpus turpissimū videretur?
ideo te pulchrum videri nō tua natura, sed
oculorum spectantium reddit infirmitas.

Vide etiam in tit. Abstinentia, a n. Acce-
ptio, f. Anima, x, y. Cōcupiscentia, d, f. Con-
sideratio, f. Cor, i. Delitię, e. Ingenium, e. Re-
gimen, d, y. Seruitium, a. Spiritus sanctus, p.
Subiectio, d.

Castitas, siue continentia.

Augu. de a **C**astitas, est virtus sub iugo rationis
diffinitio. impetum libidinis refranans.

Ibidem. b Castitas est per edomitas vitiorum fu-
rias munda, & honesta totius corporis ha-
bitudo.

Aug. in li. c Proposito animi permanēte, per qđ &
de bona cō corpus sanctificari meruit, nec ipsi corpori
ugali. aufert sanctitatē violentia libidinis aliene
quā seruat perseuerātia cōtinentiæ sanctæ.

Aug. de cō d In coniugali vinculo si pudicitia conser-
tinētia vi uatur, damnatio non timetur. Sed in virgi-
duali. nali ac viduali cōtinentia, excellentia mu-
neris amplioris expetitur, qua expetita &
electa, & voti debito obligata, iam non so-
lūm nuptias capessere; sed etiam si non nu-
bant, nubere velle damnable est.

e Sicut

e Sicut bonum erat quod Martha facie- *Augu. de*
 bat occupata circa ministeriū sanctorum, *homo cō-*
 sed melius quod Maria, audiēs verbū Dei: *ingali.*
 ita etiam bonū Susannæ in castitate coniugali laudamus: sed bonum viduæ Annæ, & magis Mariæ virginis anteponimus.

f Pudicitia, res est animæ, virginitas corporis. denique illa integra in anima permanente, potest ista de corpore sibi violenter auferri. & quum ista integra manet corpori, potest illa in animo lasciuia voluntate corrumpi. *Aug. contra Iulian. lib. 4.*

g Non dicatis vos habere animos pudicos, si habeatis oculos impudicos: quia impudicus oculus impudici cordis est nūtius. *Aug. de cōmuni vita clericorū.*

h Audeo dicere superbis continentibus, expedit cadere; vt in eo ipso, in quo se extollunt, humilientur. Quid enim prodest, cui est continentia, si dominetur superbia? *Augu. serm. 57. super Mat.*

i Inter omnia certamina Christianorum duriora sunt prælia castitatis, nam ibi continua pugna, & rarior victoria. Rara enim concordia formæ atque pudicitie: Rara auis in terris nigroque simillima cygno. *August. in sermone.*

k Vbi necessitas imponitur castitati, austeritas datur libidini. itaque nec casta est, que metu cogitur: nec honesta, que mercede conducitur. *Augu. de vir.*

l Quacunque virtute polleas, quibuscun- *Hic. in ep.*

que operibus niteas, si cingulo castitatis careas, omnia per terram trabes.

Grego. in moralib. m Quam de ipsa cōtinētia mēs elatione tāgitur, plerunq; omnipotens Deus, superbiā deserēs, hāc in immunditiā operis cadere permittit. Nulla enim est castitas carnis, quam non cōmendat humilitas mētis.

Ber. in ep. n Differunt quidem inter se homo pudicus & angelus, sed felicitate, non virtute. Sed etiā illius castitas felicior, huius tamen fortior esse cognoscitur. Castitas sine charitate, lampas est sine oleo. subtrahe oleū, lampas non lucet: tolle charitatem, castitas non placet.

Ber. ibid. o Utinam qui continere non valent, cœlibatui cederent, ne vterentur: esset proculdubio melius nubere, quā vri, & saluari in humili gradu, quā in sublimitate cleri deterius viuere.

Isid. lib. 2. de summo bon. c. 31. p Quidam in iuuentute luxuriosè viuentes, in senectute continentes fieri delectantur, & tunc eligunt seruire castitati, quando libido eos seruos habere contempnit. Nequaquam in senectute continentes vocandi sunt, qui in iuētute luxuriosè vixerunt. tales non habent præmium, quia laboris certamen non habuerunt. Eos enim expectat gloria, in quibus fuerunt gloriosa certamina.

q Sex sunt quæ incorruptam conseruant *Castio. su-*
 castitatem: scilicet sobrietas, operatio, aspe *per Mat.*
 ritas cultus, inhibitio sensuum, raritas fer-
 monis cum honestate, euitatio opportuni-
 tatis, & personæ, & loci, & temporis.

r Pudicitia, est ornamentum nobilium, *Cypr. de*
 exaltatio humiliū, nobilitas ignobilium, *xij. abuo*
 pulchritudo vilium, solamē mœrentium, *stionibus.*
 augmentū omnis pulchritudinis, decus re-
 ligionis, minoratio criminū, multiplicatio
 meritorum, creatoris omnium Dei amica.

f Expertis vitiorum illecebris, difficilius *Beda su-*
 quàm incognitis caremus: & minoris la- *per Esdr.*
 boris est incognitam carnis cauere volu- *lib. 4.*
 ptatem, quàm reiicere iam cognitam.

t Maius miraculum est de carne propria *In colla-*
 fomité eradicare luxuriæ, quàm expellere *tionibus*
 immundos spiritus de corporibus alienis. *patrum*

v Maior est virtus ac sublimior gratia, *collatiōe*
 internam libidinem carnis extinguere, *Nesloro-*
 quàm nequitias dæmonum extrinsecus *th. Ibid.*
 irruentes signo Domini, ac virtutis altissi-
 mæ potentia subiugare.

x Pudicitia, est virtus nō solū impetū *Tullius.*
 libidinis coercens, sed & signa cohibens.

y Hac mediocritatis linea continentiam *Sen. de 4.*
 obseruabis, vt nec voluptati deditus pro- *virtuti-*
 digus & luxuriosus adpareas, nec auara *bis.*
 tenacitate sordidus, aut obscurus existas.

Christianus.

*Aug. de vi-
ta Chri-
stiana.*

Ille verè Christianus est, qui omni-
bus misericordiam facit, qui nulla o-
mnino mouetur iniuria, qui alicuius dolo-
rè tanquã propriũ sentit: cuius mēsam nul-
lus pauper ignorat: qui corã hominibus in-
glorius habetur: vt coram Deo & angelis
glorietur, qui terrēna cõtēnit, vt possit ha-
bere cœlestia: qui opprimi pauperē se p̄nte
nō patitur: qui miseris subuenit: q̄ ad fletũ
fletibus puocatur alienis: c̄d̄d̄ beneficēbat
Paulus: Quis ifirmatur, & ego nō ifirmor?

Aug. ibid.

b Christiani nomen ille frustra sortitur,
qui Christũ minimè imitatur. Quid enim
tibi prodest vocari, quod non es: & nomen
vsurpare alienũ? Sed si Christianum te esse
delectat, quæ Christianitatis sunt, gere, &
meritò tibi nomen Christiani assume.

Aug. s̄c̄

*per psal.
xxxij.*

c Ipse est Christianus, qui & in domo sua
peregrinum se esse cognoscit. Patria no-
stra sursum est, ibi hospites non erimus.

Greg. lib.

28. mo.

d Non queritur in Christianis initium,
sed finis.

Chrysof.

in hom.

e O Christiane delicatus es miles, si pu-
tas sine pugna te posse vincere: sine certa-
mine triũphare. Fortiter dimica, atrociter
in præliõ concerta, considera pactum, con-
ditionem attende, militiam nosce, pactum
quod spondidisti, conditionem, ad quam
acces

accessisti, militiam cui nomen dedisti. hoc enim pacto quos miraris, omnes pueniunt, hac conditione vniuersi vicerunt, hac militia triumpharunt.

f Christianus nemo dicitur rectè, nisi qui Christo moribus, prout valet, coequatur. *Cy. de 12. abassib.*

g Tota vita Christiani hominis, si secūdū euangeliū viuat, est crux, atq; martyrium. *Maxim. ser. de na*

Vide etiam in tit. Fides & in tit. Veritas. *tali Do-*
Christus. mini.

a **E** Suriuit Christus, qui omnes pascit: *Aug. de ea*
sitiuit, per quem creatur omnis po- *techi Zan-*
tus, & qui spiritaliter panis est esurien- *dis rudi-*
tium, fonsque sitientiū: ab itinere terrestri *buc.*
fatigatus est, qui seipsum nobis viam fecit
in cœlum: obmutuit & obsurdit corā con-
uitiantibus, per quem mutus locutus est, &
surdus audiuit. Vincitū est, qui de infirmi-
tatū vinculis nos soluit: flagellatus est, qui
oīm flagella dolorū de hominū corpori-
bus expulit. Crucifixus est, qui cruciatus
nostros finiuit. Mortuus est, qui mortuos
suscitauit. sed & resurrexit nunquā mor-
iturus, ne ab ipso quisquam sic discederet,
mortem cōtēneret, quasi nūquā futurus.

b Iacebat Christus, quātum ad carnē mor- *Aug. sup*
tus in sepulchro, mortuos suscitans in in- *Mat. c. 55.*
ferno, vitam tribuens vniuersis in cœlo, *et. contra*
non mundum dimittens ad cœlum ascen- *Felicianū*

dit, nec cœlum deserens venit ad nos, sed vno atq; eodē tēpore totū totus impleuit.

Augu. sup. per. c Ego sum via, veritas, & vita. tāquā diceret, quā vis ire? ego sum via. quōvis ire? ego sum veritas. vbi vis pmanere? ego sū vita.

Mat. c. 55. d Ideò permittitur inimicus iuxta viam

Aug. ibid. ponere laqueos: ne securitate exultationis via deseratur, & in insidias incidatur. Via Christus humilis. Christus veritas & vita. Christus excelsus & Deus. si ambules in humili, peruenies ad excelsum.

Augu. sup. per Io. e Ambulare vis? ego sum via. falli nō vis? ego sum veritas. mori nō vis? ego sum vita.

Augu. de vera regione. f Tota vita Christi in terris per hominē quē gessit, disciplina morū fuit. Oīa enim bona mūdi Christus cōtempnit, quę cōtempnēda docuit: & omnia mala sustinuit, quę sustinēda præcepit: vt nec ī illis quęreretur felicitas, nec in istis infelicitas timeretur.

Augu. sup. per Io. g Attulit Christus veritatē vt rector, mansuetudinē vt liberator, iustitiā vt cognitor.

Aug. contra Felic. h Erat Christus vno atque eodē tempore totus in inferno, totus in cœlo, illic patiens iniuriā carnis: hic non relinquēs gloriam deitatis. erat apud inferos resurrectio mortuorum, erat apud cœlos vita viuentium.

Ambr. sup. per Lucā tib. 4. i Christus omnibus omnia factus est, pauper pauperibus, diues diuitibus, flens flētibus, esuriētibus esuriens, sitiēs sitientibus, proflus

profuus abundāribus. in carcere cū paupere est, cum Maria flet, cum apostolis epulatur, cum Samaritana sirit, in deserto esurit, vt cibus primi hominis, quē præuaricatione gustauerat, ieiunio Domini solueretur.

k Nemo tibi Christum potest auferre, *Idē lib. 5.* nisi te illi auferas.

l Omnia habemus in Christo, & omnia *Ambro. in* in nobis Christus. Si à vulnere curari desideras, medicus est: si febris æstuas, fons est: si grauaris iniquitate, iustitia est: si indiges auxilio, virtus est: si mortē times, vita est. si tenebras fugis, lux est: si cœlū desideras, via est: si cibum quæris, alimentū est.

m Hoc intelligendū est quòd tantæ paupertatis fuerit Christus, & ita nulli adulator sit, vt in vrbe maxima nullum hospitem, nullam inueniret mansionem. *Hic. super Mat. 8. 1.*

n Christus sanctificatio est, sine qua nemo videbit filiū Dei seu faciem Dei. *Hiero. ad Pau.* Christus redēptio, id est, redemptor & pretium. Christus oīa, vt qui oīa propter Christū dimiserit, vnū inueniat pro omnibus, & possit liberè clamare, Pars mea Dominus.

o Redemptor noster homo nascendo, vitulus moriendo, leo resurgendo, & ad cœlos ascendendo aquila factus est. *Gre. ho. 4.*

p Iustus quisque per rationem homo, per sacrificium mortificationis suæ vitulus, per *Greg. ibi.*

fortitudinem securitatis suæ: leo, per contemplationem verò efficitur aquila.

*Ber. de no-
na mili-
tia.* q Mors Christi à morte, vita ab errore, à peccato gratia liberavit. Et quidem mors per iustitiam suam peregit victoriam, quia iustus exoluendo quæ non rapuit, vita per sapientiam documentum disciplinæ adimplevit, gratia ex illa potestate peccata remisit, quæ omnia quæcunque voluit, fecit.

*Bern. in
sermo.* r Non consolatur Christi infantia garrulos: non consolantur Christi lachrymæ cachinnantes: nō consolantur panni eius ambulantes in stolis: non consolantur stabulum & præsepe amantes primas cathedras in synagogis.

*Bern. in
episto.* s Aliud sequi Iesum, aliud tenere, aliud manducare. Sequi salubre consilium, tenere & amplecti gaudium solenne, manducare, vita beata.

*Ber. super
cant.* t Gemina dulcedo suavitatis exuberat in pectore Domini Iesu: longanimitas in expectando, & facilitas in donando. Nomé Iesu, quàm carum! quàm vile! vile, sed salubre. si vile non esset, mihi non effunderetur: si salubre nō esset, me nō lucraretur. Iesus mel in ore, melos in aure, abilius in corde.

*Bern. in
sermo.* v Putásne filium Dei reputet Iesum quis: quis ille est homo, qui ipsius nec terretur comminationibus, nec attrahitur promissionibus

tionibus; nec preceptis obtemperat, nec consiliis acquiescit.

x Nomen Iesu lucet prædicatum, pascit *Ber super*
recogitatum, lenit & vngit inuocatū. qui *tant.*
ita exercitatos reparat sensus, virtutes ro-
borat, vegetat bonos mores atque hone-
stos, castas fouet affectiones.

y Nihil ita sicut hoc nomē Iesu: iræ ini *Ibidem.*
petū cohibet: superbix tumore fedat: liuo-
ris vulnus sanat: luxuriæ fluxū restringit: li-
bidinis flammā extinguit, sit in avaritiæ tē-
perat, ac torius indecoris pruriginē fugat.

z Dignus planè est morte, q̄ tibi Christe *Ibidem.*
recusat viuere. & qui tibi non sapit, desi-
pit: & qui curat esse, nisi propter te, pro ni-
hilo est, & nihil est. Propter te ipsum Deus
fecisti omnia, & qui esse vult sibi & non
tibi, nihil esse incipit inter omnia.

ab Nemundi gloria, seu carnis volu- *Ibidem.*
ptatibus abducaris: dulcescat tibi pro his
sapientia: Christus. ne seducaris spiritu mē-
dacijs & erroris, luceſcat tibi veritas Chri-
stus. ne aduersitatibus fatigeris, confortet
te virtus Dei Christus.

ac Quis nō post illū libèter atq; alacri- *Ibidem.*
ter currat, qui & ab errore liberat, & er-
rata dissimulat? qui deinde merita viuen-
do tradit, & præmia moriendo conquirat?

ad Habemus Christum Iesum ex patre *Ibidem.*
nasc

nascētē. in patre cubātē, cū patre sedentem,
sub patre pendētem, à patre ambulāntem,
pro patre stantem, sine patre morientem.

Her. 7. quo- dam ser. a e Sub Christi scapulis quatuor nobis beneficia cōferuntur. sub his enim abscōdimur: sub his ab incurſu accipitrū & miluorum protegimur: sub his vmbraclū salubre nos refrigerat, & nimiū solis feruorē repellit: sub his quoq; alimur & fouemur.

Damas. 1. Mat. xvj. Træs Christi Dei vni. a f Nomē enim Christi exprimit vnitatē personę in duabus naturis. exprimit etiam dignitatē regiā & sacerdotalem & gratiæ plenitudinē propter vnctiōis prærogatiuā.
Beda de tabernaculo Salomonis. a g Nomen Iesu apud Hebræos à litera Ioth, apud Græcos à iōta incipit. q̄ vtraque in sua gente denarij numeri est nota. decē obolos in pretium animæ suæ offerūt, qui in Iesum Christum credentes, signum nominis eius, quod à denario numero incipit, in fronte & professione proferunt.

Cas. super illud psal. Speciosus forma. a h Nō quia forma eius decore lactei coloris eluxit, aut flauo crine lampauit, aut insigni statura præeminuit, sed veraciter humano genere pulchrior fuit, quia peccata cū nō habuit, quāuis pater Augustinus speciem decoris eius dicat fuisse laudabilem.

Dominus soluit cōp. Pe. Rave. a i Sicut ligat diabolus, qui peccata cōne- tit: ita soluit Christus qui delicta dimittit.
a k Refugium formidat fortitudo. Quid sibi

sibi vult Euāgelista: Deuori militis est, re-tractās il
 gis sui tacere fugā, narrare cōstātiā, ape- lud Matt.
 rre fortia, tacere infirma, & sequi alta. 2. Fuge in
 Quod fugit autem Christus, nō fuit timo- Aegyptū.
 ris, sed mysterij. Bellicosus enim si in bel-
 lo fugit, artis est, non timoris insequētem
 non timet, sed producit: vt palām vincat.

a l Quid iugo Christi suauius? Quid *Hilarius*
 onere leuius, probabilem fieri scelere ab-tractās il
 stinere, bonum velle, amare omnes, odisse lud Matt.
 malum, æterna consequi, præsentibus non *luzum*
 capi, nolle inferre alteri, quod sibi perperit *enim meo*
 sit molestum. *um suauis*

Vide etiam in ti. Aduētus. f. Amor. o. r. v. est *ere.*
 2x. bh. Anima. a. Ascensio, a. Beatitudo. d.
 decima. a. Fabula. b. Humilitas. b. Paren-
 tes. o. *Clericus.*

a **C**Um etiā laicos hoc deceat, ne aut *Au. de sin*
 extraneas blasphemandi occasio- *gularitaw*
 nes: aut opportunitatem fornicationis *te, clerico-*
 ostendant, maxime tamen hæc necessitas *rum.*
 clericos vehementer constringit, quibus
 religio blasphemata, aut fraternitas perdi-
 ta duplices pœnas irrogabit.

b Cōtemnitur clericus, qui sæpe inuita- *Hiero. ad*
 tur ad prandiū, & non recusat. nunquam *Nepotia-*
 petentes, raro accipiamus rogati. *num.*
 est magis dare, quā accipere.

c Negotiatorem clericum ex inope di- *Ibidem.*
 nitentem.

uitem, ex ignobili gloriosam quasi quamdam pestem fuge.

Hic. i. epi. d Clericos illos cōueniē ecclesie stipēdis ad *Dama* sustentari, quibus parentū & propinquorū *sum Papā* nulli suffragantur, qui autē bonis parentū *est* 1. & opibus sustentari possuat, si quod pauperū est, accipiunt, sacrilegium incurrunt. 42.

Hierodot. e Clericus, qui de bonis suis sustentari potest, si accipit quod pauperū est, sacrilegiū profecto committit, utque per abasionem talium iudicium sibi manducat & bibit. Si eges & accipis, das potius, quā accipis. si autem non eges, & accipis, rapis.

Hic. super ep. ad Ti. f Vehementer ecclesiam Dei destruit, meliores laicos esse, quā clericos.

Ber. lib. 3. de confid. g Miror cuius ordinis sint nostri clerici, nam in congregatione temporalium se habent ut laici, in apparatu nobili, ut milites: in acquisitione reddituum ut clerici, sed non laborant ut laici, neque pugnant ut milites, neque euangelizant ut clerici. & quā utriusque ordinis esse cupiūt, utriusque deserūt, utrumque confundunt. Vnusquisque in ordine suo resurget. Isti ergo cum Deus sit summè sapiens, veraciter creditur à summo vsque deorsum, nihil inordinatum relinquere: vereor, ne alibi ordinandos quā ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

h Cū cunctis status hominū aliquid habeant laboris, & aliquid voluptatis, clerici inter hæc nouo quodā artificio discernentes totum, quod delectat, in quolibet elegerunt: & totum quod molestat, respuerunt. & militibus acceperunt superbię factum, amplā familiā, equorum phaleras, & nobiles apparatus à mulieribus depēdentes collo-
 pelles rubricatas, vinum, molliciem, balneū & gloriam: à rusticis fructus agrorum horrea plena. Sed bene cauent militaris lorice pondus, muliebrem declinant verecundiam. Omnes rustici & agricolæ victū sibi labore acquirunt: hi delictis affluunt, & tamen adueniente fructuum tempore, promptuaria eorum plena tritico, & vinū bibunt. vix meracissimum, & inde incrasantur, impingantur & dilatantur. Quum ergo resurgere cœperint homines, quilibet in ordine suo, isti cum quibus resurgēt? Si diuertere voluerint ad milites, ipsos exsufflabunt. Sic cuncti homines, à suis sinibus arcebunt: & isti, qui in nullo fuerint ordine, vbi putas collocabuntur? Restat ergo, vt illum locum sortiantur, vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. & sint in laboribus demonum, qui in laboribus hominum non fuerunt.

Ber. super illud psal. In labore hominum non sunt: ideo non flagellabuntur.

Fern. sup. c. 23.

i Ministri Christi sunt, & sequuntur Antichristo.

christo honorati Domini, cui honorẽ non deferunt. Inde quẽ quotidie vides, meretricius nitor, histrionicus habitus, regius apparatus. Inde aurum in frænis, in sellis, in calcaribus. plus calcaria, quàm altaria fulgent. Inde mæxæ splendide cyphis & tibis. Inde comestationes & ebrietates. inde cithara, & lyra. inde torcularia redundantia, & promptuaria plena, eructantia ex hoc in illud. pro huiusmodi volũt esse, & fiunt ecclesiarum præpositi, decani, archidiaconi, episcopi, archiepiscopi.

Ber. ibidẽ.

k Olim prædictũ est, & nũc tẽpus impletionis aduenit: Ecce in pace amaritudo mea amarissima: amara prius in nece martyrum, amarior post in conflictu hæreticorũ: amarissima nũc in moribus domesticorũ: Nõ fugare, non fugere eos potes. ita inualuerũt, & multiplicati sunt super numerum. intestina & insanabilis est plaga ecclesiæ. & ideo in pace amaritudo eius, amarissima. Sed in qua pace? & pax est, & non pax. Pax à paganis, pax ab hæreticis, sed non profectò à filiis. Vox plangentis ecclesiæ in tempore isto: Filios enutriui & exaltaui: ipsi autem spreuerunt me, spreuerunt & maculauerunt me, à turpi vita, à turpi quæstu, à turpi commercio, à negotio denique perambulante in tenebris.

Super

Superest vt iam de medio fiat daemionium
meridianum.

I Vnde clericis exuberare existimas re- *Ber. su. c. 8*
rũ affluentiam, veltiũ splendorẽ, mensarum *cl. ser. 78.*
luxuriam, congeriem vasorum argenteo-
rum & aureorũ, nisi de bonis ecclesiæ? In-
de est, quòd illa pauper & inops & nuda
relinquitur facie miseranda, inculta, hispi-
da, propter quod non est hodie ecclesiam
ornare, sed spoliare, non est custodire, sed
perdere, non est defendere, sed exponere,
non est instruere, sed prostituere, non est
pascere gregem, sed mactare & deuora-
re, dicente Domino de illis, qui deuorant
plebem meam sicut escam panis.

m Curritur in Clero passim ab omni æta. *Ber. i. quo*
te & ordine, à doctis pariter & indoctis ad *dum ser.*
ecclesiasticas curas, tãquam sine curis iam
quisque victurus sit, quũ ad curas puenerit.

n Si insurgeret apertus hæreticus, mitte *Be. su. c. 1.*
retur foras & arelceret: si violentus inimi- *ser. 31.*
cus, absconderet se forsitan ab eo. nunc ve-
rò quid eiiciet, à quo abscondet se? omnes
amici & omnes inimici, omnes necessarij,
& omnes aduersarij: omnes domestici, &
nulli pacifici: omnes proximi, & omnes,
quæ sua sunt quærunt.

o Peccata populi mei comedunt, Sed si *Prospe. li.*
cut nihil habentes proprium, non peccata, *i. de vita*

*contem-
platius.* sed alimēta, quibus indigere videntur, ac-
cipiunt: ita possessores nō alimēta, quibus
abundant: sed aliena peccata suscipiunt.
1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.
Vide etiam in tit. Ebrietas. f. Exemplū.
g. Munus. b. Oratio. k. Pœnitentia. aq. ar.
Cogitatio.

*Hier. in 2
ep ad De
metriade.* **Q**uicquid pudet dicere, pudet & co-
gitare, est tutissimū atque perfe-
ctū, ut alluescat animus sollicita semper &
peruigili custodia discernere cogitationes
suas, & ad primū animi motū, vel probare
vel reprobare, quod cogitat: vel bonas cogi-
tationes alat, vel statim malas extinguat.
Hinc nāque fons est boni, & origo peccā-
di. Ibi maximè oportet obseruare pecca-
tum, ubi nasci solet. statimque ad primam
tentationis faciē, & malū autē, quā crescat
extinguere, dum adhuc est in cogitatione.

Hic. ibid. b In illa tantū cogitatione peccatū, quæ
suggestioni consensus mentis dedit: quæ
malū suum blāde fouet, quæ in factū gestit
irrupere. Huius cogitatio est, si ex aliquo
impedita casu non impleat voluntatem:
nihilominus actione ei iminis condemna-
tur à Domino: ut illud in euangelio legi-
mus, qui viderit mulierem ad cōcupiscēdū.

Ibidem. c Ad peccatū quod opere perpetratur ne-
quaquā puenies: si in centia viorū statim
in mente iugulabis, & paruulos Babylo-

nis allides ad petrá, in qua serpentis vestigia nō reperiuntur, & caute domino promites, Si mei non fuerint dominati &c.

d Tunc ad perfectionis summā pertingimus, quum sic exteriora vitia vincimus, ut cogitationes superfluas à mente referemus. Nam tanto longius mens à necessariis cessat, quanto inania latius cogitat. *Gr. 2. mo.*

e Peccata operis tātò citius cognoscuntur, quātò exterius videntur: peccata verò cogitationis eo ad intelligendum sunt difficilia, quo inuisibiliter perpetrantur. & tantò latius cogitationes defluunt, quanto se esse securius æstimant, quia foris à reprehensoribus non videntur. *Gr. li. 11. moralium.*

f Magno studio superflua cogitationes amputandæ sunt. Sed tamen amputari funditus nequaquam possunt. Semper enim caro superflua generat: quæ semper spiritus ferro sollicitudinis rescindat. *Gr. li. 5. moralium.*

g Electorū mētes si quas in se carnales cogitationes inveniūt, pœnitētiæ ardore consumunt, nec cogitationes suas dilatari carnali voluptate permittunt: quia eo semetipsos iudicantes subtilius feriunt, quo districtum iudicē præstolantur vicinum. *Gr. li. 12. moralium.*

h Quū reproborū mētibus occasio peccandi peccati deest: desideriorum cogitationes eorum cordibus nullatenus desunt, *Gr. 14. mo.*

& quū non semp diabolū sequūtur in opere, valde tñ se illi obligant in cogitatione.

Greg. 20.
no.

i Ante Dei oculos vacuæ non transuolant cogitationes nostræ: & nulla momenta temporis per annum transeunt sine statu retributionis.

Grego. in
pastorali.
8. 53.

k Sæpe misericors Deus eò citius peccata cordis abluit, quò hæc exire ad opera nō permittit, et cogitata nequitia, quāto citiùs soluitur: quia effectu operis non ligatur.

Gr. i mo.

l Si à domo mētis ad monumentū ratio discedat, quasi absente domina: cogitationū clamor velut garrula ancillarum turba multiplicat. Vt autē ratio ad mentē redierit: mox se confusio tumultuosa cōpescit. & quasi ancillæ se ad iniunctum opus tacitè reprimunt, dum cogitationes protinus

se causis propriis ad utilitatem subdunt.

Hu. Cas.
sup illud
Ps. Et cor
meum de-
reli. me.

m Cogitatio est improvidus animi respectus ad euagationem pronus.

Caesarius
monitio-
ne 2. c. 2.

n Quocunque tempore non cogitaues Deum, puta te tempus illud amisisse.

In solatio
nibus pa-
tri colat.
Moysi.

o Incipiamus bonas cogitationes diligere, & statim ab illis, quæ malæ sunt, dignabitur dominus liberare.

p Mētē nō interpellari cogitationibus, impossibile est. suscipere verò eas siue respicere, omni studentī per gratiā Dei possibile est. Quemadmodū igitur ortus earum

rum non omni modo pendet à nobis: ita reprobatio vel electio consistit in nobis.

q Cogitationes vagas, & inutiles, & velut somno similes non recipias: quibus si animū tuum oblectaueris, quum omnia disposueris, tristis remanebis.

r Si quid cogitaueris, citò adparebit: conuetantibus bene cogitata si excedunt, non occidunt.

Vide etiam in tit. Anima. ag. Conuersatio. af. Cor. n. Deus. ab. Diabolus. a. Dilectio. t. Mors. ap. Oratio. bk. Peccatum. m. n. Religio. k. Tentatio. g. n.

Compassio.

a **P**ia est ista tristitia, & si dici potest, bona miseria: vitiis alienis tribulari, non implicari, mœrere, non hærere: dolore contrahi, non attrahi.

b Quū alienę infirmitati cõpatimur, valentiùs à nostra roboramur, vt amore futurorū mens ad p̄sentia aduersa se præparet: & cruciat⁹ corpis quos timebat, expectat.

c Tunc plena cordis nostri cõpassio est, quum mala inopiæ pro proximo suscipere non metuimus, vt illum à passione libere mus. Plus est aliquādo compati ex corde, q̄ dare: quia quisquis indigenti perfectè cõpatitur, minus æstimat omne, quod dat: & re quilibet plerūque dat, qui non cõpatitur.

- Gr. li. 19. moralium* d Tantò quisque perfectior est, quantò perfectiùs sentit dolores alienos.
- In homil.* e Sic mens per cõpassionẽ doleat, vt etiã larga manus affectum doloris ostendat.
- Gr. in ho.* f Sicut pura veritas non nisi puro corde vi letur: sic miseria fratris misero corde veriùs sentitur.
- Ibidem.* g Cõpassio est, quã malũ inopiã p pxi mo nõ metuum⁹, vt eũ à passiõẽ liberem⁹.
- Gr. in bo. pascha et est l. di. cõfideradũ.* h Magnã actũ pietatis dispensatione cognoscimus, vt is, qui futurus erat pastor ecclesiã, in sua culpa disceret, qualiter aliis misereri debuisset, vt ex sua infirmitate cognosceret, quã misericorditer alienã infirmitatem toleraret.
- Ber. de consi.* i Si doles, cõdoleo. si nõ doleo tantũm, & maximẽ sciens à salute lõgiùs abhñtere membrum, quod obstupuit, & agrum sese non sentientem periculosiùs laborare.
- Ber. in ser.* k Nõnulli dura ceruice & atrita sũt frõte: vt quò magis eis cõpatimur, tantò magis nostra cõpassione & patiẽtia abutãtur.
- Ber. ibid.* l Deuotus miles nõ sentit lina, cùm benigni ducis contuetur vulnera.
- Chry. sup ep. ad He. ler. 30.* m Impossibile est scire afflictionẽ afflicto eũ ei, q̃ experimẽtũ afflictionis nõ habuit.
- Leo papa tractãt il lud: Beati qui lugẽt.* n Religiosa tristitia, aut alienũ peccatũ luget, aut p̃priũ nec de hoc dolet, quod diuina iustitia agitur: sed de eo meret, quod human

humana iniquitate cōmittitur, vbi magis plāendus est faciens maligna, q̄ patiens.

o Triplex est modus cōpassionis. est q̄p- *Hugo. de*
 pe cōpassio alia ex vitio, alia ex natura, *tribus. ve*
 alia ex virtute. Cōpassio ex vitio est q̄n af- *lūatibus*
 fectus illic reprehensibili dolore tāgitur, *in Christ.*
 vbi illicito prius amore tenebatur. Com-
 passio ex natura est q̄n ex insito sibi pieta-
 ris affectu animus alienis cōdolet, quo-
 ties contra pietatis vel humanitatis mēsu-
 rā, naturā p̄mi siue affligi videt. Cōpassio
 ex virtute est, q̄n propter Deū alienis do-
 loribus cōparimur, quū scilicet iustitiam
 p̄mi, vel innocētiā affligi videamus. Cōpas-
 sio ex vitio, culpabilis est. Cōpassio ex
 natura irrephensibilis est. Cōpassio ex vir-
 tute, laudabilis est. Cōpassio ex virtute
 laudabilis, prima reprehenditur, tertia lau-
 datur: secunda nec culpā habet, q̄a ex natu-
 ra est: nec præmiū, quia ex virtute non est.

p Triā sunt, per quæ probatur vera com- *Hugo de*
 passio, scilicet occulta beneficia, paupertas, *claustr. a-*
 & mors. Beneficiū em̄ si impēdatur occul- *nima, cas-*
 tē, humane laudis extinguit fatiorem, q̄n *picco. 9.*
 autē pauperis miseretur aliquis, tēporalis
 remouet sp̄e retributionis, quū pro proxi-
 mō pati mortē nō renuit, amorē mūdi non
 præponit. Hęc sunt em̄ tria illa, quæ solent
 enervare cōpassionis mēbra, humanus. f.

favor tēporalis retributio, & amor mūdi.

*Alchimus de immo-
latiōe As-
braha.* q Longitudine tēporis tētatio augetur.
per tridū eñ crescētibus curis paterna vi-
liū intuetur. cibū cū eo sumit. tot noctibus
peadet puer in amplexu patris. cubat in-
gremio, & per singula momēta in paterno
affectu dolor occidendi filij cumulat.

*Imm. de vi-
ta condi-
tionis hu-
mana.* r Cuius pectus tā ferreū, cuius cor tā la-
pideū, vt gemitus non exprimat, lachry-
mas non e.fundat, quū proximi vel amici
morbū vel interitum intuetur? vt patiē-
ti non compatiatur, & dolētibus non con-
doleat? ipse Iesus cum vidisset Mariam &
Iudæos plorantes, infremuit spiritu, tur-
bavit semetipsum, & lachrymatus est.

Sen. in p. s Vide si adhuc mal⁹ es & similib⁹ parce:
Vide etiā in tit. adiutoriū i. Beneficiū. g.
Consolatio. g. Conuitium. a. Correctio. b.
t. Crux. g. diuitiæ. aq. dolor. e. Eleemosynæ.
ag. Excusatio. n. Infirmetas. a. Lachryma.
m. Perfectio. g. Seruitus. hi.

Com. siue Congre.

*Aug. epif.
cōtra pne-
niam li. 3.* a **Q** Vicquid sceleris & iniquitatis
inebriat multitudinem, amittit
in examine veritatem.

*Hic. ad
Rusticum
monachū.* b In solitudine citò subrepat supbia: dor-
mit quando voluerit: facit qd⁹ voluerit. to-
tū autē qui in cōmunitate viuīs, nō facies qd⁹

vis

vis. comedes quod iuberis: subiicieris cui
 nō vis, serues fratribus. præpositum mona-
 sterij timeas vt Deum, diligas vt parētem.

c Plenissima peccatorū obtinetur ablu- *Leo papa*
 tio, quādo totius ecclesiæ vna est oratio, & *in sermo.*
 vna cōfessio. Si enim duorū vel trium san-
 ctorū pio consensui omnia, quæ poposce-
 rint dominus præstanda promittit, quid
 negabitur multorum milliū plebi vnā
 obseruantia pariter exequenti, & per vnū
 spiritum concorditer supplicanti?

d Publica præferēda sunt propriis: & ibi *Leo ibidē.*
 intelligenda est præcipua ratio vtilitatis,
 vbi vigilat cura communis.

e Protidē decreuit antiquitas cōmuni- *Cass. li. 3.*
 tatem edictis generalibus admoneri, per *epist. 18.*
 quæ & debitum omne corrigitur, & exce-
 dentis verecundia non grauat. Cuncti
 enim sibi æstimant dici, vbi nullum cōstat
 exponi. & similis fit innocenti, quem con-
 tingerit sub communione purgari.

f Nā si disparibus calamis cōuenit vnū *Cass. ibid.*
 melos edicere, multò magis, viris pruden- *epist. 9.*
 tibus aptū est iustū concordī voce suadere.

g Stulta auaritia mortaliū possessionē; *Senec. 29.*
 proprietatēq; discernit. nec quæquā suū esse *episto.*
 credit, quod est publicū. at sapiens nil iudi-
 ca suū magis q̄ illius, cui cū humano gene-
 re consortium est. Nulla essent cōmunia,

nisi pars illorum pertineret ad singulos.

Vide etiã in tit. Cõtêplatio. f. fauor. d. e.
g. t. Homo. r. f. iustitia. f. g. Lex. d. Prædica-
tio. af. Religio. ab. Seruitiũ. l. Sollicitudo. g.
n. Superbia. ag. Veritas. ab. Vitiũ. q. Utilitas
& Christianus. ai. *Concupiscentia.*

*Augus. de
ser. domi-
ni. lib. 1.*

Qui viderit mulierem ad concupi-
scendum eã, id est hoc sine & hoc
animo attenderit, vt eã concupiscat, quod
iam non est delectatione carnis, sed planè
consentire libidini, ita vt non refranetur
illicitus appetitus: sed si facultas fuerit, sa-
tietur: hic inoechatus est.

*Aug. de pi-
ritas & li-
tera.*

b Nescio quomodo hoc ipsum, quod cõ-
cupiscitur, fit iocundius, dum vetatur.

*Hiero. sup
Mat. li. 1.
cap. 14.*

c Qui viderit mulierẽ &c. Inter passio-
nem & propassione hoc interest, quod pas-
sio reputatur in vitiũ: propassio licet ini-
tij culpam habeat, tamẽ non tenetur in cri-
mine. ergo qui viderit mulierem, & anima
eius fuerit titillata, hic propassione per-
cussus est. Si verò consenserit, & de cogita-
tione affectum fecerit, sicut scriptum est in
David: trãsierũt in affectum cordis, de pro-
pensione tranfuit ad passionem, & huic vo-
luntas peccari non deest, sed occasio. Qui-
cunque ergo viderit, id est si sic aspexerit,
vt concupiscat, vt facere disponat, iste rea-
tẽ inoechatus dicitur eam in corde suo.

d Caro

d Caro quā cōcupiscitur, pēsētur, quid sit *Gre. B. 18.*
 exanimis, & intelligatur quid ametur. Nil *moralū.*
 quippe sic ad edomandū desideriorum car-
 naliū appetitū valet, quā ut quisq; hoc,
 quod viuū diligit, quale sit mortuū pēsēt.

e Viscus quidam prauī desiderij, & dele- *Ber. i ser.*
 stationis terrenae animam volare non pa- *9. sup cās.*
 titur: & citius retrahit mentē, si fortē ali-
 quando subleuatūr.

f Concupiscentia carnis, est motus ani- *I fid. libr.*
 mae in affectu sordidae cogitationis. *2. de sum.*

Vide etiā in tit. Caro, f. Coniugiū. b. *bono.*
 Voluntas. k. l.

Confessio.

a **O** Homo, quid times cōfiteri? Illud *Augu. sup*
 quod per confessionē scio, minus *psal.*
 scio, quā illud quod nescio. Cur confite-
 ri erubescis peccata tua? peccator sum si-
 cut & tu homo sum, humani à me nihil
 alienū. confitere homo homini, homo pec-
 cator homini peccatori. elige quod vis: si
 non confessus lates, incōfessus dānaberis.
 Ad hoc Deus exigit confessionem, ut libe-
 ret hominem humilem, ad hoc damnat nō
 confitentem, ut puniat superbum,

b Tāto tēpore appēsū est, tātūq; valuit *Augu. sup*
 apud eū, qui hoc nouit appēdere, quod la- *Ioan.*
 tro in cruce confessus est dñm crucifixum,
 quantum si fuisset pro domino crucifixus.

Ibidem. c Seruus peccati, quò fugit, secum se trahit quocùque fugerit. nò fugit se ipsam mala conscientia, non est quò eat, sequitur se. imò non recedit à se. Peccatum enim quod facit, intus est. Vis audire consilium? si vis à Deo fugere: ad ipsum fuge confitendo, non ipsi aliquid latendo, confiteri enim potes, latere non potes.

Ibidem. d Quà hūilitatis causa mētiris, si nō eras peccator antè q̄ mētiteris, mentiendo efficeris, quod vitaris. Veritas in te non est, nisi ita dixeris te pctōrem, vt esse cognoscas:

Augus. in li. de pani tentis. e Discretio confessoris valde necessaria est. consideret qualitatē criminis in loco, in tempore, in perseverantia, in varietate personæ. cuius fuerit ætatis, cuius sapientiæ & ordinis, & quali hoc fecerit rētatione, & in ipsius multiplici executione.

Aug. ibid. f Cōfessio est sal^o aīarū, dissipatrix vitiorum, oppugnatrix dæmonū. Quid plura? obstruit os inferni, portas aperit paradisi.

Ambro. in Eb. de los seph. 36. g Plurimum suffragatur Deo verecundæ confessio: & pœnam, quam defensione evitare non possumus, pudore reuelamus.

Amb. sup Beati iustitias maculati. h Qui se accusat, et si peccator sit, iustus esse incipit: quia nec sibi parcat, & Dei iustitias confiteretur.

Ibidem. i Cessat enim vindicta diuina, si confessio præcurrat humana.

k Qui promereri vult, quod expetit, debet malū confiteri, quod fecit. valde enim facile est, vt peccatorem se quisque fateatur: quum nihil pro peccato suo patitur. *Gre. li. 8. moralū.*

I Hæc sunt veræ humilitatis insigniæ: iniquitatem suam quemque cognoscere, & cognitam voce confessionis aperire. *Gr. li. 22. mora.*

m Peccatores nos in tranquillitate loquimur: sed cum de peccatis ipsis flagello interueniente corripimur, murmuramus. Pœna ergo nos interrogat, si culpam veraciter cognoscimus. Plerumque grauioris certaminis est commissa peccata prodere, quam non admissa vitare. *Ibidem.*

n Mirètur in bono Iob qui volunt castitatis continentiam: mirètur interitatem iustitiae, mirentur viscera pietatis: ego in eo non minùs adminor cōfessionē humilimā peccatorum, quam tot sublimia virtutum. *Greg. 11. mo. super illud Iob: Si celauit in fine meo*

o Vulnera clausa plus cruciant, nā quum putredo, quæ interiùs feruet, eiicitur, ad salutem dolor aperitur. *iniquitatē meam.*

p Sacerdotes cautè necesse est vigilare sollicitos, quo videlicet delinquentiū cordibus tanto moderamine verbum timoris & contritionis infligant, quatenus eos nequam à verbo confessionis exterreant. sic corda aperiant: vt ora nō obstruāt. Sed nec absoluant etiā cōpunctū, nisi viderint confessi *Gre. in pastor. cap. pitu. 38. Augu. ad fra. i. ere. serm. 30. to. 10.*

festum, quoniam quidem corde creditur a
iusticiam, ore autem fit confessio ad salutem.
Quisquis ergo verbum confessionis in ore
habet, & in corde non habet, aut dolosus
est, aut vanus, qui vero in corde & non in
ore, aut superbus est, aut timidus.

Ber. de 12. gradibus humilitatis. q Indicia vere confessionis sunt sicut vnus-
quisque se peccatorem dicit, id de se dicenti
alteri non contradicat: nam non peccator
sed iustus videri appetit: quum peccatorem
se quisque nullo arguente confitetur. su-
perbiae quippe vitium est, vt quod de se fa-
teri quis sua sponte dignatur, hoc sibi dici
ab aliis dedignetur.

Ber. super cap. r Trux morsus a serpente fugit conscien-
tia sacerdotis: ad quem magis oportue-
rat, tanquam ad sinum recurrere matris.

Ber. epist. cap. 14. s Absque confessione iustus iudicatur in-
gratus, & peccator mortuus reputatur, cō-
fessio igitur peccatoris est vita, iusti glo-
Cory. sup illud. Ma. ria, & necessaria est peccatori, & iustum
nihilominus decet.

Qui necesse est. Si sufficeret fides cordis, non creasset ti-
fessus fore tibi Deus, si sufficit Christo, quia cognoscis
eum, et si non confessus fueris coram homini-
is coram hominibus. bus, ergo & tibi sufficit, quod te cognoscit
Christus, & si non confitearis coram Deo.
Et. Confessio est pro qua aia morbo latens sepe
Isi. li. aty. consequenda: venia in Dei laudem aperitur.

x O'ingeniosa simplicitas, & mille tergi
 uersationibus cautior puritas manifestare
 delictū! Illis non iudex, sed aduocatus est
 Christus, qui se propria cōfessiōe dānarūt.

*Cas. sup il
 lud. Beati
 quorū re-
 miss.e.*

y Mira cōpensatio, stupēda vicissitudo,
 domino suo propria mala dicere, & ab eo
 dem præmia salutis accipere. Quis nō in-
 citerur illi ad præmium confiteri, cui non
 possis negare quod feceris?

*Cass. sup
 illud psal.
 Vias meas
 annuntia-
 ni.*

a b Non remanet iudicio condemnan-
 dum, quod fuerit confessione purgatum.

*Leo papa
 in sermo.*

a c Maxima spes est recuperāda salutis,
 fontem nosse langoris.

*Valerius
 in sermo.*

a d Venia dign⁹ est, qui de peccato excu-
 sationē nō querit. vbi enim est confessio,
 ibi remissio: quia proximū ad innocētiam
 tenet locum verecunda peccati confessio.

Ibidem.

a e Initiū salutis, noticia peccati. Nā qui
 peccare se nescit, corrigi nō vult. ideo quā-
 tum potes, te ipsum argue. inquire in te. ac-
 cusatoris primū partibus fungere, dein-
 de iudicis, nouissimē deprecatoris.

*Senec. epi-
 stol. 29.*

a f Quare vitia sua nemo cōfitetur? quia
 etiam nūc in illis est. Somnium narrare,
 vigilantis est: & vitia sua confiteri, sanita-
 tis indicatiū est. expergiscamur ergo vt mo-
 res nostros coarguere possimus.

*Senec. 54.
 epi.*

a g Omnia vitia in aperto leuiora sunt:
 morbi quoque ad sanitatē tunc inclinant,

*Seneca. o
 pist. 57.*

quum

quæ ex abdito erumpunt, ac vim suam profertunt: & auaritiam & ambitionem, & cætera vitia mentis humanæ tunc perniciose scias esse quum simulata sanitate subsidunt.

Vide etiã in tit. Conscientia. h. n. Correctio ar. Damnum. b. Penitentia. l. v.

Confidentia.

Augus. de singulari sate clericali.

A Duersaria est confidentia, quæ periculis vitam suam pro certo commendat. & lubrica spes est, quæ iater fundamenta peccati saluari se sperat, incerta victoria est inter hostilia anima pugnare, & impossibilis liberatio est flammis circumdari, & non ardere.

Aug. ibid.

b Expedi multò bene timere, quàm male fidere: & vt illius est, vt infirmum se homo cognoscat, vt fortis existat, quàm fortis videri velit, & infirmus emergat.

Augus. in sermo. de san. Vincent.

c Nemo de suo corde præsumat quando profert sermonem. nemo de suis viribus confilat quanto suffert retationem. quia vt & bona prudenter loquamur, à Deo est, non nostra sapientia. & vt mala fortiter perferamus, ab illo est, non nostra patientia.

Eccl. i. ser.

d O homo securum habes accessum ad Deum, vbi mater ante filium, filius ante patrem. Mater ostendit filio pectus & vbera: filius ostendit patri latus & vulnera. Ibi non potest esse vlla repulsa, vbi tot sunt charitatis insignia.

e Non

e Non confidat prædicator vel auditor *Hugo de*
 verbi diuini de acumine ingenij, de subti- *sancto Vi*
 litate scrutinijs, de sedulitate studij: sed ma- *cto. in di-*
 gis confidat de bonitate Dei: & de pietate *ascalico.*
 oraculi, de humilitate cordis intimi.

f Confidētia est, ex virtutū cōscientia im- *Ibidem.*
 motā mentem inter aduersa sibi constare.

g Confidentia est certa spes animi per- *Tullius.*
 ducendi ad finem rem inchoatam.

h Cōfidētia est, p̄ q̄ magnis & hōestis reb⁹ *Tull. ibid.*
 multū ipse anim⁹ in se fiducia collocauit.

i Magna contra diabolū arma suat, in *Cass. sup*
 suis viribus fiduciam nō habere, sed Deum *illud psal.*
 rogare, qui aduersarium possit opprimere. *Quoniam*

Vide etiam in tit. Amicitia, c. h. Bellum, *humiliata*
 a. De spatio. Fides, u. Præsumptio, h. Securi- *est i pul-*
 tas, & in tit. per totum. *vere aīa*

Coniugium.

a **Q** Via ægritudini semper cōsulen- *Aug. de s*
 dum est, propterea si contigerit *de ad Pe-*
 primò priuari cōiugio, si voluerit secūdas *trum.*
 vel tertias inire nuptias, nullū de illis pec-
 catum habebit, si eas castè seruauerit. & si
 fuerit aliquis coniugalis excessus, qui ta-
 men legitimus non violet thorum, habe-
 bit nonnullum, sed veniale peccatum.

b Bene vitur malo, concupiscentiam re- *Au. de pue-*
 stringens connubio. *rorū bap.*

c Propemodū non inferioris virtutis est, *Ambr. de*

viduis. eo abstinere cōiugio, quod aliquādo delectauerit, quā̄m cōiugij oblectamēta nescire. Copula nuptialis nō est quā̄si culpa vitāda, sed quā̄si necessitatis sarcina declināda.

Hiero. in quadam exist. d Tolle quod peius est, & per se non erit bonum nubere. Vide qualia sunt matrimonia, quæ lupanaribus præferuntur.

Hiero. in epi ad Romanos finum. e Sicut boni filij a luterorum nulla est defensio: sic mali filij conjugatorū nullum crimen est matrimonij: quia non in fœminibus, sed in voluntate nascentis causa vitiorum est atque virtutum.

Greg. 12. moral. f Bonūm est coniugium, sed mala sunt, quæ circa illud ex huius mundi cura succrescunt. Dum ergo tenetur, quod non nocet ex rebus iuxta positis, committitur plerunque quod nocet. Sicut sæpe rectū mundū̄ inque iter pergimus: & tamē ortis iuxta viam vepribus per vestimenta retinemur. In via quidem munda non offēdimur, sed à latere nascitur, quo pungamur.

Ibidem. g Qui tētationū procellas cū difacultate tolerāt, cōiugij portū petāt. Melius est nubere, quā̄m vri. Sine culpa eīm ad cōiugium veniūt, si tamē necdā̄ meliora deuouerūt.

Isid. super isto verbo Mat. 9. h Quos Deus cōiunxit, homo nō separet, sub mō̄si violēter, sine lege, absq; rōne. Non enim homo separat, quos pœna dānat, quos reatus accusat, quos maleficium coarctat.

i Quem

i Quemadmodū si vides hominem assi- *Chry. sup*
 due amicitias medicorum colentē, ex hoc *eodē ver-*
 statim intelligis, q̄ infirmus est: sic & cum *bo Matt.*
 videas siue virum, siue mulierem de dimit- *19. Quos*
 tendis. vxoribus aut viris legem interro- *Deus con-*
 gantes, cognosce quia vir ille lasciuus est, *iūxit &c.*
 & mulier illa meretrix est.

k Omnis causa per quas nascitur, p̄ ipsas *Chry. sup*
 absoluitur causas: matrimonium enim non facit *illud mat.*
 coitus, sed volūtas: & ideò non illud soluit *19. bo. 20.*
 separatio corporis, sed separatio volūtatū. *Quicūq;*
 l. Sicut crudelis est & iniquus, qui castam *dimiserit*
 dimittit, sic facinus est, & iniustus qui reti- *vxo. &c.*
 net meretricem. *Chry. sibi.*

m Non vxor ducenda sapienti, primūm *Hugo de*
 quia studia philosophiæ impedit, nec po- *sancto Vi-*
 test quisquam libris & vxori pariter infer- *ctore in li-*
 uire. Multa sunt, quæ matronarum vrbibus *bello ad so-*
 necessaria sunt, videlicet pretiosæ vestes, *cium vo-*
 aurum, gemmæ, sumptus ancillæ supellex *lentē nu-*
 varia, deinde per totas noctes garrulæ que- *bere.*
 stiones. Illa ornatio præcedit in publicū,
 hæc honoratur ab omnibus. ego in con-
 uentu sceminarum misera despicio. Cur
 aspiciebas vicinam? quid cum ancilla lo-
 quebaris? de foro veniēs quid attulisti? non
 amicum habere possumus, non sodalem,
 alterius amorem, suum suspicatur odium.

n Adde quòd nulla est vxoris electio: sed *Ibidem.*

qualis aduenerit, talis sit habenda. Si iracūda, si fatua, si deformis si superba, si foetida. quodcunque vitium est, post nuptias discimus. Equus, alinus, bos, canis, & vilissima mancipia prius probantur, & sic emuntur: sola vxor non ostenditur, ne ante displiceat, quàm ducatur.

Ibidem. o Attendenda est semper eius facies, & pulchritudo laudāda, ne si alterā inspexeris, se existimet displicere. Si totā domum ei regēdā cōmiseris, seruiēdū est. Si aliquid tuo arbitrio reseruaueris, fidem sibi haberi nō putabit. & in odiū vertitur, & iurgia. & nisi citò consulueris, parabit venena anus.

Ibidem. p Quiera est continens vita, quam non inquietat vxoris suspicio, non sollicitat ancillarum sumptus, nec conturbat filiorum puerilitas, quæ munditiæ gignit flōrem, puritatis parit fructum, bonæ conscientiae profert odorem.

Ibi. Hag. q Ducuntur hodie vxores nō causa fornicationis vitandæ, sed causa luxuriæ: non causa prolis, sed causa pecuniæ. Vnde Marci Catonis filia iunior, quum quæreretur ab ea, cur post amissum virum denuò non nuberet, respondit se non inuenire virum, qui se magis vellet, quàm sua. quo dicto eleganter ostendit diuitias magis in vxoribus eligi solere, quàm pudicitiam, & mul-

ros non oculis, sed digitis vxores ducere.
Optima & sana res, quam non auaritia cō-
ciliat, quam non luxuria copulat.

r Amice contumelia viri, vxor inobediēs. *Val' i' epi.*
caue tibi. Veritas quæ non potest falli, ait *ad Rufin.*
de beato David: Inueni virum secundum
cor meum. hic tamen egregiè præcipitatus
est amore mulieris ab adulterio in homi-
cidium: amica Bersabee siluit, in nullo ma-
lignata est, nihilominus facta est stimulus
subuersionis viro perfectō, & mortis acu-
leus innocētī marito. Vtraque nocens erit,
quæ contendet eloquentia, vt Dalida San-
sonis. & quæ forma vt Bersabee. Si ergo
non es amplius secundum cor Domini,
quàm David, crede, & tu præcipitari potes.

f Optima fœmina, quæ rarior est Phœni- *Ibidem.*
ce, amari non potest sine sollicitudinis ama-
ritudine, & metus frequenter infortuni.
Malæ verò, quarum tam copiosa sunt exa-
mina, vt nullus locus sit expers malignita-
tum earum, quum amantur, amarè pun-
gunt, & afflictioni vacant vsque ad diuifio-
nem corporis & spiritus.

r Sol hominū Salomon, thesaurus deli- *Vale. ibid.*
tiarum, sapientiæ Domini singulare domi-
cilium crasso tenebranū fuscatus atramen-
to: lucē animæ suæ, gloriā domus suæ fœ-
minarum facinore amisit, & postremò cur-

uatus ebram Baalim ex Ecclesiastic Domini, mutatus est in membrum Zabuli.

Ibidem. v Iuppiter rex terrenus, qui etiã dictus est coelorum rex, præ singulari strenuitate corporis & incõparabili mētis elegantia, post Europam mugire coactus est. Amice ecce, quẽ bonitas super cœlos exulit, fœmina brutis tõparauit. poterit & te fœmina cogere ad mugitum, si non es maior Ioue.

Ibidem. x Patimius flens ait Arriõ vicino suo: Amice arborem habeo in horto meo infelicem, de qua se prima vxor mea suspedit, & postmodum secũda, & iam nunc tertia. Cui Arrius miror te in tantis successibus lachrymas inuenisse. Et iterum, dii boni, quæ dispendia arbor illa tibi suspēdit & tertio, amice da mihi de arbore illa furculos, quos serã. amice, & ego dico tibi metu tuo ne te oporteat arboris huius furculos mendicare, & inueniri non poterunt.

Valer. ibi. y Metellus respõdit Mario, cuius filiam dote felicem, forma nobilem, genere clarã, tanta celebrem ducere noluit: Malo inquit meus esse, quàm suus. Cui Marius: imò ipsa est tua. at ille: imò virum oportet vxoris esse: logicum enim est: alia enit̃ prædicata, qualia subiecta esse permiserint. sic facetia verbi Metellus diuertit dorsum ab oneribus eius.

z Audax est ad omnia quaecunque amat *Ibidem.*
 vel odit foemina: & artificiosa est nocere
 cum vult. Sed ne longo dispendio te suspen-
 dá, lege Aureolú Theophrasti & Medeam
 Iasonis, & vix pauca inuenies impossibilia
 mulieri. Amice det tibi Deus omnipotens,
 omnipotentis foeminæ fallacia non falli.

a b Socrates ab adolescentulo quodá con- *Val. Max.*
 sultus, vtrum vxorẽ duceret, an se omni ma- *libr. 7. de*
 trimonio abstineret, respondit vtrũ eorum *memora-*
 fecisset, acturũ pœnitentiã. Hinc te, inquit, *bilibus di-*
 sollicitudo, hinc orbitas, hinc grauis interi- *ctis.*
 tus, hinc hæres alienus excipiet, illinc per-
 petua sollicitudo, cõtextus querelarum, do-
 tis exprobratio, affñium supercilium gra-
 ue, garrula focrus lingua, successor alieni
 matrimonij, incertus liberorum euentus.

a c Nulla tam bona est vxor, in qua non *Diogenes*
 inuenias quod cõqueraris. Sicut nihil sua *philos.*
 nius benigna coniuge: ita nihil infesta mu-
 liere crudelius. quãtò enim sapiēs vitã suã
 pro viri salute opponit, tantò maligna ad
 mariti mortẽ etiam vitam suã reputat. Ni-
 hil ergo muliere molestius, quæ quantũ in
 re coniunctior, rãtum disunctior morum
 dulcedine, aut felle malitiæ. Mulier spe-
 ciosa rēplum est ædificatũ super cloacam.

a d Duo genera lachrymarum haben- *Pythagor-*
 tur in oculis foeminarum, veri doloris *ras philo-*

vnium, insidiarum alterum.

In prou. filosof. a e Socrates, cū quidam ex eius doctrina benemeriti discipuli ad eum descenderēt, rogantes eū, vt aliquod præceptū ordinandæ susciperent vitæ, in suum eos diuersorium secum venire fecit, vxorēque suam Xanthippē in superioribus constitutā vocauit: iussitque, vasa oleo & melle plena vt eiiceret: admirantibusque discipulis ait: si hæc in domibus vestris rerum potestatem habueritis, beatam vitam disponetis.

Sen. i pro uerbis. a f Habent locum maledicti crebræ nuptiæ. Quæ multis nubis, multis non placet. Vide etiam in tit. Castitas, d, o. Mulier & Peccatum, f. Virginitas, a, i, t.

Conscientia.

August. in sermo. a **Q**uid obest illi, si de illa tabula eū humana vult delere ignorantia, si eundem de libro viuentium nunquam propria deleat conscientia? nam & si bonum, quod de nobis dicitur, in mente non inuenitur, magnam debet in nobis tristitiam generare: & econtrā, si malum quod de nobis dicitur, in nobis non inuenitur, in magnam debemus latitiam proficere.

Ambr. de off. b Bene sibi conscius, falsis non debet moueri conuictis, nec æstimare plus ponderis in alieno esse conuictio, quàm in suo testimonio.

c Vnusquisque nō intermittat opus probabile, siue à pluribus videatur, siue sine arbitrio sit. Abundat enim sibi locuples testis conscientia: fugat etiã mala & opprobria, etiam si se credat non posse conuinciam & si clauis parietibus sit & coopertus tenebris, sine teste, sine conscio: habet tamen facti arbitrum, quem nihil fallat: ad quem facta clamant omnia: denique clamauit & vox sanguinis. Seipsum vnusquisque & animum suum seuerum iudicẽ, sui vltorem sceleris, & vindicem criminis habet.

d In omni quod dicitur, semper tacitè recurrere debemus ad mentem, & interiore testè & iudicem requirere. Quid enim prodest, si omnes laudent, & conscientia accusat? Aut poterit obesse, si omnes derogent, & sola conscientia defendat?

e Bonũ parat habitaculum Deo, cuius nec ratio decepta, nec voluntas peruersa, nec memoria fuerit inquinata.

f Bona consolatio, quum & blasphemamur à malis beneficientes, si recti diligant nos: omnino sufficit aduersum os loquentium iniqua, opinio bonorum cum testimonio conscientia.

g Fortitudo tua, fiducia fidelis conscientia decor tuus, splendor bonæ opinionis.

h Sēsū ex integro recuperasse te scias,

*Ambro. in
epi. ad Cō
stantium.*

*Greg. sup
Ezechie
lem. ho. 9.*

Ber. i ser.

*Ber. super
Cantica.*

*Bern. 3. de
cōsidera-
tione ad
Eugeniu.*

Ber. in. cā.

si tuā conscientiā quadruplici cōpunctio-
ne sentis morderi, pudore gemino, & ge-
mino metu. Nā vitā ad perficiēdum septe-
nariū triplex cōfessiōis species attestatur:
Deum cogita factorē tuū, cogita & bene-
factorē, cogita patrem, cogita Deum. Ad o-
mnia reus es, plange per singula, ad primū
& vltimum responseat timor tuus, ad duo
media pudor. Ideò omne quod remordet
conscientiam, cōfiteri humiliter, purē, fide-
liter, & has septem vices adimplesti.

Isid. lib. 3. de summo bono. i Semper conscientia serui Dei humilis esse debet, & tristis: vt per humilitatē non superbiat, & per vtilem mœrorem cor ad lasciuiam non feratur.

Isid. lib. 2. soliloquiorum. k Nulla pœna grauior pœna conscien-
tia. Vis autem nunquā esse tristis, bene vi-
ue. Secura mens tristitiam leuiter sustinet.
Bona vita gaudiū semper habet: conscien-
tia autem rei semper in pœna est. Nunquā
securus est reus animus: mens enim mala
conscientia propriis agitatur stimulis.

Isid. ibid. l Conscientia munda est, quę nec de præ-
terito iustē accusatur, nec de præsentī iniu-
stē delectatur.

Chry. sup illud mat. 22. Reddi te que sūt m Numisma Cæsaris aurū est: numisma
Dei, homo. in solidis Cæsar videtur, in ho-
minibus autem Deus agnoscitur, ideò diui-
tias vestras Cæsari date: Deo autem con-
scient

scientiæ vestræ solam memoriã reseruate. *Cas. Ec.*

n Sub ouina pelle vulpinã conscientiam *Hug. lib.*
 abscondendam. Vulpina planè cõsciẽtia, tepi- *1. de ani-*
 da conuersatio, animalis cogitatio, ficta *ma c. 15.*
 cõfessio, breuis rara compunctio, obedien-
 tia sine deuotione, oratio sine intentione,
 lectio sine adificatione, sermo sine circũ-
 scriptione. O quàm dura sũnt mihi ista que
 loquor, quoniam me ipsum loquẽdo ferio!
 Verum tamen quia nõ me peccatorem ne-
 go, sed peccatum meum cognosco, erit for-
 tasse apud Deum iudicem impetratio ve-
 niæ, ipsa cognitio culpæ.

o Tranquilla cõsciẽtia est, quæ omnibus *Hug. li. 2.*
 est dulcis, nulli grauis: vtens amico ad gra- *de anima*
 tiam: inimico ad patientiã: cõctis ad bene- *c. 9.*
 uolentiã: quibus potest, ad beneficentiam:
 cui Deus nec sua peccata imputat: quia nõ
 fecit, nec aliena, quia non approbavit: nec
 negligentiam, quia non tacuit: nec super-
 biam, quia in vnitãte permansit.

p Conscientia bona, titulus est religio- *Ibidem.*
 nis, tẽplum Salomonis, ager benedictio-
 nis, hortus deliciarum, aureum declinato-
 rium, gaudium angelorum, arca fœderis,
 thesaurus regis, aula Dei, habitaculum spi-
 ritus sancti, liber signatus & clausus, & in
 die iudicij aperiendus.

q Conscientia est cordis sciẽtia: cor enim. *Ibid. c. 12.*
 & se

& se nouit sua scientia, & multa alia quando nouit se, appellatur conscientia, quando præter se alia, nominatur scientia.

*Cass. li. 4.
epi. 8.*

r Quid acquiri putatur, vbi bona conscientia perditur, aut in qua parte possit homo proficere, si innocentiam probatus fuerit amisisse?

*Cass. li. 2.
epist.*

f Arborẽ quam florere vides, quam summa conspicis viriditate lætari, subterraneo succo fecunditatis animatur, reddens in superficie, quod continetur in radice. Hominum quoque vultus magna hilaritate decoratur, si visceribus sanis graumen nullius sentiat læsionis.

Ser. 97. ep.

t Rem dicã, ex qua mores æstimes nostros. Vix quempiam inuenies, qui possit aperto ostio viuere. Ianitores conscientia nostra, nõ superbia opposuit, sic viuimus, vt deprehẽdi sit subito aspici. Quid autem prodest recondere se, & oculos hominum aurẽsque vitare? Bona conscientia turbam aduocat. mala autem in solitudine anxia atque sollicita est. Si honesta sunt, quæ facis, omnes sciant: si turpia, quid refert neminem scire, cum tu scias? O te miserum, si contemnis hunc testem!

Ser. 82. ep.

v Nemo plus videtur æstimare virtutẽ, nõmo magis illi esse deuotus, q̃ q̃ boni viri famã perdidit, ne cõscientiam perderet.

Sic

x Sic viuendū est tanquā in conspectu *Libro de*
 viuamus, sic cogitandum, tanquā aliquis *moribus.*
 peccatus intimum prospicere possit.

y Cōsciētiā magis, q̄ famā attende. Falli *Ibidem.*
 nā ue saepe poterit fama, cōscientia nunq̄.

z Mala conscientia saepe tuta est, securā *Sene. ibid.*
 nūquā. Itaque nihil ei cōmiseris, nisi quod
 amico cōmittere possis. plerique famam;
 conscientiam autem pauci verentur.

a b Nullum consciū peccatorum tuo- *Ibidem.*
 rum magis timueris, quā temeripsum.
 alium enim potes effugere, te autem nun-
 quam. nequitia enim ipsa est sui poena.

a c Superet conscientia, quicquid mali *Ibidem.*
 finxerit lingua.

Vide etiā in tit. Anima. q. Confessio. c.
 cōuersatio. f. Fama. c. Gloria bona. a. Ho-
 nestas. b. Iniuria. f. Solitudo. a. r. ac. Virtus.
 a. b.

Consideratio sui.

a **R** Emotis obstaculis insanæ opinio *Au. lib. 3.*
 nis scelera nuda iudicentur: nuda *de ci. Dei.*
 pensentur, nuda inspiciātur, fallacia regi-
 mina, & vanæ laudes gloriæ auferantur, &
 adparebunt miseræ peccatorum.

b Eunt homines mirari alta montium, *Au. li. 10.*
 & ingentes fluctus maris & altitudines *confessio.*
 montium, & altissimos lapsus fluminum,
 & Oceani ambitum, & gyros syderum, &
 relinquunt seipso, nec mirantur:

Magis

An. super Mat. ser. mo. 59. c Magis cogitare debetis, quid nobis de sit, quam quid vobis ad sit. Quod habes, caue ne perdas. Quod nondum habes, supplica ut habeas. In quantis sis minor, est considerandum, non in quantis sis maior. Si enim cogitas quantum precessisti alterum, time tumorem: si vero cogitas quantum tibi deest, ingemiscis, curuaris: si humilis eris, tutior ambulabis, non precipitaberis, non laberis.

An. super ep. Io. c. 8. d Supra te Deus, infra te pecora. Agnosce eum qui supra te est: ut agnoscat te, qui infra te sunt. Ideoque dum Daniel agnouisset supra se Deum, agnouerunt eum supra se leones.

Augus. in proc. 9. de trinit. e Laudabilior est animus, cui nota est infirmitas propria, quam cui ea non respecta: incenia mundi, vias siderum fundamenta terrarum, & fastigia caelorum scrutatur.

An. in ser. f O homo, si consideres quid per os, quid per nares, caeterosque meatus egrediatur, nunquam vilis sterquilium inuenisti.

Hic. in gl. sup Mat. 7. g Vix aliquis ab hoc vitio inuenitur alienus, quia unusquisque suis fauēs, aliena facile reprehendit, sumēs auctoritatem ar- guendi sine exemplo suae emendationis.

Stucā et c. Gr. in ho. h Quum bona fratres agitis, semper ad memoriam mala acta reuocare, ut dum ante culpa conspicitur, nunquam de bono opere incaute animus latetur.

Quanto

i Quāto quis minūſ ſe videt, tantō mi- *Greg. 25.*
nus ſibi diſplicet: & quantō maioris gra- *mo.*
riæ lumen percipit, tantō amplius repre-
henſibilem ſe eſſe cognoſcit.

k Conſiderata infirmitas, propria mala *Gr. 5. mo.*
mollit: excuſat aliena.

l Qui pleniffimè appetit intelligere *Gre. ibidē*
qualis eſt: talis nimirū debet conſpicere, *in mora.*
qualis non eſt: vt ex bonorū forma metia-
tur ipſe, quāto deſerto bono deformis eſt.
Lucem nanque debet conſpicere, qui vult
de tenebris iudicare. Lumen intelligentiæ
humilitas aperit, ſuperbia abſcondit.

m Quatuor ſunt qualitates, quibus iuſti *Ibi. li. 23.*
virī anima in cōpunctiōe vehemēter af-
ficitur, quum aut malorū ſuorum remini-
ſcitur: conſiderans vbi fuit, aut iudiciorum
Dei ſententiam metuēs, & ſecum quærens
conſiderat vbi erit, aut quā mala vitæ præ-
ſentis attendens, ſolertè mœrēs, conſide-
rat vbi eſt: aut quum bona ſuperiæ patriæ
contemplatur: quæ quia necdum aſpicitur,
lugens conſpicit, vbi non eſt.

n Poſito proſperæ fortitudinis fundamē *Greg. 28.*
to, quum fabrica in altum ducitur, neceſſe *mora.*
eſt, vt vnusquiſque proficiēs vires cautè me-
tiatur: vt quū diuina cōſtructione magnus
iam eſſe ceperit, ſemetipſum reſpiciat ſine
ceſſatione, qd fuit: quatenus attendēs hu-
militer

militer, & præter meritum inuētus est, nequaquā arroget, quòd per gratiā factus est.

Greg. 13. no. **O** Cordis sui oculū per elatiōis tenebras extinguit: qui cū recta agit, considerare aliorum merita negligit. At contrā magno humilitatis radio sua opera illustrat: qui aliorū bona subtiliter pēsat, quia dum ea quæ ipse feliciter facta foris ab aliis cōspicit, eum, qui de singularitate intus erūpere nititur, superbix tumorem premit.

Ber. super ser. 37. **P** Scio neminē absq; sui cognitione saluari, de qua nimirū mater salutis humilitas oritur, & timor Domini: & qui & ipse sicut initium sapientiæ, ita & salutis est.

Ber. de cōsideratio. **Q** Primū ipsum fontē suū id est mētē de qua oritur, consideratio purificat: deinde regit affectus, dirigit actus, corrigit excessus, componit mores, vitam honestat, & ordinat: postremò diuinarum pariter & humanarum rerum scientiam confert.

Ber. ibi. de consid. ad Eugē. **R** Consideratio est, q̄ cōfusa discriminat, sparsa collidit, secreta rimatur, verū inuestigat, verisimilia examinat, ficta & fucata explorat. Hæc est, quæ agenda præordinat, acta recogitat, in aduersis prosperat, præsentit in aduersis, quasi non sentit.

Ibidem. **S** Spiritualis homo omne opus suū terrena quādā consideratione præueniet: prius quidem an liceat, deinde ab debeat, postre

stremò an expediat.

r Consideratio tui in tria q̄dã diuidatur: *Ber. ibid.*
Si consideres quid, quis, qualis sis: quid in
natura, quis in persona, qualis in vita.

v Alter alterius culpam citò intelligit; *Chryf. sua*
suam autem difficile: quia homo in cau-
sa alterius tranquillum habet cor, in sua *Mat. Va*
autem turbatur. perturbatio autem cor-
dis non permittit hominem considerare
quod bonum est. *Phar. qui*

x Est primùm hominis sapientiam affe-
ctantis, contemplari quid ipse sit: quid in-
tra se, quid infra, quid supra, quid contra,
quid antè, quid postea sit. Hæc conside-
ratio quadripartitum parit fructum: uti-
litatem sui, charitatem proximi, contem-
ptum mundi, amorem Dei.

y Qualiter in alienis vides tã parua, & *Chryf. sua*
in tuis tam magna transcurris? Si te magis
amas, q̄ proximum, quare ipsum procuras,
& nō te ipsum? Si autem te ipsum contēnis,
manifestum est, quòd iam non procuratio
est, sed detractio potius. Cum enim dili-
gentia inuestigare oportet, quæ tua sunt,
& ita ea, quæ proximi sunt decernes.

z Omnis grauis angustia, si me inspicio, *Ansel. in*
non tolero me ipsum, si nō inspicio, nescio
me ipsum. Si me considero, terret me fa-
cies mea: si me nō cōsidero, fallit me dam-

natio mea. Si me video, horror est intol-
 erabilis: si non video, mors inevitabilis.

Prosper a b Tãdiu q̄s peccata sua, q̄ nosse & flere
 de vita cõ debet, ignorat, quãdiu curiosè aliena cõti-
 templat, derat. Quod, si mores suos ad seipsum con-
 versus aspiciat, non requirit quod in aliis
 reprehendat, sed in seipso quod lugeat.

Resiliens a c Reuera omniũ causarũ difficilimũ
 in examẽ est seipsum cognoscere. Nõ em̄ sol^o ocul^o
 ea quę extrinsecus habentur, inspiciẽs seip-
 sum nõ valet intueri, sed etiã mēs ipsa sa-
 tis acutè aliena delicta contemplan, tar-
 dior est erga suorum cognitionẽ vitorũ.

Hug. li. 3. a d Frustra enim cordis oculũ erigit ad
 de anima videndũ Deum, qui nondũ idoneus est ad
 e. 6. videndũ seipsum. Prius enim est, vt cogno-
 scas inuisibilia spiritus tui, quã possis
 esse idoneus ad cognoscendum inuisibilia
 Dei: & si non potes cognoscere te, nõ præ-
 sumas apprehendere ea, quę sunt supra te.

Præcipuum & principale est speculum ad
 videndum Deum animus rationalis in-
 tuens seipsum.

Hug. ibi. a e Redi ergo ad cor tuum: & subtiliter
 discute teipsum, considera vnde venis, quõ
 tẽlis, quomodo viuis, quid agis, quid amit-
 tis, quantũ quoti die proficis, vel quãtũ de-
 fici: quibus cogitationibus magis incusa-
 ris, quibus affectibus frequẽtius tangeris,
 vel

vel quibus tētationū machinis à maligno spiritu acrius impugnaris : & quū totū interioris & exterioris hominis statum, & habitum, & quantum possibile est, plenè cognoueris non solū qualis sis, verūm etiam qualis esse debeas, de cognitione tui poteris subleuari ad contemplationē Dei.

a f Melior es, si teipsum cognoscas, quā si te neglecto cursus syderum, vires herbarū, cōplexiones hominum, naturas animalium, cælestium omnium & terrestrium sciētiam haberes. Multi enim multa sciunt, & seipso nesciunt: cū tamen summa philosophia sit cognitio sui.

Hag. li. i.
de anima
c. 9.

a g Disce ex tuo spiritu cognoscere quid debeas de aliis spiritibus æstimare, hæc porta, hæc schola, hic introitus, iste ascensus, hæc intratur ad intima, hæc eleuatur ad summa, ex hac siquidem proficisceris ad cognitionem omnium cælestium, terrestrium & infernorum.

Ibidem.

a h Magnus accessus ad Deum est cognitio infirmitatis suæ. Locis corpora cōtinentur, animi autem locus est affectio sua. Magna est vtilitas seruo Dei propriam infirmitatem recognoscere : atque in suis viribus aut meritis nullam fiduciam habere. Tunc enim incipit adesse virtus diuina, quando deficere incipit

Ca. super
illud psal.
Miserere
mei do-
mine quo-
niā infir-
mus sum.

præsumptio humana.

Boetius

*li. 2. de cō
sol.*

a i Humanæ naturæ ista cōditio est, ut tã
tũ ceteris rebus, cũ se cognoscat, excellat:
eadem tamen infra bellias redigatur, si se
nosse desierit. Nã ceteris animantibus se se
ignorare natura est, hominib⁹ vitio venit.

Se. ep.

ANGUSTIA

a k In moribus quibus afficiũtur quo q̄s
se peius habet, minus sentit: grauis sopor
etiam somnia extinguit, animam alterius
mergit, quòd uti nullo intellectu possit.

Sen. lib. 3.

*de ira an
cto suem.*

a l Animus quotidie ad rationẽ reddendã
est vocandus. Faciebat Sextius, ut con-
summato die, cum se ad nocturnam quietẽ
recepisset: interrogabat animũ suum, quod
hodie malũ tuum sanasti: cui vitio obstiti-
sti: qua parte melior es: desinet ira vel mo-
deratior erit, qui sciet sibi quotidie ad iu-
dicem veniendum. Quid ergo pulchrius
hac consuetudine excutiendi totum diem?
qualis ille somnus post recognitionẽ sui
sequitur! quàm tranquillus, quàm altus ac
liber!

*Se. in qua
dam epis.*

a m Maximum argumentum est animi
ab altiori sede venientis, si hæc in quibus
versatur, humilia iudicat, & angusta: si exi-
re non metuit. scit enim quòd exiturus sit:
qui vnde venit, meminit.

Se. in pro.

a n Etiam obliuisci quid sis interdum
expedit. Nisi æstimatis viribus aggredia-
ris

ris sarcinam, subiacebis.

Vide etiã in ti. Adulatio. au. ax. Caro. f. t.
Contẽptus. f. Correctio. t. ay. bn. bo. ef. Cu-
riofitas. a. Discretio. d. h. n. o. p. Honor. y.
Ignorãtia. e. Mirabile. g. Miseria. l. Mors.
ai. Præfumptio. r. Prosperitas. x. Sacerdos.
t. Sanctitas. h. i. Superbia. ar. Timor. m. Ve-
nia. z.

Confilium.

a **A** Duertẽdũ quòd in acquirẽdis cõ- *Ambro. de*
filiis plurimũ valet vitę probitas, *offic. li. 2.*
virtutum prærogatiua, beneuolẽtiã vfus,
facilitatis gratia. Quis enim in cœno fon-
tẽ requirat? quis de turbida aqua potum pe-
tat? Itaq; vbi luxuria est, vbi intemperan-
tia, vbi vitiorum cõfufio: quis inde fibi ali-
quid hauriendum existimet, quis vtilẽ iu-
dicet causã alienã, quẽ vider inutilẽ vitę
sux? Quomodo enim potero eum iudica-
re confilio superiorem: quem video mori-
bus inferiorem? Supra me debet esse, cui
me committere paro. An eum idoneũ pu-
tabo, qui mihi det confilium, quod nõ de-
dit fibi: & mihi eum vacare credam, qui fi-
bi nõ vacat? cuius animum voluptates oc-
cupant, libido deuincit, auaritia subiugat,
cupiditas perturbat.

b Necessẽ est, vt præstantior sit à quo *Ibidem.*
confilium petitur, quã ille sit, qui petit.

Qui enim consulas hominem, quem non

arbitreris posse melius aliquid reperire, quàm ipse intelligis?

Ibidem. c Talis debet esse, qui consilium dat: ut seipsum formam aliis ad exemplum bonorum operum exhibeat in doctrina, in integritate, in gravitate: ut sit eius sermo salubris atque irreprehensibilis, consilium utile, vita honesta, sententia decora.

Ibidem. d Quanto utilius regē Pharaonē Ioseph cōsilio providentiæ iuuit, quàm si pecuniā consulisset. Pecunia enim vnius ciuitatis vbertatem non redimeret, & prospiciētia Ioseph totius Aegypti per quinquennium famem repulit. Facile autem pecunia consumitur. consilia exhauriri nesciunt: hæc usu augentur, pecunia minuitur, & citò deficit: ut quò pluribus largiri volueris, eò pauciores adiuues: & sæpe tibi desit, quod alij cōferendū putaueris. Consilij opisque collatio, quò in plures diffunditur, eò redundantior manet, & in suum fontē recurrit.

Ibidem. e Quid tibi prodest habere sapientiam si consilium neges? Si consulendi copiam includas, clausisti fontem: ut nec aliis influat, nec tibi proficit.

*Gre. in
moral.* f Valde fortitudo destruitur, nisi per cōsiliū fulciatur. quia quò plus se posse conspicit: eò virtus sine moderamine deteriorius in præceps ruit: mēs quæ intus sedem
consili

cōsiliū perdidit, foras se per desideria innumerabiliter spargit.

g Dare stulto consiliū, charitatis est: dare sapienti, ostentationis: dare verò tempore perueritatis, sapientiæ.

Grego: in moralib.

h Nulla consilia meliora sunt, quàm illa que ignorauerit aduersari ante, quàm facias. Quis igitur consiliū tuū cognoueris aduersariis proditū, dispositionē mutare re conuenit.

Vegetius de re milit.

Quid fieri debeat tractato cū multis; quid verò facturus sis, cum paucissimis ac fidelissimis, vel potius ipse tecum.

i Cōsiliū est examinandarū gubernandarūq; causarū subtilis animi prospectus.

Tul: thetorice.

k Deliberatio, est ante quodlibet inceptū plena maturitatis & doleſtitiæ consideratio.

Ibidem.

l Nō viribus, nō velocitatibus, aut celeritate corporum res magnæ geruntur, sed consilio antiquorū & scientiā; quibus non orbari, sed etiam augeri solet senectus.

Tul. in li. de senect.

m Magna enim est & infinita prudentiā, quā nemo sic atsequitur, ut eam nō necessario per alios querere videatur. Senes ipsi consiliis sapientiā discūt, & à maturis in cōmune querunt, quod pro omni utilitate tractatur. Solatium curarū frequenter sibi adhibent maturi reges; & hinc meliores estimantur, si soli omnia nō presumunt.

Cass: parate. lib. 1. epist. 9.

n Plurimū laudis iuuenes moribus suis,

Ibidem.

applicāt : quoties de negotiorum meritis ambigētes, ad peritorum cōsilia decurrūt.

Cas. ebi. li.
3. epist. 4. o Cōsiliū quippe imitari negligit improvidus, sapientiā verò ille quærit in altero, penes quem est sciētiae magnitudo.

Pet. Rasi.
1. c. 1. 1. 1. p. Quidam ea semper differunt, quæ differēti non expedit, ibique sunt præcipites, vbi res saniore cōsilio indigent.

Pet. Rasi.
in quadā
epist. q. Quidam omnia imprudenter agunt, & ipsi pro voto succedunt. Quidam ad omnia cōsilio se disponunt, & semper in contrarium eis cedunt.

Ibidem. r In magnorum discriminū angustiis, vbi domestica cōsilia remediū non inueniunt, eorū suffragia implorantur, quorum prudentiā in altioribus negotiis experientia diuturnior approbavit.

Ibidem. s Vbi publica iactura est, & cōmune dispendiū, sicut dolore in vniuersitatē se porrigit: ita cōmuni cōsilio & auxilio est vtridū.

Pet. Rasi.
Ibidem. t Cōsiliū peritorū ex apertis obscura existimat: ex parulis magna: ex proximis remotæ: ex partibus tota. scit. n. quæ via aggredi debeat, & citò singula & distinctè videt.

Sen. i. epi. v. Tunc cōsilia salutaria aduoca, quum tibi alludit vitæ prosperitas: tunc te velut in lubrico retinebis: nec tibi dabis impetus liberos: sed circūspicies quò eundum sit, & quousque.

x Maxime sunt cōtraria cōsilio festinatio *Senec lib.*
& ira velox. consilium sequitur pœnitētia. *de ira.*

y Nō disponet singula, nisi cui iam vitę *Sen. epist.*
sua summa proposita est. Nemo quāuis pa- 72.
ratos habeat colores, similitudinē reddet,
nisi iam constet, quid velit pingere. Scire
debet, quid petat ille, qui sagittā vult mit-
tere: & tunc dirigere ac moderari manu
telum. Errant cōsilia nostra, quia non ha-
bent, quō dirigātur. Ignoranti quem por-
tum petat, nullus suus ventus est. necesse
est multum in vita nostra casus possit, quia
vivimus casu.

z Quidā quæ tantū amicis cōmittenda *Seneca. 2.*
sunt omnibus narrāt, & in quolibet aures *par. epist.*
quicquid illos vrit, exonerant. quidam etiā *2. epist.*
rursus charissimorū cōscientiam reformi-
dant: & si possent, ne sibi quidem crediturū
intus premunt omne secretū. Neutrum fa-
ciendum est: vtrunque enim vitium est, &
omnibus credere, & nulli: sed alterum ho-
nestius dixerim vitium, alterum tutius.

ab Pauci sunt, qui consilio se suāque di- *Senec. epi-*
sponunt, cæteri eorum more, qui flumini- *sto. 2.*
bus innatant, non eunt, sed feruntur.

ac In æquo autē est amissæ rei dolor, & *Ibidem.*
timor amittendæ. nec ideo tibi præcipio
negligentiam: tu verò metuenda decli-
na. Quicquid consilio prospici potest pro-

Sen. in p. verb. **S**pice, quodcumque læsurum est, multò antè, quàm accidat, specularè & aduerte.

Sen. in p. verb. **a d** Diu delibera, citò facito. nil curare, hoc est insanum esse. nil posse, hoc est mortuum. viuere.

Senec. in proverb. **a e** Sepultus sit sermo apud te, quem tu solus audieris. Consilio meliùs vincès, quàm iracundia.

Ibidem. **f** Deliberandum est diu, quicquid statuen dum est semel; deliberare utilia, mora est tutissima: mora omnis odio est; sed facit sapientiam.

Ibidem. **g** Fortuna homini plus quàm cõsiliũ valet, malo cõsilio foeminae vincunt viros.

Ibidem. **h** Recta consilia capere possumus, si que nos lædere potuere, agnoscamus. Si sollicitus fueris, iudiciũ præuenies: occasio tabernaculũ mentis est, si in bono utaris: si in malo, caligo.

Vide etiam in tit. **Communitas. f. fortitudo. l. Prudentia. k. o. s. t. y. x.**

Consolatio.

Angu. sup Ioannè. **a** **H**Oc est quod nos, & lætificat in omnibus laboribus, & periculis vitæ huius: amor noster in Deum, & piũ studium, & certã spes, & feruor spiritus.

Ang. ibid. **b** Si paupertas angit, si luctus inestificat, si dolor corporis inquietat: si vlla calamitas vexat, adsunt boni homines, qui nõ sol

solūm gaudere cum gaudētibus, sed flere cum flentibus norunt, leniūtur aspera, releuantur graua, & superantur aduersa.

d Consolatio mitis debet esse, non aspera, quæ magis dolorē leniat: feruorem mitiget, quàm commotionem excitet.

Ambro. in lib. de Ioseph.

e Paupertatē times, sed bonos pauperes Christus appellat. Labore terreris, nemo athleta sine sudoribus coronatur. de cibo cogitas, sed fides famē nō timet. Deus ipse omnium rector ac dñs cū omni angelorū militia certamē tuū expectat: tibi contra diabolum dimicanti parat æternitatis coronā.

Hieron. in quadam epist.

f Non plangā cū Iacob & David filios in lege morituros, sed cū Christo in euangelio suscipiā resurgētes, Iudæorū luctus, Christianorū gaudium. Vnde Moyses moriēs plāgitur: Iesus absq; funere & lachrymis in monte non spelitur. Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinū latitia.

Hiero. ad Heliōdorū de morte Nepotiani pres.

g Quum volumus afflictum quempiam à mœrore suspendere, ordo consolationis est, vt studeamus prius mœrendo, eius luctui concordare. Dolentē non potest consolari, qui non concordat dolori: quia eo ipso quod à mœrentis afflictione discrepat, minùs ab illo recipitur, cui mētis qualitate separatur. Sed emolliri prius debet animus, vt afflicto congruat: congruens

Gre. lib. 3. moralium.

inhæ

in hæreat, inherens trahat: nec ferrum ferro coniungitur, si non utriusque exustione ignis liquerur. Durum molli non adheret: nisi prius eius duritia mollescat. Sic nec iacentem erigimus, nisi à rigore nostri status inclinemur. quia dum rectitudo dantis à iacente discrepat, eum, cui condescendere negligit, nequaquam leuat.

Gre. li. 2. mo. super illud: Do- h Magna est cōsolatio in eo, quod displicet: quod ordināte illo erga nos agitur: cui non nisi iustum placet.

minus de- dit, Domi nus absto lit. Et. I Festina cōsolatio bonorū: cōsideratus si nis malorū. dñ em̄ ex eorū interitu malum conspiciunt, quod euadunt, leue aestimant: quicquid aduersum in hac vita patiuntur.

Greg. 21. mo. super illud lob: Perditio est ius- Et. k Facilis erit cōsolatio, si inter flagella quæ patimur, quæ fecimus ad memoriā delicta reuocamus, atq; hæc iā nō flagella, sed dona esse conspiciamus, si quæ carnis delectatione peccamus, carnis dolore purgamus.

Gre. in re gistro. I Nō sis miser ante tēpus, quū illa quæ velut imminētia expausti, fortasse nūquā vētura sint, certe non venerunt. Quædam

Senec. 13. episto. ergo nos magis torquent, quā deberent: quædā antè torquēt, quā debēt: quædam autē torquent, cum omnino non debeant, aut augemus dolorem, aut fingimus, aut præoccupam⁹. Si em̄ futurū est, quid iuuat dolori suo occurrere? Satis citò dolebis quum

quū venerit. Interim tibi meliora promitte. Aliquādo gladius ab ipsa ceruice reuocatus est, & aliquis carnifici suo superstes fuit. Sæpe enim nullis apparētibus signis, quæ mali aliquid prænuntient, animus tibi falsas imagines fugit: aut verbum aliquod dubiæ significationis detorquet in peius: aut maiorem tibi offensam proponit alicuius, quàm est: & cogitat nō quātum iratus ille sit, sed quantum liceat irato.

n Quicquid fieri potest quasi futurū cogitemus, circūspiciēda duo sunt: & futuri timor, & veteris incōmodi memoria: hoc ad me iam non perficiet, illud nondū, Grata superueniet, quæ non sperabitur hora. *Senec. 79. episto.*

n Noli mala tua facere tibi grauiora, & te querelis onerare. Leuis dolor est, si illi opinio adiecerit: ecōtrā, si te exhortari cœperis: ac dicere, nihil est, aut certè exigū est, duremus, iam desinet: leuem illum dū putas, facies. omnia ex opinione suspensa sunt, tam miser est quisque, quàm credit. *Senec. 88. episto.*

o Socrates cū ex amicis quendam graui ter mœrentē videret, in arcem perduxit, hortatūque est vt per omnes subiectorum ædificiorū partes oculos circumferret: quo facto, cogita nunc tecū, inquit, quàm multi luctus sub his tectis, & olim fuerunt, hodieque versentur, & in sequentibus seculis sint. *Val. Ma. libro 7. de memorul.*

sint habitaturi, ac mitte mortalium incōmoda, tanquam propria deslere.

*Anl. Gel.
Lib. 15.*

p Numerum conuiuarū incipere oportet à gratiarū numero, & progredi ad numerū Musarū, id est proficisci à tribus, & consistere in nouem, vt non sint pauciores quàm tres, nec plures, quàm nouem. Non conuenit enim multos esse, eò quòd turba est plerūque turbulenta. Nec loquaces, inquit, conuiuas, nec mutos eligere oportet: quia eloquentia in foro, silentium verò nō in conuiuio, sed in cubiculo. Sermones igitur illius temporis habendos nō de rebus anxiis, non tortuosis, sed ex quibus ingenium venustatis fiat, & amœnum & cum quadam voluptate vtiles.

Vide etiā in tit. Amicitia. l. af. Amissio, & Conscientia. f. dolor. b. d. g. Gaudium. e. Mors. b. v. bz. Paupertas. o. Sapientia. a. l. Studium. a. n. Timor. a. b. a. c. a. d. a. e. Tribu-

Aug. li. 6.

latio. n. p. z.

Consuetudo.

de mus.

a Consuetudo quasi secunda, & quasi affabricata natura dicitur.

Augus. de

doctrina

b Solet recta opinio prauam corrigere consuetudinem, & praua opinio rectam

Christia.

Augus. de

deprauare naturam.

Gene. cō-

tra Mani

c In dolore paries filios. Verū est sacramentū huius sententiæ, quòd nulla abstinētia sit à voluptate carnali, quæ non habeat

cha. lib. 2.

in

in exordio dolorē, donec in meliorē partē
consuetudo flectatur. quò quū peruenierit,
quasi natus est filius. id est ad bonum opus
paratus affectus per consuetudinē bonam:
quæ consuetudo vt nasceretur, cum dolore
reluctandum est consuetudini mala.

d Lex peccati, est violentia consuetudi- *Aug. li. 2.
nis: qua trahitur etiam inuitus animus eo
merito, quo in eam volens illabatur. cōfessio.*

e Ipsa mutatio cōsuetudinis, etiā quæ vti- *Aug. li. 1.
litate adiuuat, tamen nouitate perturbat: ad Iama-
quapropter quæ utilis non est, perturbatio- rium.*
ne infuctuosa consequenter noxia est.

f Peccata, quāuis magna & horrēda, quū *August. in
in consuetudinem venerint, aut parua esse Enchirid.
aut nulla creduntur: vsque adeò vt non fo- cap. 82.
lūm non occultanda: verūm etiam prædi-
canda diffamandā que videantur.*

g Vincere consuetudinē, dura est pugna. *Augu. sup.*

Moles imposita sepulchro, ipsa est vis *psal. 30.
dura consuetudinis, qua premitur anima: Augu. sup.
nec resurgere, nec respirare permittitur. di. Matt. ho-
ctum est autē, quatrduanus est. Reuera ad mil. 45.
istā cōsuetudinem de qua loquor, quodam
progressu puenit anima. Prima est quasi ti-
tillatio: delectationis in corde: secunda cō-
sensio: tertia factum: quarta consuetudo.*

h Nolite fratres mei contēnere peccata, *Aug. i. serm.
in quibus forte consuetudinē iam fecistis. quarta.*

dominica de aduentu. Omne enim peccatū cōsuetudine vilescit: & fit homini quasi nullū sit. obduruit iam, dolorē perdidit, & valde putre est: nec dolet. quod non dolet, non pro sano habendū est, sed pro mortuo computandū est. Quādo aliquid pungitur & dolet, aut sanū est: aut est in illo spes aliqua sanitatis. Quādo autem tangitur, pungitur, calcatur, nec dolet, pro mortuo habendum ac de corpore præcidendum.

Augusti in epi. ad Galat. 1. 1. dist. 11. In his. In his rebus, de quibus nil certi diuina statuit scriptura, mos populi Dei & olim instituta maiorum pro lege tenenda sunt: & sicut præuaricatores legum diuinarum, ita contemptores consuetudinum ecclesiasticarum coercendi sunt.

August. de diffini. Mos est simul habitātium consensus, qui inueteratus consuetudinem facit.

Hic. 1. epi. ad Celantiam. Asperam nobis & insuauem virtutum viam nimia facit viciorū consuetudo: quæ si in alteram partem transferatur, inuenitur semita iustitiæ leuis.

Gre. li. 4. in mora. Quū culpa in vsum venerit, ei iam animus, etiā si appetat, debilius resistit: quia quot vicibus prauæ frequentationis astringitur, quasi tot vinculis ad mētem ligatur.

Greg. sup euangelia homil. 31. Vitata culpa obligat mentem, vt nequaquam surgere possit ad rectitudinem, conatur & labitur: quia vbi diu spōte perstitit

sticit, ibi & quum noluerit, coacta cadit.

o Saepe nonnulli exire à prauis actibus *Greg. lib. 11. moral.*
cupiunt: sed quia eorundem actuum pon-
dere premuntur: in male cōsuetudinis car-
cere inclusi à semetipsis exire nō possunt.

p Tenent prauæ cōsuetudines, quæ semel *Greg. lib. 15. moral.*
ceperunt: atq; quotidie duriores existunt:
& non nisi cum peccatoris vita finiuntur.

q Antiquus hostis prius quasi consulens *Ibidem.*
blanda ad animum loquitur: sed quum se-
mel dentem delectationis infixerit, violen-
tia post cōsuetudinem penè insolubiliter
innodatur.

r Abscidatur ferro acutæ compunctionis *Ber. super Cant.*
vlcus inueteratæ cōsuetudinis: si est acer-
bus dolor, leniatur vnguento deuotionis.

s Cōsuetudo est ius quoddam moribus *Isid. lib. 2. etymo.*
cōstitutum, quod pro lege suscipitur & te-
netur, quum ea deficit.

t Cōsuetudo auctoritati cedat: prauum *Isi. in Sy- nonymis. lib. 2.*
vsus lex & ratio vincat: quum verò nec sa-
cris canonibus, nec humanis legibus con-
suetudo obuiare monstratur, inconcussa
seruanda est.

v Difficile est peccati cōsuetudinem vin *Isid. lib. 1. soliloquio rum.*
cere: prauus vsus vix aboletur: assidua con-
suetudo vitium in naturam conuertit. Ani-
mus sceleribus astrictus, vix ab eis diuelli
potest.

Beata de tē x *Græca* narrat historia Alexandrū po-
plo Salo. tentissimum regem orbisque dominato-
li. 2. Et est rem in moribus & incessu Leonidis præda-
gl. sup il. dagōgi sui non potuisse careere vitiis, qui-
lid. p. 22. bus paruulus adhuc fuerat imbutus.

Adolescēs a b Nō paruus est labor, vt se aliq̄s à prio-
iuxta viā ri non bona cōsuetudine reflectat, ac reuo-
suam: & cet: quoniā quidē mos lōgo tempore cōfir-
quum se, matus, vim quodammodo obtinet naturæ.
&c. a e Quidam de sapiētibus dixit: Bene co-

Passilms i suetos pudebit disuescere. & iterum: Bona
sua regu. lo quamur, trāñet sermo in affectum, iuxta
Maxi. in illud: Qui non assuescit virtuti, dum iuue-
ser. de Ia. nescit, à vitiis nescit discedere, quando se-
Baptista. nescit. Et econtrā: Quod in iuuentute addi-
 scitur, in matura ætate seruatur.

Cypria. in a d Cōsuetudo, quæ apud quosdam irre-
ser. & po pferat, impedire nō debet quo minus veri-
nitur di. tas præualeat, & vincat. Nam consuetudo
2. dec. sine veritate vetustas erroris est. propter
 quod relicto errore sequamur veritatem:
 scientes quòd veritas vincit, veritas valet,
 & inualefcit in æternum: & vivit, & obti-
 net in secula seculorum.

Sen. lib. 2. a e Sic fit vbi homines maiorē vitæ par-
rhetorica tem in tenebris agunt, vt nouissimè solem
sua. quali superuacuum fastidiant.

Senec. 28. a f Tunc autem consummata est infeli-
opist. o. citas, vbi turpia non solūm delectant, sed
 etiam

etiam placet, & desinit esse remedio locus:
vbi quæ fuerant, vitia, mores sunt.

a g Diu in istis vitiis iacuimus: euelli dif- *Senec. 87.*
ficile est. Non enim inquinati sumus, sed *epist.*
infecti. Nō est morbus inter vitia contem-
nendus: potest adolescētia iniurias ferre, &
se aduersus morbos contumaciter gerere:
vbi verò senectus incubuit, facilius est mor-
borū vitia prohibere, quàm impetū regere.

a h Inter causas malorū nostrorum, q̄ vi- *Se. in exo*
uimus ad exempla, nec ratiōe cōponimur, *trema par*
sed consuetudine abducimur. Quòd si pau- *te epist.*
ci facerent, nolemus imitari: quum plures
facere cœperūt, quasi honestius fit: quia fre-
quētius sequimur, & recti apud nos locum
tenet error, vbi publicus factus est.

a i Educatio & disciplina mores facit: & *Sen. in lib.*
id sapit vnusquisque, qđ didicit. Itaq; bona *de morib.*
cōsuetudo excutere debet, qđ mala instru-
xit, bene docet loqui, bene docet facere.

a k Grauisimū est imperiū cōsuetudinis.

a l Quicquid in excelso fastigio positum *Se. i. prou.*
est, humili & certa consuetudine quo fit
venerabilius, vacuum esse conuenit. *Val Max.*

Vide etiā in ti. Conuersatio. a. b. Deuotio. *li. 2. de me*
c. Homo, f. Lasciua, a. Lex, f. Obstinatio. d. *morabili-*
Peccatum, a, f. Voluptas, i. *Contemplatio. bus dictis.*

a **C**ontemplatio est illa species, quæ *Aug. 1. de*
rapit omnem animā desiderio sui *trinitate.*

tantò ardentiorē, quantò mundiorē: &
 & tantò mundiorē, quantò ad spiritualia
 surgentē, quantò carnalibus deſideriis &
 terrenis affectibus morientē.

*August. in
 episto. ad
 Paulinū.* **b** Qui didicerunt à Domino Iesu Christo
 mites esse & humiles corde, plus cogitan-
 do & orando proficiunt, quàm legendo &
 audiendo.

*Ambro. in
 ep. ad Ver-
 cellensem
 ecclesiam.* **c** Tuta vita est, in qua nihil sit, quod ti-
 meas, quæ cōpēſatur mētis placiditate, le-
 uatur vsu, sustētur otio, nō occupatur alie
 nis molestiis, nō vrget̃ vrbaniſ discursib⁹.

*Hic. cōtra
 Vigilans
 tit. 11.* **d** Hæc in Iudæa vsque hodie perseue-
 rat cōsuetudo, nō solum apud nos, sed etiã
 apud Hebræos, vt qui in lege Domini me-
 ditantur die ac nocte, & patrē non habent
 in terra, nisi solum Deum, totius orbis fo-
 ueantur ministeriis.

*Greg. lib.
 5. moral.* **e** Mens nostra ad contemplanda interna
 non perducitur, nisi ab his, quæ exteriùs
 implicant, studiose subtrahatur. Mens no-
 stra nullo modo ad viam intimæ contem-
 plationis rapitur, nisi studiose priùs à ter-
 renorum deſideriorum tumultu sopiatur.

*Greg. lib.
 5. moral.* **f** Nunquã cōmotiōni contēplatio iungi-
 tur, nec preualet mens perturbata cōspice-
 re, ad quod vix trāquilla valet inhiare: quia
 nec solis radius cernitur, quū cōmotæ nu-
 bes cœli faciē obducūt: nec turbatus fons
 respic

respicientis imaginē reddit, quam trāquil-
lus propriē ostēdit: quia quò eius vnda pal-
pitat, eò in se speciē similitudinis obscurat.

g Contemplari Dei sapientiam non pos- *Gre. li. 18.*
sunt, qui sibi videntur esse sapientes: quia *moral.*
tantò ab eius luce longè sunt, quanto apud
semetipsum humiles non sunt: quia in eorū
mentibus dum tumor elationis crescit,
aciem contemplationis claudit. & vnde se
lucere præ ceteris estimant, inde se lumine
virtutis priuant.

h Perfectus prædicator non est, qui pro- *Gre. super*
pter contemplationis studium operanda *Execlie =*
negligit, vel propter operationis instan- *lem.*
tiam contemplanda postponit.

i Contemplatiua vita est, charitatē Dei *Gre. super*
& proximi retinere, & ab exteriori actio- *Execlie =*
ne quiescere. Soli desiderio conditoris in- *lem.*
hærrere, vt nil iam habere libeat, sed calca-
risturis omnibus ad videndam faciem sui
creatoris animus inardescat.

k Contemplatiua vita meritò maior est, *Greg. su-*
quàm actiua: quia hæc in vsu præsentis ope- *per Exe-*
ris laborat, illa verò sapore intimo ventu- *chielem.*
ram requiem degustat.

l Sunt nonnulli, qui magnis muneribus *Grego. in*
ditati, dum solius contemplationis studiis *quādā ep.*
inardescunt, parère utilitati proximorum
prædicatione refugiunt, secretum quietis.

diligant, secessum speculationis appetunt, de quo si diſtrictè iudicètur, ex tantis pro-
caldubio rei ſunt, quantis venientes ad pu-
blicum prodeſſe potuerunt.

Gre. li. 6. moral. in Saſpe enim qui contèplari Deū quieti-
poterant, occupationibus preſſi ceciderūt:
& ſaſpe qui occupati humanis vſibus viue-
rent, gladio ſuæ quietis extincti ſunt.

Greg. lib. 25. mora. in Saſpe miſericors Deus, quo ſuos tenore
diligit, eo ſolicité ab externis actionibus
abſcondit. Nam & plerunque paterfami-
lias ad eum laborem ſeruos dirigit, à quo
ſubtiles ſuspendit, & inde filij vexatione
decori ſunt, vnde ſerui in puluere fœdàtur.

Gre. ſup Execl. li. 2. homil. 2. extrema partis. o Omnis, qui vno pede claudicat, ſoli illi
pe li innittitur, quem ſanum habet: quia &
cui deſiderium terrenum iam arefactum
fuerit, in ſolo pede amoris Dei tota virtute
ſe ſuſtinet, & in ipſo ſtat, quia pedem amo-
ris ſeculi, quem ponere in terra conſueue-
rat, iam à terra ſuſpenſum portat.

Gre. 6. mo valium. p Quum contemplationis arcem aliqui
tenere deſiderant, prius ſe in campo per
exercitium operis probèt, vt ſolicité ſciāt,
ſi nulla iam mala proximis irrogant, ſi ir-
rogata à proximis æquanimiter portant: ſi
obiectis bonis temporalibus, nequaquam
mens læritia ſoluitur: ſi ſubtractis non ni-
mio mærore ſauciàtur: aut deinde perpen-
dant

ſit ſi quū ad ſemeripſos introrſus redeunt,
in eo q̄ ſpiritualia rimantur, nequaquam
ſecum rerū corporaliū vmbriſ trahunt, vel
fortaſſe tractas manu diſcretionis abigūt.

q̄ Sine contemplatiua vita intrare poſ- *Greg. ho.*
ſunt ad cœleſtem patriam, qui bona, quæ *3. ſup Exe*
poſſunt operari non negligunt: ſine actiua *chiclem.*
autem intrare non poſſunt, ſi negligunt
bona operari, quæ poſſunt.

r Noli nimis inſiſtere oculis contempla- *Ber. ſuper*
tionis: quia meliora ſunt verba prædicatio *cantica.*
nis, nam & ſi Rachel formoſior, Lia tamē *ſer. 9.*
fecundior eſt.

r Felix domus & beata ſemper congre- *Ber. i. qua*
gatio, vbi de Maria Martha ſemper cōque *dam epi.*
ritur: nam Mariam Marthæ emulari indi-
gnam proſus eſt.

t Tria ſunt, quæ oculum intelligētia con *Berna. de*
fundunt, atque cōtemplatione veri lumi- *confidera*
nis excludūt, ſcilicet tenebræ peccatorum, *tionē ad*
recordatio eorundem peccatorum, & cura *Eugenii.*
terrenorum actuum. Cōtra triplicem mor-
bum triplex remedium eſt. Nam primus
eiicitur per confeſſionem: ſecundus, per
orationem: tertius per quietem.

v Vtilius eſt per ſimplicem actionem ire *Iſido. de*
ad vitam æternam, quàm per contempla- *ſummo bo*
tionis errorem mitti in gehennam. Mul- *no. lib. 3.*
tos enim Deus ex carnalibus ſua gratia

uitat, & ad contemplationis fastigium eleuat: multosque à contemplatione iusto in licio deserit, & lapsos in terrenis operibus derelinquit. Loth enim in peruersa ciuitate iustus fuit, & in monte peccauit.

- 1st. de summo bono. lib. 3.* **x** Qui prius in actiua vita proficit, bene ad contēplationē cōscēdit. meritō enim in ista extollitur, qui in illa utilis inuenitur.
- Beda super illud Luca, Intrauit Ierusalem, & quaesit eam, & dicit ad eos: Quia non sciebam quid facerem, & non sciebam quid facerem, & non sciebam quid facerem.* **y** Actiua vita est, panem esurienti tribuere, uerba sapientiae nescientem docere, errantem corrigere, ad humilitatis uiam superbientem proximū reuocare, infirmantis curam gerere, quæ singulis quibusque expediunt dispensare, & commissis nobis qualiter subsistere ualeant prouidere.
- Chryso. in lib. de conuersione cordis.* **z** Nemo potest eorum qui delectantur presentiibus & caducis, cœlestia ac spiritualia conuerti. q̄ uerō ista cōtēpserit, & uelut umbrā hanc ac puluerē duxerit, uelocius ad illam perueniet. Nā & apud hoīes hic mos est, ut tunc thesauros suos, reconditasque diuitias patefaciant filiis suis, quū eos adultos iā uiderint, & puerilis lasciuiae uicia respuisse.
- Pro 3. lib. 1. de uita contemplatiua.* **a b** Habet actiua profectum, cōtēplatiua fastigium. hanc facit sanctū, illa perfectum. huius uite est nulli prorsus iniurias irrogare: illius irrogatas æquanimiter sustinere.
- Ibidem.* **a c** Iste actiuus, qui suscipiendo peregrinum, uestiendo nudum, gubernando subiectum

icctam, redimendo captiuum, tuendo violenter oppressum, iugiter se ab omnibus iniquitatibus suis emaculat, & vitam suam bonorum operum fructibus ditat.

a d Ille cōtemplatiuus, qui facultatibus suis in vsus pauperum distributis, simul se expoliavit mundo, & totis viribus adheret cœlo. Res mundi mundo proiecit: & se ipsum Christo deuota mente restituit. *Ibidem.*

a e Actiua vita habet sollicitum cursum: contēplatiua gaudium sempiternū. In hac acquiritur regnum, in illa percipitur. Hæc facit pulsare bonorum operū velut quibusdam manibus ianuam: ista vocat consummandos in patriam. In hac contemnitur mundus, in illa videbitur Deus. *Prosp. ibi.*

a f Quis enim nescit, quòd sicut otium studiosum à carnalibus, ineffabilē suauitatem sapiētix cœlestis infundit otioso, ita spiritalis occupatio laborum sanctorū multiplices affert fructus humane societatis occupatio? Itineribus quidem diuersis incedunt, sed ad vnā patriam tendunt, & ad vnum regnū disparibus militantes officiis, Christo rege omnium vocante perueniūt. *Prosp. lib. 3. de vita contēplatiua.*

a g Tria sunt genera meditationū. Vnū in creaturis: vnum in scripturis: vnum in moribus. Primū surgit ex admiratiōe, secūdū ex lectione: tertiū ex circūspectione. Admi *Hugo in meditatio nib⁹ suis.*

ratio generat quæstionem, quæstio inuestigationē, inuestigatio inuentionē. Lectio ad cognoscendam veritatē, materiā ministrat, meditatio coaptat, oratio subleuat, operatio cōponit, & cōtemplatio in ipsa exultat.

Hugo ibi.

a h Circumspectio in moribus duplici consideratione discurrit intus & foris. foris ad famā, intus ad conscientiam, vt quid expediat, & quid deceat. deceat ad exemplum, expediat ad meritū, nobis ad virium, proximis ad exemplum.

Hug. i. li. de arca mystica.

a i Cogitatio vaga incessu semper huc & illuc diuertit: sed meditatio destinata promotione semper in vltiora tēdit. cōtemplatio autem est libera mētis perspicacia, in sapientiz speculo cum admonitione suspensa. Meditationis est perferutari occulta. cōtemplationis est, admirari perspicua.

Vide etiā in tit. Amor, b. Caro, r. Cōsideratio. a d, a e. Iudex, g. Iustitia, x. Meritum, d. Parentes, r. Perfectio, h, l. Religio, a h. Sollicitudo, f, i, q. Solitudo & tentatio, p.

Contemptus.

Aug de ca tech. Zan. dia rudib. et est 29. di.

a S Edulo monendi sunt scholastici, vt humilitate induti Christiana discāt nō cōtemnere, quos cognouerint morū vitia, quā in verborū amplius deuitare. qā licet per ignorantiā grāmaticæ artis, aliquid vitiosum proferāt presbyteri vel episcopi,

non

nō tamē ideo à scholasticis sunt despiciendi, sed cordi casto prælatorū, linguā exercitātam scholastici præferre non audeant: quā etiā proferre cōsueuerant. Morū enim vicia magis, q̄ verborum sunt præcauenda.

b Oīa cōtēnit, qui nō solūm quantū potuit, sed etiā quātū voluit habere cōtēnit. *Aug. ibid.*

c Sicut solet generari ex assiduitate cōceptus: sic atēdit ex ipsa raritate deuotio. *Am. i quo dam ser.*

d Non sunt contemnenda quasi parua, sine quibus magna constare non possunt. *Hic. i epi. ad Latā.*

e Facile est viro opes cōtēnere, pecuniā dissipare, & proicere, quę in momento & perdi & inueniri potest. Nā facilē obiicitur, quod extrinsecus hæret. hoc fecit Socrates, Thebanus Antistenes, fecerūt pluri- *Hier. in ep. ad Pā machiū.*

mi philosophi, quos vitiosissimos legim⁹.

f Quod em̄ sumus, hodie nouimus: quid aut post paululū esse possumus, nescimus. *Greg. lib. 25. mora= lium.*

hi verò, quos fortasse despiciamus, & tardè possunt incipere, & tamē vitā nostrā feruētioribus studiis anteire. Timēdū itaque est, ne etiam nobis cadentibus surgat, qui nobis stantibus irridetur: quāuis stare iam nō nouit, qui non stantem nouit irridere. *Gre. in re gistro sup illud Su=*

g Super altitudines terræ sustollitur: etiam ipsa, quæ gloriosa præsentis videtur seculi. per mentis despectum calcatur. *stollā te super alti tudines*

h Pulchre à cōditis amorē subtrahunt: qui

terra: qui

qui in ipsum autorem pulchritudinis cordis passibus tendunt.

Grego. in mo.

Ber. sup. cāt.

Chry. sup. ep. ad Hebr.

25. ser.

Se. 9. 2. de beneficiis.

Se. 22. epi.

Sene. 85.

Se. 83. ep.

Se. 1. de beneficiis.

i Si reum regis maiestatis quamuis humanae, humanis legibus capite plecti, sanctum est, quis finis contemnentium diuinam omnipotentiam erit?

k Cōtēne diuitias & eris locuples. cōtēne gloriā, & eris gloriosus: cōtēne supplicia inimicorū, & tūc eos superabis. cōtēne remissionem, & quietem, & tunc eā recipies.

l Intolerabilis res postere numos & cōtemnere. Indixisti pecuniae odium, hoc professus es. hanc personam induisti: agenda est. Iniquissimum est, te pecuniam sub gloria egeitatis acquirere.

m Paupertati domum aperire, voluptates tenere sub freno, meditari vel letari de dolorum patiētia. hac qui apud se versat, in magno gaudio est, sed parum blando.

n Facile cōtēnit omnia, q ad cōtēptū sui venit. Vis ergo habere oīa? cōtēne omnia.

o Insuperabili loco stat animus, qui externa deseruit. Inexpugnabilis est, quem multis machinis laecessitum fortuna non transiit. nunquam maior est, quam ubi aliena disposuit, & fecit sibi pacem, nil timendo diuitias, nil concupiscendo.

p Fabricius Pyrrhi regis aurum repulit, maiusq; regno iudicauit, regias opes posse con-

se con

se contemnere.

q Nōdum felix es, si non te turba deri- *Se. in lib.*
ferit. Si beatus vis esse, cogita hoc, primūm *de morib.*
contemnere, & ab aliis contemni.

r Grauius est cōtēni, q̄ stultitia percuti. *Se. in pro.*

f Sūt plurimi, q̄ multa verbis nō re cōtē *Ibidem.*

nunt, sed ipsa que spernunt, clam furantur.

Vide etiā in ti. Anima. ah. ai. Auaritia. bk.

Clericus. b. Consuetudo. al. Contēplatio. z.

Contritio. e. Cōuitiū. i. Cupiditas. o. Diui-

tiā. r. ap. bc. bd. Gloria bona. b. c. r. Gloria

vana. a. Honor. d. x. Magnanimitas. l. q.

Mandatum. g. Munus. b. Nobilitas. b. Re-

linquere studium. a. l. Virginitas. u. Vita.

ak. Christus. f.

Contritio.

a **A**lia est compunctio siue contritio, *Gre. li. 8.*

quæ per amorem nascitur, alia quæ *mora.*

per timorem, quia aliud est supplicia fu-

gere, aliud præmia desiderare.

b Sepe q̄ torpētes latuit, flētibus inno- *Gre. ibid.*

tescit, & afflicta mēs certius inuenit malū,

quod fecerat, & reatū suū, cuius secura non

meminit, hunc in se cōmota depræhendit.

c Qui nescit lugere, quod grauat, non *Greg. 11.*

valet proferre, quod subleuat. Vis cōpun- *mo.*

tionis poros cordis aperit, & pennas vir-

tutum fundit. quūque se studiose mens

de pigra verustate redarguit, alacri noui-

tate iuuenescit.

Quò

*Gre 27.
no.*

d Quò vberius culpa fletur, eò altior cognitio veritatis attingitur. quia ad videndū internum lumen polluta dudum conscientia lachrymis baptizata renouatur.

*Cry. in li.
de cōpun-
ctiōe cor.*

e Sola compūctio est, quæ facit animi horrescere purpuram, desiderare cilitium amare lachrymas, fugere risum.

Ibidem.

f Contritio est humilitas cordis, vera compunctio, magna agere, & humilia loqui iustè operari & super peccatis timere, ac tremere.

*Cas. super
psal. 6. La-
boravi in
gemitu
meo*

g Gemitus dictus geminatus luctus. què meritò fideles appetunt, quoniã diligentes cōsolatur, pœnitentes emūdat, diabolu fugat, Christo conciliat. amaritudo dulcis, lachrymæ felices, salutaris afflictio.

*Cas. su. il-
lud ps. Ad
do cū tri.*

h Dominus nescit differre. quem compuncto corde sibi senserit supplicare.

Hugo.

i Contritio, est gembundi cordis compunctio salutari, seipsum lachrymarū eruptione testificans.

Ibidem.

k Contritio, est compūctio animi cum lachrymis, oriens ex recordatione peccati, & timore iudicij.

Sen. ep. 8.

l Argumentum est in melius translatus animi, quòd vitia sua, quæ adhuc ignorabat, videt. Quibusdam agris gratulatio est, quum ipsi ægros se esse sensere.

Se. 55. epi.

m Magna pars bonitatis est, velle fieri bonum.

n Sciatur seculabiliter durū & durè culpa Inno. de
 bilē q̄ corporalē amici sui mortem deploro- vilitate
 rat. & spiritualē aīæ suæ mortē non deflet. cōditionis

Vide etiā in tit. Delitiæ. f. Deuotio. i. l. humana.
 Lachrima. a. b. d. k. q. Peccatum. h. Pœnitentia. n. r. a. e.

Conuersatio.

a In diuersis obseruationibus nulla di- Au. de do-
 sciplina melior graui & prudētī Chri- strina
 stiano: nisi vt eo modo agat, quo agere vi- Christiana
 derit ecclesiam, ad quam fortè deuenit na.
 ad discendum, quod opus est.

b Quisq̄ reb⁹ p̄tereūtib⁹ stricti⁹ vtitur, Aug. li. 3.
 q̄ sese habent mores eorū, cū qb⁹ viuit, aut de doctrī-
 antēperans, aut sup̄stitiosus est, Quisq̄ ve na Chri-
 rō sic eis vtitur, vt metas cōsuetudinis bo- stiana. Es
 norū, inter quos versatur, excedat, aut ali- ponitur
 q̄ significat, aut flagitios⁹ est. In oīb⁹ em̄ 41. dist.
 talib⁹ nō vsus rerū: sed libido in culpa est.

c Magis mores commendant statum, Am. i. qua
 quàm status mores. etenim quò status in dum epi-
 ferior, eò virtus eminentior.

d Semper in comitatu tuo graues fœmi- Hic. in ep.
 nas habeas: mores enim & studia domi- ad Deme-
 narum plerunque ex ancillarum & comi- triadem.
 tantium moribus iudicantur: qualis enim
 quæque sit, talium consortio delectatur.

e Falsus rumor citò opprimitur, & vita Hiero. in
 posterior indicat de priori. Rarò inuenies quadam
 qui ita irreprensibilem vitā suā exhibere epist.
 velint,

velint, vt non reprehendant alienam.

Hie. super 12. ppheta- tas. lib. 2. sup illud Exechie- lis: Fili ho- minis, etc. **f** Pro signo sunt interioris hominis ver-
ba erupētia. quomodo libidinosum, q̄ sua
celat verba & vitia callidē, interdū turpis
sermo demonstrat. minoribus. n. maiora
mōstrātur. Vultūque & oculis dissimulari
nō potest cōsciētia, dum luxuriola & lasci-
ua mens lucet in facie, & secreta cordis
motu corporis & gestibus indicat.

Gr. 1. mo. sup illud Vic erat terra &c. Isid. 2. li. soliloquio rum. **g** Nōvalde laudabile est bonū esse cū bo-
nis, sed bonū esse cū malis. Sicut. n. grauio-
ris culpe est iter bonos bonū nō eē. ita imē
si est p̄conij, bonū ēt inter malos extitisse.
h Sit in gestu tuo grauitas, in motu sim-
plicitas, in incessu honestas, nihil dedeco-
ris, nihil lasciuiæ, nihil petulātiæ, nihil in-
solentiæ, nihil leuitatis in tuo incessu ad-
pareat. animus enī in corporis gestu ad-
paret, & species corporis, simulachrum est
mentis, figurāque probitatis.

Ibidem. **i** Sancta cōuersatio confundit inimicū,
ædificat proximum, glorificat Deum.

Chry. li. 3. de vestigijs philo- **k** Philosophus sic inter hostes viuendū
censuit, rāquā inter amicos, & inter ami-
cos, ac si in medijs hostibus viueretur.

Leo pa i quod i ser. **l** Cor hoīm de operū ostēdit qualitate,
& formas mentiū species deregit actionū.

Cy. epi. 2. **m** Quod potest i edimī, nō timetur: esse
iam inter nocentes innoxium, crimen est.
malos

malos quis quis non imitatur, offendit. cō-
senserē iura peccatis, & cœpit licitum esse
quod publicum est.

n Disciplina, ē cōuersatio bōa & hōesta, *Hu. 7. li. de*
cui parū est, nō malū facere: sed stude ēt in *disciplina*
his que bene agis, irrep̄hēnsibilis adparere. *monacho.*

o Disciplina honesta cōuersationis ex *Hug. ibi.*
quatuor perpēdi pōt: ex gestu, motu, affatu
& cōiūctū. Gestus autē rep̄hēnsibilis est,
si est aut mollis, aut dissolutus; aut tardus,
aut citatus. Mollis significat lasciuia, disso-
lutus negligentiam, tardus pigritiam, ci-
tatus siue impetuofus inconstantiam.

p Gestus hominis in omni actu debet *Hugo de*
esse graciosus, sine mollitie: quietus sine *disciplina*
dissolutione: grauis, sine tarditate: alacer, *monacho*
sine inquietu sine. maturus, sine proteruia, *rum.*
& sine turbulencia seuerus.

q Téperāda est ēt facies & modificanda *Ibidem.*
in gestu suo, ita vt nec proteruē exaspere-
tur, nec molliter dissoluatur. sed semper
habeat rigidā dulcedinē, & dulcē rigorē,
secundū illud Ecclesiastici xix. Ex visu co-
gnoscitur vit, & ab occuifu faciei cogno-
scitur sensatus. Amictus corporis & risus
dēiū, & incessus hominis, enuanciāt de illo
s. qualis sit: quia per illud quod foris siue
bene, siue malē agitur, interior animi qua-
litas intuetium oculis patenter indicatur.

*Ibi. & po-
nitur in
lib. proble-
matū.* r In motu corporis cauēdū est, ne in tar-
dationibus adeò molli gressu vtamur, vt
pomparum ferculis similes esse videamur,
aut in festinationibus nō suscipiamus ni-
mias celeritates: quæ quū fuerint, anhelu-
tus mouentur, vultus mutantur, ora tor-
quentur, quæ signa sunt incōstātis animi.

*Hugo. de
disciplina
monacho-
rum.* f Quòd enim inordinati motus corpo-
ris dissolutionē indicent mentis, probatur
testimonio Salomonis, qui dicit: Homo
apostata, vir inutilis, graditur ore peruer-
so, annuit oculis, terit pede, digito loqui-
tur, prauo corde machinatur dolum, & in
omni tempore iurgia seminat. quia quam
mens interiori à custodia sua soluitur, mē-
bra foris ad omnem actum inordinate cō-
mouentur, & velut corpus paralytici mo-
tu n quidem habet: sed officia membro-
rum in suis actionibus seruare non valet.

Ibidem. r In affectu sine locutione disciplina ho-
nestę cōuersatiōis attēditur: in qua quinque
res sunt obseruandæ: hoc est quid, cui, quō,
quīdo, & vbi dicatur. Quid, vt nūquam in
sermonibus ociosa adhibeātur. ociosa au-
tem sunt, quæ sunt aut nociua, aut inhone-
sta, aut inutilia. Inutilia autem sunt, quæ
nec loquentibus nec audientibus profunt.
Inhonestasunt, quæ vel illius, qui loqui-
tur, vel cui loquitur, vel de quo loquitur.
digni

dignitati nō cōueniūt. Nocua autem sunt, quæ suis suasionibus animos auditorum ad errorem siue prauitatem inducunt.

v Cui, primò cōsideret an ppter se, vel *Ibidem.*
 propter illum loquatur. Si propter se, videat vt ille talis sit, de cuius colloquio utilitas ei prouenire possit. Si propter illum loquitur, caueat ne talis sit ille, qui vel sua exhortatione non indigeat, vel ita etiam in malo sit obstinatus, vt exhortatione alterius corrigi se non permittat. Si ergo sic est, nunquàm nisi ad nostram vel aliorum eruditionem loqui debemus.

x Quō, ex horremur ad cōstātiā timidos, ad timorē superbos, ad frugalitatem prodigos, ad liberalitatē auaros, ad humanitatem parcos, ad parcitatem gulosos ad consilium temerarios, ad silētiū verbosos, ad verbū exhortationis tacitos, ad māsuetudinem impatiētes, ad indulgētiā crudeles, ad verecundiā procaces, ad quietē precipites, ad prudentiam incautos, & omnino quicquid dicere volumus, ex ipsa prius nostri sermonis qualitate colligamus. *Ibidem.*

y Vbi, Quædā enim sunt loca in quibus *Hug. ibi.*
 silētium est seruandū, quædā in quibus intelligentia & ex ratione scripturarū collationes, cum disciplina tamen & reuerentia, hoc est, sine contentione & clamore

verborū haberi possunt. quædā in quibus pro instructione morū verba habēda sunt. quæ sã, in quibus magis loquendi licentia laxatur: ita vt non solum de spiritualibus, sed etiam de exteriorum dispositione & prouisione sermones admittantur. Loca autem in quibus vana & superflua dici debeant, inuenire non possum.

Ibidem. z Quando. Est enim tēpus, quādo nihil, & est tēpus, quando aliquid est dicēdū, nullū verò tēpus est quando dicenda sunt omnia. tempus enim tacendi debet precedere tempus loquēdi, propterea enim non ait Salomō, tēpus loquēdi & tempus tacendi. sed tempus tacēdi, & tēpus loquendi. quia prius per silentiū tempus tacendi discitur, quo l postea per verbū tempore loquendi profertur. Sapiens enim æquē cauet, vel ne tempore quā lo loqui debet, per negligētiā sileat: vel ne in omni tempore, quando loqui licet, per licentiam concessam in multiloquium cadat. Rectē ergo tempus loquendi discernitur: si homo non semper quando loqui debet, sileat, nec semper, quando licet, loquatur.

Ibidem. ab Modus autem loquēdi in tribus cōsistit: sc. quo gestu, quo sono & significatione aliquid licetur. Disciplina enim iubet, vt loquentis sit gestus modestus, & hu-
mil

nilis, sonus demissus & suavis, significatio verax & dulcis.

ac In cōiuctu siue comestione discipli- *Ibidem.*
 na honestæ cōuersationis attenditur. s. in
 seipso, & in suo cibo. In seipso tripliciter.
 scilicet in disciplina tacendi, videndi, sese
 continendi, vt scilicet linguam suam à lo-
 quacitate restringat, oculos suos à circun-
 spectione cohibeat: & vt cætera membra
 omnia cum modestia & quiete contineat.

ad Non sicut quidã faciunt, qui quum *Ibidem.*
 ad edendum assederint, inquieta quadam
 agitatione membrorũ intemperantiam ani-
 mi sui designant, caput excutiunt, brachia
 exerunt, manus in altum expandunt, & nõ
 sine magna turpitudine quasi totum epu-
 lum sũt absorpturi, ingêtes quosdã cona-
 tus & gestus satis indecoros ostendunt, in
 vno loco sedentes, oculis & manibus quæ
 propè & longè sunt omnia circuncurrunt,
 simul panes comminuũt, vinum in calices
 effundunt, discos in gyrum circunducunt,
 & velut rex super obsessam ciuitatem as-
 sultum facturus, dubitãt, vnde primũ expu-
 gnationẽ aggrediantur, dũ simul in omni
 tempore irruptionẽ facere concupiscunt.

ae Disciplina honestæ cōuersationis in *Ibidem.*
 suo cibo debet quis obseruare, videlicet,
 quid, quantum, quõ cibum sumere debeat.

Quid, vt scilicet non nimis preciosa & delicata expetat: nec nimis rara & insolita requirat: nec nimis accuratè & lautè præparata concupiscat. In primo luxus arguitur: in secundo curiositas ostenditur: in tertio superstitio notatur.

Hug. ibid. a f Quatum, cuius mensura hæc mihi esse videtur, vt neq; cõtra honestatè, neque supra necessitatem sumatur. Nõ omnis vèter idè sapit. alius plus, ali^o min^o. ergo ille cui parũ sufficit, magis superfluitatem caueat. ille verò cui multũ opus est, magis ad honestatem attendat: quia neq; ille, nisi temperantiæ metas trãsserit, ad turpitudinem veniet: neq; iste, nisi prius honestatis oblitus fuerit, in superfluitatem impinget.

Ibidem. a g Quomodo, hoc est quàm mundè & quàm tẽperatè. Quidã enim bibètes digitos mediotenus poculis immergunt: alij vinctas manus ad vestimenta sua dāt, rursus ad cibaria tractanda redeunt. Alij nudis articulis vice cochlearis olera sua piscantur, ita vt in eodem iure manus ablationem, & venter refectionem quærere videatur. Alij reliquas dentium suorum offas facturi in poculis demergunt.

Hæc Ho. de sã. Vic. de discipli. na mona. a h Hæc dicẽtibz erubescenda essent, si à facientibus præsumpta non fuissent: sed, nescit aliquando impudentia erubescere, nisi fuerit manifeste confusa. Nunc autem

sustineat in audiendo verecundiam, qui no-
luit in faciendo habere disciplinam.

a l Omnia omnium rerum si bene obser- *Senec. 53.*
uentur indicia sunt & argumentū morum. *epist.*
ex minimis poteris cognoscere impudicū,
& incessus ostendit & manus mota, & in-
terdum responsum, & relatus ad caput di-
gitus & flexus oculorum. Improbū & in-
sanum risus, vultus habitusq; demonstrat.

a k Quemadmodum sapienti viro incef- *Sen. ibid.*
sus modestior conuenit: ita oratio pressa,
non aulax: summa ergo summarum hęc
erit tardiloquum te esse iubeo.

a l Barbarismus est morū, sermo iocun- *Sen. i. epi.*
dus, & animus dolosus. domi quidā se cō-
trahunt, foris dilatāt & extendūt. Vitiū est
hęc diuersitas, & signū vacillantis animi
& nondum habentis renorem suum.

a m Nō magis vtilitati est ager cū redi- *Ibidem.*
tibus amplis quā vicinus æqualis cū mo-
ribus bonis. Sit tibi erga singulos falsili-
bra sermonis, vt te blandum pueri, comi-
tem iuuenes, graues senem metiantur.

a n Nulla res magis animos induit ho- *Sen. epi. 9.*
nestos, & in prauum inclinabiles reuocat
ad rectum, quā honorum virorum con-
uersatio. paulatim enim descendit in pe-
ctora, & vim præceptorum obtinet, fre-
quenter aspici, frequenter audiri.

Seneca. 1. epi. a o Id agamus, vt meliorem vitã sequamur quã vulgus, non vt contrariã alioquin, quos emendare volumus, fugamus à nobis, & auertimus.

Senec. 35. epi. a p Si quid in aliquibus ex sordida conuersatione seruire est, honestorum conuictus excutiet.

Senec. 42. epi. a q Tunc felicẽ te esse iudica, quum poteris in publico viuere, quum te parietes tui regẽt, nõ abscõdent, quos plerũq; nobis circũdatos iudicamus, nõ vt tutius viuamus, sed vt peccemus occultius. Rẽ dicã ex qua mores nostros æstimes. Vix quẽquã inuenies, qui possit aperto ostio viuere. Ianito res conscientia opposuit, non superbia. Sic viuimus vt deprehendi, sit subito aspici se.

Sen. 3. epi. a r Ita viue, vt nihil tibi committas, nisi quod cõmittere etiã inimico tuo possis.

Senec. 83. epi. a s Sic certẽ viuendũ est tanquã in conspectu viuamus, sic cogitandum tanquã aliquis in pectus intuitũ trahere possit. Quid enim prodest ab homine aliquid esse secretum, quum nihil Deo clausum est?

Senec. 82. epi. a t Salutare est, nõ cõuersari dissimilibus & diuersa cupiẽtibus. Turba etsi nõ mutat te, impedit tamen, multũ autẽ nocet etiã qui moritur. In vitia alter alterũ trudemus. quomodo autem reuocari possunt ad salutem, quos nemo retinet: populus impellit?

a v Hic modus mihi placet, temperetur *Senec. epist. sto. 13.*
 vita inter bonos mores & publicos, susci-
 piat oēs vitā nostrā, sed agnoscant. Quid?
 ergo eadem faciamus quæ cæteri: nil inter
 nos & illos intererit? Plurimū dissimiles
 nos vulgo sciat, qui inspexerit propius. nō
 contubabit sapiēs publicos mores, nec po-
 pulum in se nouitate vitæ conuertet.

a x Sic cum inferiore viuas, quemadmo- *Senec. 97.*
 dum superiorem tecum viuere velis. *episto.*

a y Omnes tibi pares facies, inferiores *Seneca. de*
 superbiendo nō contēnas, superiores recte *quatuor*
 viuēdo non timeas. In reddēda officiosita- *virtutib.*
 te neq; exactor, neq; negligens appareas.
 cūctis esto benignus, nemini blandus, pau-
 cis familiaris, omnibus æquus. Seuerior
 esto iudicio, quàm sermone, & vita, quàm
 vultu, clementiæ cultor, clemens vltor, se-
 quitæ detestator, famæ bonæ neq; tuæ se-
 minator, neq; aliene inuidus, rumoribus,
 criminibus, suspicionibus minimè credu-
 lus: sed malignis potius, qui per speciē sim-
 plicitatis aliquibus surrepserint, oppositif-
 simus: ad irā tardus, ad misericordiam pro-
 nus, in aduersis firmus, in prosperis cau-
 tus, occultator virtutū, sicut alij vitiorum,
 vanæ gloriæ cōtempтор, & bonorum, qui-
 bus præditus es, non acerbus exactor, nul-
 lius imprudētiam despicias, rari sermonis

ipse loquentium patiens : seuerus seueris,
sed hilares non aspernans.

Sene. ibid. a z Si tēpus iocos exigit, hos quoque cū
dignitate sapientiæ gere, vt te nec grauet
quisquā tanquā asperum, nec cōtēnat tan-
quā vilem non erit tibi scurrilis, sed grata
urbanitas. Sales tui sine dente sint, ioci sine
vilitate, risus sine cachinnatione, vox sine
clamore, incessus sine tumultu, quies tibi
nō desidia erit, & quū ab aliis luditur, tu san-
cti honestiq; aliquid tractabis.

Va. Max. b a Cū quidā stolidus audiente Pythago-
E. 7. de me ra diceret, malle cū mulieribus esse quam
mora di cū philosophis conuersari, & sues, inqt, in
ctis. ceno libētius q̄ in pura aqua versantur.

Vide etiā in tit. cōscientia. o. x. cōsuetu-
do. a i. contēplatio. a h. disciplina & doctri-
na. af. excusatio. o. exemplū. a k. innocen-
tia. g. ordo. d. sanctitas. f. societas & solitu-
do. f. v. x. a. f.

Conuersio.

Augu. sup a **V**T sit homo aliqd, conuertat se ad
psal. 70. illum, à quo creatus est. recedēdo
eīn frigescit, accedendo feruescit, receden-
do tenebrescit, accedendo clarescit. à quo
enim habet, vt sit apud illū, habet vt bene
sit. Ergo qui vult simul esse cum Deo, non
ab illo recedat, sed ad illū accedat.

An. 10. li. b Cum inhæsero tibi ex omni me, nus-
confes. quam erit dolor & labor, & viua erit vita
mea

mea tota plena te. nunc autem quę tui im-
ples, subleuas eum. & quia tui plenus non
sum, ideo mihi oneri sum.

e Scio quia male mihi est præter te, non
solū extra me, sed in me ipso, & omnis co-
pia, quę Deus meus nō est, egestas mihi est.

An. 14. B.

confes.

d Conferamus nos ad te, & bene nobis
erit de te. Malum est nobis de nobis, quia
dimisimus te, dimisisti nos nobis.

An. de ver

bis domi

ni, ser. 4.

e Ovis perdita nunquā reuerteretur, ni-
si pij pastoris materiam consequeretur.

Aug. i ser.

f Quæramus lapidem quo percutiatur
incredulus & percussus quassetur, quassa-
tus comminatur, comminutus in pulue-
rem conuertatur, conuersus in puluerem
compluatur, complutus seratur, satus faciat
fructuum, non quod igne consumatur, sed
quod horreo condatur.

Augu. cō

tra quia

que hanc.

g Si aurum tibi offeram: non mihi di-
cis, cras veniam: sed iam exigis. nemo dif-
fert, nemo excusat. redēptio animæ ꝑmit-
titur & nemo festinat.

Ambro. in

ser. de eleo

mosyna et

icium.

h Nunquam est sera conuersio. latro de
cruce transiit ad paradysum.

Hic. i epi.

ad Laſā.

i Tres modi sunt cōuersorū, inchoatio,
medietas atq; perfectio. In inchoatione au-
tem inueniuntur blādīmēta dulcedinis, in
medio tempore certamina tentationis, ad
extremū verò ꝑfectio plenitudinis. Prius
ergo

Greg. 24.

mora.

ergo illos dulcia suscipiunt quę cōsolentur:
 potius modum amara quę exerceant, & tunc
 demū suauia atq; sublimia quę cōfirment.

Gre. ibid.

k Vitā vniuscuius; conuerti & inchoatio blanda petmulcet, & aspera medietas probat, & plena post perfectio roborat.

Greg. ibi.

l Cū Pharao dimississet populū, non eos duxit dominus per viā terræ Philisthiim, quę vicina est: reputans ne forte pœniteret eū, si vidisset aduersum se bella consurgere, & reuerterentur in Aegyptū. Ex Aegypto itaq; exeuntibus ē vicino bello subtrahuntur: quia derelinentibus seculum quardam prius trāquillitas ostēditur, ne in ipsa sua teneritudine atque inchoatione turbati atq; territi redeāt ad id, quod euaserūt. Prius ergo suauitatem sentiunt. securi prius pacis quiete nutriūtur. post cognitā verò dulcedinem tāto iam tolerabilius tētationum certamina sustinēt, quanto altius in Deo cognouere quod amant.

Gre. ibid.

m Plerūq; cōuersus quisq; talibus tētationū stimulis agitur, qualibus ante cōuersionis gratiā, nunquā pulsatū se esse reminiscitur: non quia tūc hęc eadē tētationis radix deerat, sed quia non apparebat,

Greg. 16. mora.

n Ferrū de terra tollitur, quū fortis pugnator ecclesię à terrēna sua conuersatione separatur. Nō ergo in eo debet despici, quicq;

quod quid fuit, quia iam coeperit esse quod non fuit.

o Lapis solutus calore in ars vertitur, quam *Greg. lib. do dura mēs superni amoris igne liquefa-* 16. *mora-*
cta, ad veram fortitudinem commutatur,
ut peccator qui prius insensibilis extiterat, postmodum per auctoritatem fortis, & per praedicationem sonorus fiat.

p A regione nostra superbiendo, in obe *Gre. hom.*
diendo, visibilia sequendo, cibum vitium *10. sup il-*
gustando discessimus, sed ad eam necesse *ind Matt.*
est, stendo, obediendo, visibilia contēnen- *Cū natus*
do, atque appetitum carnis refrenādo re- *esset Iesus*
deamus. Per aliā ergo viam ad regionem *in Betle-*
nostram ingredimur, quoniam qui à para- *hē Iuda.*
disi gaudiis per delectationē recessimus,
ad haec per lamenta reuocamur.

q Maius de peccatore cōuerso quā de iusto *Gre. hom.*
stāte gaudiū fit in caelo: quia & dux in pre- *34. Super*
lio plus eum militē diligit, qui post fugam *euang.*
reuersus hostem fortiter peremit, quā illum,
qui nunquā terga praebuit & nunquā aliqd
fortiter fecit. Sic agricola illam amplius
terrā amat, quae post spinas, vberes fruges
profert, quam eam quae nunquā spinas ha- *Gre. tra-*
buit, & nunquā fertilē messem produxit. *clās illud*

r Prima vigilia est pueritia, secūda adole- *in ho. Et si*
scētia, tertia senectus. Qui ergo in prima *in secūda*
vigilia vigilare noluit, secūdā custodiat: *vigil. seu*
ut qui conuerti à prauitatibus suis in pue- *in tertia.*
ritia

vitia neglexit, ad vias vitæ saltē tēpore iu-
uentutis euigilet: & quid ad vias vitæ iuue-
tutis tēpore nō euigilat, saltē in senectute
resipiscat. nam quos diu, vt conuertantur,
tolerat: non conuersos durius damnat.

*Ber. super
canti. ser-
mo. 36.* s Cōuertimini ad me ī toto corde vestro.
Corporis cōuersio, si sola fuerit, erit nulla,
forma siquidē conuersionis est, nō veritas
vacuam virtutē gerens & speciē pietatis.

*Ber. super
cantica.* t Dico omnes ignorare Deū, qui nolūt
conuerti ad eū. Neq; em̄ ob aliud ꝑculdu-
bio renuūt, nisi quia grauē & seuerū ima-
ginātur, qui pius est: durū & implacabilē,
qui misericors est: ferū & terribilē, q̄ ama-
bilis est. & meatitur iniquitas sibi, formās
sibi idolum pro eo, quod non est ipse.

*Ber. super
cantica.* v Solet inter primordia cōuersiōis acri⁹
insurgere tētatio prauæ cōsuetudinis, & vix
possunt extingui iacula ignita diaboli.

*Isid. lib. 3.
de summo
bo. cap. 8.* x Primordia conuersorum blandis refo-
uenda sunt modis, ne si ab asperitate inci-
pian, exterriti ad priores lapsus recurrāt.
Qui enim conuersum sine lenitate erudit:
exasperare potius quàm corrigere nouit.

Ibi. ca. 9. y Vitia ante conuersionem quasi pacem
in homine habent, quando autem expellū-
tur, acriore virtute confurgunt.

Ibidem. z Vtile est Dei seruo post conuersionem
tentari, quatenus à torpore negligentix
soli

solicitantibus vitiis ad virtutes animū per
exercitium præparet vitiorum.

a b Multos remissa cōuersio in pristinos *Ist. li. de*
errores reducit, ac viuēdi tēpore resoluit. *sum. bo. ca.*

a c Valet interdum cōuersis pro animæ *pitu. 10.*
salute mutatio loci. plerūque enim dū mu- *Isid. ibid.*

tatur locus, mutatur mentis affectus. Con-
gruum est enim inde etiam corporaliter
euelli, vbi quisque illecebris deseruiuit.
Nam locus, vbi quisque prauè vixit, hic
aspectui mentis opponit, quod semper ibi,
vel cogitauit vel gessit.

a d In illa ætate qñ flauescūt crines, caro *Hugo de*
nitescit eburnea, oculorum gemmis facies *claustro*
rosea decoratur, valetudo corpori vires *anima. li.*

subministrat, iuuenilis ætas longioris vite *3. cap. 10.*
spatiū repromittit: qñ viget ratio, vigent
etiam corporis sensus, visus acutior, audi-
tus prōptior, incessus rector, vultus iocū-
dior, qui in hac ætate se domant & Deo se
sociant, præmium Ioannis expectant.

a e Tales offerūt hostiā viuentē, deo pla- *Ibidem*
centē immaculatā, nō aure, nō oculo, non
pede, non cauda carentē. Audiat hoc senū
sera cōuersio, quibus ex defectu senectutis
aures obturantur, oculi turbātur, & vt cun-
cta breuiter perstringam, ipsi in se per se
deficiunt. Hi non offerūt agnum immacu-
latum: sed, vt ita dicam, poreum curtatum,

Sicut

Sicut enim porcus in immundicijs: sic senex iacuit in vitijs. & sicut porcus siliq̄ pascit, sic senex fabulis, & rumoribus delectatur.

Pet. Ratu.

ser. 46.

a f Non locorum mutatio, sed conuertio sensuum aduersa depellit, micrones fugat, desperationes abiicit, excludit angustias, & intra domicilium synceri pectoris letitiæ diuinæ æternam præparat mansionem.

Pet. Ratu.

in quadã epist.

a g Interim cū Hierosolymitanis habitat lebusæus: interim in horto patrisfamilias simul sunt salūca & abies, vrtica & myrtus. In grege Iacob. animalia alba & nigra, agni & hœdi. in rete Petri pisces boni & mali. In arca Noë animalia munda & immūda. In agro domini lilia inter spinas, zizania inter spicas. In arca domini granum cum palca. In cella Christi vinum cum agresta, oleum cum amurca. Nostrū non est quenquam iudicare. Nouit enim dominus, qui sunt eius, quisque futuri sunt. Primi nouissimi, & nouissimi primi. Nos enim præcedere potest ad vitam, quem non uisimum reputamus.

Vile etiam in tit. Anima. k. Beatitudo. i. Consuetudo. q. v. Creatio. b. Error. i. Homo. l. Meritū. k. Misericordia. a. r. Oratio. a. Pœnitētia. f. x. a. m. a. n. b. d. Recōciliatio. b. Religio. a. x. Relinquere. a. i. Recidiuatio. d. f. simplicitas. g. voluntas. b.

Convitiū.

a Si utilitate proximi moueor in laudibus meis: cur minus moueor, si quisquā ab aliis iniuste vituperetur, quam si ego? cur ea contumelia magis mordeor, quā in me, quā in alium eadem iniquitate coram me iacitur?

Aug. 10.
lib. cōfessionum.

b Si non autem solam percutit iracundia criminantis, verū etiam cōscientiam mordet veritas criminis: quid mihi prodest, si me continuis laudibus mundus attollat? Ita nec malam conscientiam sanat laudantis præconium, nec cōuulnerat conuiciantis opprobrium.

Aug. contra Petil.
lib. 3.

c Leuis quidē sermo, quia leuiter volat, sed grauitur vulnerat, leuiter transit, sed grauitur vrit: leuiter animum penetrat, sed nō leuiter exit: leuiter profert, sed nō leuiter reuocatur. Facile volat: ideo facile charitatem violat. Tenerū membrum lingua, attamē vix teneri potest, substantia quidem infirmū atq; exiguū, sed vsu magnū & validū inuenitur: tenuis est & lata, ideo aprissimum euacuandis sordibus instrumentum.

Ber. i. quo
dam ser.

d Nihil sauius, nihil violentius amaris asperisq; sermonibus, quorū vulnera tanto difficilius curatur quāto facilius profertur.

Vale. epi.
in quodā
ser.

e Inuenimus multos aliquoties vno atque eodem sermone dulcibus verbis venē-

Ibidem.

na miscere, & fictis pacis blanditiis, litium pugnas introire. Quid istis infelicius? quid periculosius esse potest, qui fallacis lingue studio vitæ insidiantur alienæ?

Valer. ibi. f Videmus frequenter verborū facta in crimen venire, & nimia facilitate verborū amicitias odia succedere. quādo autem potest fieri, vt homo, aut magniloquus, aut maliloquus non habeatur ingratus?

Ibidem. g Quauis quis vitam fide muniat, scientia regat, castitate & sobrietate componat: nihil est quod in homine placeat, si in toto corpore lingua displiceat.

Valer. ibi. h Plena victoria est à clamazione tacere, & nō respōdere prouocāti. Habes eīn mercedē, & de tua patiētia, & de fratris medela, si obliuioni detur iniuria. Sicut nihil est deformi, quā respōdere furiosis: ita nihil utilius q̄ tacere prouocatis. Nullus est finis inimicitias, nisi ad tēp⁹ obtēperem⁹ iratis.

Sene. 77. epist. i Malis displicere, laudari est: nullam auctoritatem habet, vbi qui damnatus est, damnat. Male de me loquuntur homines, quia bene loqui nesciūt: faciunt, non quod mereor: sed quod solent.

Ibidem. k Aequo animo audienda sunt imperitorum conuitia, & ad honesta vadenti contemnendus est ipse contemptus.

Seneca de l Multi cū aliis maledicunt, sibiipsis con

conditium faciunt.

m Turpia ne dixeris, paulatim enim pudor rerum per verba dediscitur, *moribus. Ibidem.*

n Non potest generosus animus contumeliam pati. *Se. de sententiis ora.*

o Anticanes cuidam dicenti sibi, maledixit tibi ille: respondit, non mihi, inquit, sed illi, qui in se, quod ille culpat, agnoscit. sed & si mihi maledicere curet, non curo: quia auditus lingua debet esse robustior: cum singulis hominibus linguæ sint singulæ: sed aures binæ, aliquatenus tamen curo: quia eo ipso me fateor esse superiorem: quia superioris personæ usus est hoc pati, inferioris facere. gauderem itaque, nisi urgente humanitate homini compaterer infelici. *Sene. ibid. & Valer. Max. li. 7.*

p Titus tacitus maledicente sibi Metello, Facile est, inquit, in me dicere: cum non sum responsurus. Tu, inquit, didicisti maledicere: ego, conscientia teste, didici maledicta contemnere. & sicut tu, inquit, linguæ tuæ: sic ego aurium mearum sum dominus. *Ibidem.*

q Si merito obiurgauerit te aliquis: scito quia profuit. si immerito, scito quia prodesse voluit. *In episto.*

r Ipse aperte invidet, abiecte fingit, seruiliter superbit. Indicit ut dominus, exigit ut tyrannus, calumniatur ut barbarus, tota die à me tu armatus, ab avaritia ieiunus, à cupi-

ditate terribilis, à vanitate crudelis, in cōi-
lio tacet, in ecclesia iocatur, in ieiunio præ-
dicat, in cubili damnat, in quæstione dormi-
tat. Implet quotidie sylvas latronibus, vil-
las hostibus, altaria reis, carceres clericis.

Sido. ibid.
li. 3. ep. 13. s Ipse loquax nec dicax, ridiculus nec læ-
rus. arrogans nec constans. curiosus nec
perspicax. tempora præsentia colens, præ-
terita carpens, futura fastidians. beneficij si
rogaturus est importunus petendi, dero-
gator negati, æmulator accepti. at si roga-
tus, dissimulator petiti, venditor præstiti,
calumniator morati, inficiator soluti, odio
sior ieiuniorum, sectator epularum, lauda-
bilem proferens, non de bene viuente, sed
de bene pascente, sententiam.

Sido. li. 3.
epi. 13. t Inter hæc ieiunat, quoties non vocatur:
si inuitetur excusans: si euitetur explorans:
si admittatur exultans: si verberetur expe-
ctās: auidus bibendi, auidior adulandi, aui-
dissimus detrahendi. rabido ore pariter
spirans cœnum, spumans vinum, loquens
venenum, facit ambigi an temulentior an
facinorosior existimerur.

Sido. ibid. v Prodigus in pœna, parcus misericordia,
furore repletus, pietate deficiens, verbo fal-
sus, opere imperfectus, vitiis deditus, Do-
mino indeuotus, crudelitate Herodes.

Vide etiã in ti. aduocati, n, o, p. Conscien-
tia,

ria, a, b. Detractio, i, n, a, i. Fama, o, p. Hospitalitas, h. Humilitas, e. Iniuria, a, c, i. Ira, a, g, iustitia, laus, i, a r. loquacitas, p, q, v. mendicitas, g. Mirabile, q. Patientia, t, a, p, b c, b e. Prælatio, n. Venia, q. Verecundia, y, z.

Cor, sive mens.

a **V**Ae duplici corde suo, partē faciūt Deo, & partem faciunt diabolo. *Augu. super Ioan.*
 Iratus Deus, quia sit ibi pars diabolo, dilcedit, & totum diabolus possidet.

b Beati mundo corde, non exterioribus oculis, sed corde videbitur Deus. *An. de verbis domini.*

c Cor habet in ventre gulosus, lascivus in libidine, cupidus in lucris. *Hic. super ill. mat. 6.*

d Omnipotens Deus humanum cor destruit, quum relinquit: ædificat, quum replet: neque enim humanam mentem destruit, sed recedendo, quia ad perditionem suam sufficit sibi dimissa. *Vbi thes. tuus. &c. Grego. in moral.*

e Quid est cor durum? ipsum est quod nec compunctione scinditur, nec pietate molitur, nec mouetur precibus, minis nō cedit, flagellis duratur, ingratum est ad beneficia, infidum ad consilia, sæuum ad iudicia, inuerecundum ad turpia, impavidum ad pericula, inhumanum ad humana, temerarium ad diuina, præteritorum obliuiscens, præsentium negligens, futura non prouidens, ipsum est, cui præteritorū præ-

ter solas iniurias nihil omnino non præterit: futurorum nulla, nisi fortè ad ulciscendum, prospectio est.

Ber. in sermo. ibid. f Elatum cor, durum & expers est pietatis, ignarum compunctionis, siccum ab omni rore gratiæ spiritualis.

Ber. super cant. ibid. g Non discordet cor tuum à facie tua nõ habeas faciem sursum, & cor deorsum.

Ibidem. h Apud homines cor ex verbis, apud Deũ verò verba pensantur ex corde.

Berua. in apologetico. i Semper in robusto & vegeto corpore animus mollior iacet, atque tepidum cor, & rursus in corpore debili & infirmo fortior viget, promptiorque spiritus.

Ibidem. k Puritas cordis in duobus consistit: in quaerenda gloria Dei, & utilitate proximi.

Ber. in sermo. l An non confunderis sursum caput habere, qui sursum cor non habes: corpore rectus stare, qui corde repis terram?

Hugo. lib. 1. de anima. m In omni nanque creatura, quæ sub sole vanitatibus mundanis occupatur, nihil humano corde sublimius, nihil nobilius, nihilque Deo similius reperitur, quapropter nihil aliud quærit à te, nisi cor tuum.

Hug. ibid. n Plura machinatur cor meum vno momento, quàm omnes homines perficere possent vno anno.

Hugo. lib. 3. de ani. o Solus is regnat, qui deposito cordis imperio, legibus rationis ordinat totam familiam

miliam motuum interiorū & exteriorū. Si consurgat leonina rabies, punitur per paciētiam: si petulantia hirci, per abstinē-
tiam: si ferocitas apri, per mansuetudinem: si superbia vnicornis, per humilitatē. Non inuenitur autē inter ceteras artes liberales, ars ista præ aliis liberalis, qua tenetur cor, quod omni mobili mobilius est, quod omni lubrico lubricosius est.

p Cor paruum est, & magna cupit: vix ad vnius milui refectionem sufficere posset, & totus mundus ei non sufficit.

Ibidem.

q Viscere de fratre tuo quale cor habeat: attende vnde libētius & frequētius loquatur. Ex abundantia eñ cordis os loquitur.

Cas. super illud psal.

Egredie-

batur fo-

ras & lo-

quchatur

in id ipsū.

Augu. de

diffi.

Augu. su-

per epist.

ad Gal.

Vide etiam in tit. Charitas, n. Conuersatio, i. Delitia, h. Deuotio, a. Ornatus, v. Relinquere, p. Voluntas, e.

Correctio.

a **C**orrectio est errorē innatum vel consuetudine factum fræno ratio-
nis inhibere.

b Nihil probat spiritualē virū, sicut peccati alieni tractatio: quum liberationem eius potius quàm insultationē, potiùsque auxilia, quàm conuitia meditatur, & quantum facultas tribuitur, suscipit.

c Nunquam alieni peccati obiurgādi suscipiendum est negotium: nisi quum inter-
nis interrogationibus examinantes con-

Aug. ibid.

scientiam nostram liquidò nobis coram
Deo responderimus dilectione nos facere.

Augu. su- per ep. ad Gal. d Quicquid lacerato animo dixeris: pu-
nientis est imperus, non charitas corrigen-
tis: dilige, & dic quicquid voles.

Aug. li. 2. de sermo. Domini. e Raro & magna necessitate obiurgatio-
nes adhibendæ sunt: ita tamè, vt in his etiã
ipsis, nõ nobis, sed deo seruiatur, instemus.

Au. ad Bo- nisfaciũ de correctiõe donatista- rum. f Molestus est medicus furenti phreneti-
co, & pater indisciplinato filio: ille ligan-
do, ille cadendo, sed ambo diligendo. Si au-
tem istos negligent, & perire permittant:
ista potius falsa mansuetudo crudelis est.

Ibi. & po- nitur. l. di- ut eum. g Cogunt multas inuenire medicinas
multorũ experimeta morborũ. verũ in hu-
iusmodi causis, vbi per graues dissensionũ
scissuras non huius, aut illius hominis pe-
riculum: sed populorũ strages iacet. Detra-
hẽdũ est aliqd seueritati, vt maioribus ma-
lis sanandis charitas syncera subueniat.

Aug. de cõ- muni vi- ta vel re- gula cle- ricorum. h Nõ vos iudicetis maleuolos esse, qñ al-
terius crimẽ iudicatis: magis quippe nocen-
tes estis, si fratres vestros, quos iudicando
corrigenere potestis: tacẽdo perire permittis-
tis. Si enim frater tuus vulnus habet in cor-
pore, quod vellet occultari: dũ timet secari:
nõne à te crudeliter sileret & misericor-
diter indicaretur? quãto ergo potius debes
manifestare, ne deteri⁹ putrescat in corde.

i Quæ peccantur corâ omnibus, corâ o- *Aug. de ver-*
 maibus corripienda sunt, vt oës timeant. *bis domi-*
 Qui secretò peccauit in te, secretò corripe: *ni sup il-*
 nam si solus nosti, & eum vis coram aliis *lud Marc.*
 arguere, non es corrector sed proditor. *18. Si pec-*
 k Foris terribilis personet increpatio: in- *cauerit in-*
 tus lenitatis teneatur dilectio, neq; cōsen- *te frater*
 tientes sitis malis, vt approbetis: neque ne- *tus. Et.*
 gligentes, vt nō arguatis: neque superbien *Augu. de*
 tes vt insultâter arguatis: hoc est exire in- *verbis de*
 de: hoc est immundū nō tangere, & volun- *mini.*
 tate non consentire, & omne non parcere.

I Magis amat obiurgator sanans quàm *Aug. i ep.*
 adulator dissimulans. *ad Marc.*

m Plurimum interest quo animo quisq; *Augu. ad*
 parcat: sicuti enim est aliquando misericor- *Macedo.*
 dia puniens, ita & crudelitas parcens. *in ep. 54.*

n Non omnis, qui parcat, amicus est: nec *August. in*
 omnis, qui verberat, inimicus: qui phrene- *ep. ad Vin-*
 ticum ligat, & lethargicum excitat: ambo- *ctiū Dos-*
 bus molestus, ambos amat: ambos sanat *natistam.*
 ambo quandiu ægri sunt indignantur: sed
 ambo sanati gratulantur.

o Fidelis dispensator Paulus veritatis nō *Augu. in*
 falsitatis Petrū arguēdo. Petrus verò beni- *episto. ad*
 gnâ pietate suscepit: atque tam rarius atq; *Hier.*
 sanctius exemplū posteris præbuit: quo nō
 dedignentur: sicubi fortè recti tramitem
 reliquissent, & à posterioribus corrigi,

Laudabilius, inquit, est accipere corrigentem, quam audacter corrigere ita deuiantem.

Aug. de charitate ser. 7. p Non putes te amare seruum, quando eum non caedis: aut tunc amare filium, quando ei non das disciplinam: aut tunc amare filium tuum, quando eum non corripis: non est ista charitas, sed languor.

Aug. in tit. i. de ciuitate Dei. q Nam si propterea obiurgadis & corripendis male agentibus quis parcit, quia opportunum sibi tempus inquit: vel eisdem ipsis metuit, ne deteriores ex hoc efficiantur: vel ad bonam vitam & piam erudiendos impediunt, aliosque infirmos premant, atque auertant a fide: non videtur esse cupiditatis occasio: sed consilium charitatis.

Aug. ibi. r Plerunque ab eis admonendis obiurgandis & corripendis male dissimulatur: ne vel eos offendamus, vel ut eorum inimicitias deuitemus: ne impediunt, & noceant in istis temporalibus rebus, quas adipisci adhuc appetit nostra cupiditas: siue quas amittere formidat infirmitas.

August. in ser. Domini in monte. s Accusare vitia, officium est bonum, quod tamen mali faciunt alienas partes agunt. Cogitemus ergo, quum aliquem reprehendere nos necessitas cogerit, utrum tale sit vitium, quod nunquam habuimus, & tunc cogitemus nos homines esse, & habere potuisse: vel quod tale habuimus, & iam non habemus

beamus: & tūc tangat memoriam commu-
nis fragilitatis: vt illam correctionem nō
odiu sed misericordia præcedat. Si autem
iouerimus nos in eodem vitio esse, non
obiurgemus: sed ingemiscam⁹ & ad æqua-
liter deponendum inuitemus.

t Qui cordis sui domum excolere non
valet: quomodo plurimorum adhibebit di-
ligentiam? & qui peccati trabem ex suo nō
potest eruere oculo, quomodo ex alterius
oculo poterit amputare festucam?

*Am. 7. p. a.
sive in li.
de digni-
tate sacer-
dotali.*

v Grauisissimus nodus in ligno nō potest
expelli nisi grauisissimo oppressorio.

*Am. super
21. c. Ma.*

x Peccatū vnus, quod cognitū nō argui
tur, multos contaminat: imò omnes qui
norunt, & nō deuitāt, aut quū possunt ar-
guere dissimulant: nō em̄ sibi videtur pec-
care, quādo à nullo corripitur vel vitatur.

*Am. super
epist. 1. ad
Cor. tra-
ctās illud,
Modicū*

y Nō osculatur pater filiū: sed aliquando
castigat: ergo quando castigatur, q̄ diligi-
tur: tunc circa eū pietas exercetur. Habet
enim & amor plagas suas, quæ dulciores
sunt, quū amarius inferuntur. Dulcior em̄
est religiosa castigatio, q̄ blanda remissio.

*fermētū.
Ambr. in
ser. ad vī
cula Pet.*

z Plus proficit amica correctio, quàm ac-
cusatio turbulenta: illa pudorem incutit:
hæc indignationem mouet.

*Am. super
Lucam.*

a b Nouit Deus mutare sententiam: si tu
noueris emendare delictum.

Ibidem.

Hic. super a c Inter cætera mandata peccâtes posse illud *Eph.* arguere maximæ libertatis est: sed ille potest Magis ar- teit facere, qui non meretur audire: hypo- guite *Ec.* crita eiice primùm trabem de oculo tuo.

Hic. à epi. a d Quid necesse est bis pungere non re- ad *Oscea.* calcitrantē, per se satis erubescētē confun- dere amplius, cui sua ratio magister est: cui propria conscientia virga & ingeminata verecundia lex disciplinæ est?

Hiero. in a e Paulus apostolus inimic⁹ nobis fact⁹ *epist. ad* vera dicēs saluatoris: quia dura videbantur *Marcel.* eloquia, plurimi discipulorum retrorsum abierunt. Vnde nō mirū sī & nos ipsi vitiis detrahentes offendimus plurimos. Disposui nasum secare fortentem: timeat qui criminofus est. Quid ad te, qui te intelligis innocētē? de te dictū putas in quodcunq; vitium styli mei mucro contorquetur.

Hic. sup. a f Fines austeritatem, Eliæ zelū præter *ad Viper* seueritatē, Ananiā & Sapphirā trucidātis, *rium de* Paulique cōstantiam, qui Elimam magum *austera* viis domini resistentem, æterna cæcitate *correctio* damnauit, non est crudelitas sed pro Deo *ne.* pietas. Vnde & in lege dicitur, Si frater tuus, & amicus, & vxor, quæ est in finu tuo, deprauare te voluerit: sit manus tua super eos, & effunde sanguinem eorum, & auferes malum de medio Israël.

Hic. super a g Quomodo potest præses ecclesiæ auferre

ferre malum de medio eius: qui in delictū simile corruerit? aut qua libertate corripere peccantem potest, cum tacitus ipse sibi respondeat: eadē se admisisse quæ corripit?

a h *Quæ est ista iustitiæ inimica bonitas: palpare criminosos, & vulnera eorū vſ* *Hic. i. quodam epi.*

que ad diē iudicij icurata seruare? q̄ si eos durissimā pœnitentiā per plures annos viderimus agere: tūc nos & saluti eorū possemus consulere, & statuta canonum deberemus temperare. Cū verò aliquibus non cōpunctio humilitatis, nec instātia operādi appareat, nec beatum David imitetur, qui dicit, lauabo per singulas noctes lectū meum: lachrymis meis stratum &c. Et illud, cinerē tāquā panē māducabā, & poculum &c. nec eos ieiuniis & lectionibus vacare videamus: possumus agnoscere, si ad primos gradus vel honores redirēt: cū quāta negligentia, & cū quāto torpore & inimica animæ suæ securitate permanerent.

a i *Regat disciplinę vigor māsuētudinē, & mansuetudo ornet vigorem: & sic alterum commendetur ex altero: vt nec vigor sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta.* *Gre. lib. 19. moral.*

a k *In correptione quippe vitiorū subesse debet iracundia, nō præesse: vt executione iustitiæ non dominando præueniat: sed simulando subsequatur, & notum iudici* *Gre. lib. 26. moral.*

dicium possessa impleat & præcurrat.

Grego. in pas. c. 49. a l Si quis est domini, iūgatur mihi: si ille Dei dicitur, qui ad ferienda vitia zelo diuini amoris excitatur: profectò se esse Dei denegat, qui in quantum sufficit vitia carnalium corrigere recusat. Fit plerūque Deo gratior amore ardens post culpam vitia: quàm securitate torpens innocentia.

Gre. 7 re. a m Qui non corrigit resecanda, committit: & facientis culpam habet, qui quod potest corrigere, negligit emendare.

Ibidem. a n Manifesta peccata non sunt occulta correctione purganda: sed palam sunt arguendi, qui palam nocēt, vt dum aperta obuiurgatione sanantur: hi, qui eos imitando deliquerant, corrigantur. Dum enim vnus corripitur, plurimi emendantur: & melius est, vt pro multorum salute vnus condemnerur, quàm quòd per vnus licētiam multi periclitentur.

Greg. sup. per euan. hom. 6. a o Verba sapientum quasi stimuli &c. Clavis atque stimulis verba sapientum comparantur: quia culpas delinquentium nesciunt calcare, sed pungere.

Greg. sup. per Exec. parte 2. ho. 6. a p Paulus arguit Petrum: Petrus verò laudauit Paulum. Amicus ergo veritatis laudauit quod reprehensus est, seque etiā minori fratri ad consensum dedit: quatenus qui prius erat in apostolatus culmine, esset & prius

prius humilitatis: & sequitur, ecce à minore suo reprehenditur, & reprehendi non dedignatur. Nō ad memoriam reuocat, quod prius in apostolatum vocatus est: nō quod clauēs regni cœlestis accepit &c. Ne igitur increpationis verba dedignaretur audire: omnia dona quæ acceperat, quasi à memoria repulit: vt vnum fortiter humilitatis donum teneret.

a q Multi homines & culpā cōfententur, *Gr. li. 22.*
& humiles nō sunt. Nam multos nouim⁹, *mo. super*
qui arguente nullo, peccatores se cōfententur. *illud Iob.*
Cum verò de culpa sua fuerint fortasse *31. Si cela*
correpti, patrocinium defensionis quærūt. *ni in suis*
ne peccatores esse videantur. Et sequitur, *meo.*

Indicia autē veræ cōfessionis sunt: vt sicut quisque peccatorē se dicit: ita id de se dicenti altero nō cōtradicat. Et superbiæ vitium est quod fateri de se quisque sua sponte dignatur, hoc sibi dici ab aliis dedignetur.

a r Tunc proteruos melius corrigimus, *Gr. in pa.*
quā ea quæ bene egisse credunt, male acta monstramus, vt vnde adepta gloria creditur, inde utilis confessio subsequatur.

a l Maior culpa, quo citius, quia culpa *Gre. ibid.*
est, agnoscitur: eo etiam celerius emendatur. Minor verò dum quasi nulla creditur, eo peius, quò & securius in vsu tenetur.

a t Iuuenes plerūque seueritas admoni- *Ibidem.*
tionis

tionis ad profectum dirigit: senes verò ad meliora opa deprecatio blã la componit.

*Gre. 26.
mo.*

a v Si is, q̄ corrigere nititur, ira superatur, opprimit antè, q̄ corrigat. nã dum plus q̄ debet accendit, sub iustæ vltionis obtètu ad immanitatem crudelitatis effrænatur.

*Gre. li. 6.
mo.*

a x Mũdus esse à vitiis debet, qui aliena corrigere curat: quatenus tantò perspicacius aliis fugienda videt, quanto hoc ipse per scientiam, & vitã veriùs declinat. quia nequaquam purè in membro maculam cõsilerat oculus, quem puluis obtenebrat, & superiectas sordes tergere non valent manus, quæ lutum tenent.

Greg. li.

25. mora.

a y Si ab increpatione idcirco reticem⁹, quia cõtra nos insurgere derisionis odia formidamus, nõ iã lucra dei, sed nãa q̄rimus.

Gr. in pa.

cap. 38.

a z Nõnũquã q̄ inter flagellorũ duritiã remanèt incorrecti, dulci sunt admonitione mulcèdi, nã plerũque, quos cruciamèta nõ corrigunt, ab iniquis actibus lenia blãdimenta cõpescũt: quia & ægros, quos fortis pigmentorũ potio curare non valuit, ad salutem pristinã tepès aqua reuocauit.

Greg. in

pa. & in

moral.

b a Sæpe hoc magnis doctoribus, mirãdisque contingit, vt quo alta charitate feruent, modum correctionis exaggerent: vt lingua aliquid quod non debet, dicat: quia mentem dilectio, quantũ debet inflãmat.

Sicut

bc Sicut laudabile decretumq; est, reuerentiā & honorē debitū exhibere maioribus: ita rectitudinis & Dei timoris est, si quid in eis correctione indigeret, nulla dissimulatione postponere: ne totum corpus (quod absit) incipiat morbus inuadere, si langor non fuerit curatus in capite.

bd Impunitas, incuriæ soboles, insolentia mater, radix impudicitia, transgressionum nutrix est. *Ber. lib. 3. de consid.*

be Magna crimina & tardè credenda sunt, quum audiuntur, & citiùs punienda, quum veraciter agnoscuntur. *Ber. super cāt.*

bf Mira peruersitas medicanti irasci, qui non irascitur sagittanti, id est adulāci, vel ad peccatum incitanti: qui sagittant in obscuro rectos corde. *Ber. ibid.*

bg Quū carpūtur vitia, & inde scādalu oritur, ipse sibi scandali causa est, qui fecit, & argui debeat: non ille: q arguit. Nō ergo timeas cōtra charitatē esse, si vnus scādalu multorum recōpensaueris pace. Melius est enim vt pereat vnus, quā vnitas. *Ber. super cā. cap. 2. Ber. traditās illud Matt. 23.*

bh Prælati nostri culicē liquāt & camelum deglutunt: dum maiora prætermittentes, minora discutunt. Optimi rerum estimatores, qui magnam in minimis, & paruam aut nullam in maximis adhibent diligentiam. *ci excolātes culicē, camelum autē glutientet.*

Ist. li. 3. de summo bono ca. 91. **b i** Qui delinquentē superbo vel odio. se animo corripit, nō emendat: sed percutit. Quicquid enim proteruus vel indignans animus protulerit, obiurgantis furor est, non dilectio corrigentis.

Ist. ibid. ca. 46. **b k** Qui blādo verbo castigat' nō corrigitur, acri' necesse est arguatur. cū dolore sūt abscindēda, q̄ leniter sanari nō possūt.

Ist. li. 3. de summo bono ca. 96. **b l** Qui admonitus, secretē de peccato corrigi negligit, publicē arguendus est, vt vultus, quod occultē sanari nescit, manifeste debeat emendari.

Ist. ibid. **b m** Facilius reprehēdim' vitia aliena q̄ nostra: nā saepe, q̄ puerſa in aliis iudicam', in nobis nocibilia esse minus sentimus.

Ist. li. 3. de summo bono ca. 32. **b n** Non debet vitia aliena corripere, q̄ adhuc vitiorum cōtagionibus fuerit inuolutus. Improbū enim est, arguere quicquā in alio, quod adhuc reprehendit in se ipso. Qui enim veraciter fraternam vult corripere ac sanare infirmitatem, talem se præstare fraternæ vtilitati studeat: vt eū, quem corripere cupit, humili corde admoneat. Sicut enim viri spirituales alieni peccati emēdationē expectant: ita proterui, delinquentibus deridendo insultant, & quantum in ipsis est, insanabiles putant.

Ist. ibi. li. 3. in fine. **b o** Plerūq; princeps iustus malorū errores dissimulare nouit. non quod iniquitati

tati eorum consentiat, sed quòd aptū tempus correctionis expectet: quando eorum vitia vel emendare valeat vel punire.

b p Nō vniformiter secūdū mēsurā delictorū increpatiōes quoque oportet īferri, sed diligētē aspiciere eorū, q̄ deliquerunt, vires atq; p̄positū: ne forte volēs rupta facere, maiore operetur dirruptionē: & cupiēs erigere collapsa, casum inferat grauiorē.

b q Sēper scelera, dū nō resecātur, in augmenta facinorū prosilitur, quoties secura impunitate peccatur. Dū enim in Absalon fratris occisi facinus nō vindicatur, in patricidiū patris recidium facinus iteratur.

b r Circa vitā tuam, esto austerus, circa aliorū benignus. Audiant te homines parua mandantem, & graua facientem.

b l Si docēs mysteria legis aperias, secretorū arcana discutias, peccatē verò non arguas, negligētē nō corripias, severitatem disciplinæ non teneas, obtulisti quidē coccum, sed non duplicatum. Ignis enim tuus tantum illuminat, nō accendit. Qui ergo rectē offert, & rectē diuidit: coccum offert duplicatum: vt conscientiæ igniculum, lumine seueritatis admisceat.

b t Nō vult te Dñs, si fortē videris peccatum fratris tui, continuo euolare ad publicū; & proclamare passim, & diulgare

Chry. in suo dialo. lib. 2.

Chry. in quodā ser.

Chr. in illud. Mat. 18. Digito aut suo.

Origenes in exodo. ho. 30.

Ori. l. Le. c. 33. tra. Etās illud.

Si videris aliena peccata: quod esset utique non corri-
fratrem gentis, sed potius infamantis: solus inquit,
tuum peccata inter te & ipsum, corripe eum: ubi enim
re, argue seruari sibi mysterium viderit, ille qui pec-
eum in cer cat, seruabit & ipse emendationis pudor-
re & rem. Si vero diffamari se viderit, ilico ad
ipsum. denegandam impudentiam conuertetur,
 & non solum non emendaueris peccatum,
 sed & duplicaueris.

Idem super b v Illud non ociose transcurrendum est, quod
Nym. vno peccate, ira Dei super omnem populum
 venit. hoc quomodo accidit? quando sacer-
 dotes, qui populo præsunt, erga delinquen-
 tes benigni volunt videri, & verentes pec-
 cantium linguas, ne forte male de eis lo-
 quantur, sacerdotalis seueritatis immemo-
 res, volunt complere, quod scriptum est:
 Peccates coram omnibus argue, vt cæ. & c.

Orig. Ibi b x Dñi sacerdotes vni parcunt, vniuersæ
super lib. ecclesie molitur interitum. Quæ est ista
in Jo. 71. bonitas ista misericordia, vni parcere, &
 omnes in discrimen adducere? Polluitur
 enim ex vno peccatore populus: sicut ex

Ra. sup il. vna oue morbida vniuersus grex inficitur.

Ma. 18. Si b y Ita peccat, qui videt fratrem peccare,
peccasse. & tacet: sicut qui poenitentem non indulget.
vis in te nam qui dixit, si peccauerit, dimitte: præ-
frater misit si peccauerit, increpa. ne difficilis sit
tuus. venia, & remissa indulgentia.

bz Puella in domo patris arbitri surgit Ra. super
& eis ut nemini manifestet, precipit. Iuue- illud ma-
nis extra portam turba comitante. Lazarus & Puella,
quoque coram multis, quia publica noxa pu surge. &
blico eget remedio, leuis, leuiori, & oculi surrexit.
ta culpa, secreta indiget poenitentia.

ca Leniter castigat exhibet reuerentiam ca Prosper
stigati, asperitate autem nimie increpationis of li 2. de vi.
fensus nec increpationem recipit, nec salutem. cõtemplati.

cb Odio habeantur peccata non homines: Leo Pa-
corripiantur tumidi, tolerentur infirmi, pa, & po
& quod seuerius castigare necesse est, non nit 86. di.
sacientis plectatur animo, sed medentis.

cd Facietis pculdubio culpam habet, qui Ibidem.
quod potest corrigere, negligit emendare:
& libat domino prospera, qui ab a fidelis
pellit aduersa, & negligere cum possit, per-
turbare peruersos, nihil aliud est, quam foue-
re: nec caret scrupulo confessionis occul-
te, qui manifesto facinori desinit obuiare.
Primus innocentiae gradus est, odisse ne-
fanda. Latum pandit delinquentibus ad-
itum, qui iungit cum prauitate consensum
& nihil prodest alicui, non puniri proprio:
qui puniendus est de alieno peccato.

ce Iniquitas quippe mortalium more Cassio. in
putredinis sine fine vagaret: si eam medi- psal 28.
tinalis increpatione minime defecaret. Cassi. sup

cf Occurrendum est, ne tractu temporis quad. ep.

impunita malitia conualefcet, & vires ini-
 q̄tati difsimulatio, vel indulgentior gratia
 fubminiftrret: fed clarius audita correctio
 doceat imperitiam, & cōpefcet audaciam.

Ibidem. c g Culpā indulgentia prauenire non
 debet, ne fecuritas audaciam alat, & ad de-
 linquendum fiducia remiffionis inuitet,

Caf. lib. 3. epi. c h Malum, quum perfeuerat, augetur,
 & remediabile bonum eft in peccato ac-
 celerata correctio.

Caf. 9. ep. c i Aegris nō vna caufa falutis eft, alter
 his reficitur, alter per abftinētiæ beneficia
 tenuatur. hic lauacra mollia, ille ferrum
 quarit ad vulnera, & variū pofcit remediū
 diuerfa qualitas paffionū. Feroces diftri-
 ctione premendi funt, manfueti ciuilitate
 admonendi, dolofi caute, fimplices fub le-
 nitate tractandi funt. & ideo vbique neces-
 faria probatur eſſe prudentia, quæ rebus
 omnibus adhibere videtur accommoda.

Pe. Rau. in quodā fer. ſue in epiſt. c k Exhibere Ioānem inceſtuofis, Mat-
 thiā apoſtatis, fornicantibus Fineem, Eliā
 idōlolatris, Petrū mentientibus, blasphe-
 mantibus Paulum, negotiantibus Chriſtū.
 Breuiſſimus eſt huius vitæ temporalis ex-
 curſus, finis autem horribilis & incertus.

Pet. Rau. in quodā fer. c l Peruerſum corrigere, nihil aliud eſt,
 quàm ſtimulare iuſanum, quàm oleū adhi-
 bere camino, & ventis incendia ſuperare.

c m Ditt

em Difficile est cor malitia inluratum *Hugo de*
ad formam disciplinæ, & speciem honesta- *Jan. Vic. i*
tis incuruare: sed necesse est, ut dura mare- *li. de insti*
ria, quum facile ad formam non flectitur, *tutiore no-*
ei acrioris flammæ incendium, & mallei *uitorum*
gravioris percussio adhibeatur.

en Seueritas est p̄ q̄ iudiciaria potestas, *Tulli. 2.*
vel vindicta districti⁹ in aliquē exercetur. *Rhetori.*

co Tarētinus intuēs villicū suū male me *Vali. Ma.*
ritū sumpsissem, inqt, à te supplicium, nisi
tibi iratus esē. Maluit em̄ impunitum re-
linquere, q̄ per irā amplius iusto punire.

cp In iudicando siue corrigēdo hęc tria *Sen. de ele*
lex secuta est, quæ princeps quoque sequi *mētia ad*
debet: Vt aut eū quem punit, emendet: aut *Ner.*
pœna ei⁹ ceteros meliores reddat: aut sub-
latis malis, securiores ceteri uiuant.

cq Nō minùs turpia sunt principi mul- *Sen. ibid.*
ta supplicia, quàm medico: multa funera.

cr Fortassis, de quo conquereris, si dili- *Ibidem.*
genter inspexeris, in sinu reperies. Iniquē
publico crimini irasceris stultè, tu, ut ab-
soluaris, ignosce.

cs Obiurgationi semper aliquid blādè *Sen. i qua*
commisce: faciliùs penetrant verba, quæ *dam. epis.*
mollia vadunt, quàm quæ aspera.

ct Vitia transmittit ad posteros, qui *Sen. in lib.*
præsentibus culpis ignoscit. Bonis nocet, *de morib.*
qui malis parcit.

- Ibidem.* c v Nemo prudens punit, quia peccatum est, sed ne peccetur. Res enim optima est, non sceleratos extirpare, sed scelera.
- Sene. 40. epist.* c x Audebo peccanti mala sua ostendere: vitia eius si nō excidero, inhibebo: nō desinent, sed intermittent. Fortasse autē desinent, si intermittēdi cōsuetudinē fecerint.
- Sen. de moribus.* c y Nobilis equus umbra virgæ regitur, ignavus nec calcaribus concitari potest. Vulgi imperitiam ad res iustas sola constringit necessitas.
- Gel. li. 6. Et ponit taurus in commen. Pla.* c z Puniēdis peccatis tres esse causas existimatū est. Vna cū adhibetur pœna, castigādi atq; emendādi gratia, vt is, qui deliquit, attētiō fiat correctiōq; alia est, quā dignitas ei⁹, autoritāsque, in quē peccatur, tuenda est: ne prætermisā animaduertiō contemptum eius pariat. Tertia propter exemplū, vt ceteri metu pœnæ terreantur.
- Vide etiā in tit. Adiutoriū. n. Adulatio. e. am. Amicitia. c. h. o. d. h. Communitas. a. e. Confessio. m. a. c. Cōsideratio. g. Cōsuetudo. t. Conuersatio. a h. Crudelitas. a. d. e. f. Disciplina. c. Discordia. a. Discretio. o. Diuitiæ. a e. Doctrina. l. Excusatio. g. k. Exemplum. f. i e. a h. Homicidium. e. ira. ar. Iustitia. b. Malitia. q. Mansuetudo. e. g. Medicina. a d. Miseria. g. Munus. a. Pœnitentia. l. a l. Prædicatio. a g. a h. Prælatio. s. t. u. b. f. c e. Sac

e. Sacerdos. f. z. a. o. Subiectio. c. Venia. q.
 Verecundia. p. Veritas. c. Vitium. n.

Creatio, siue creator.

TRia quedã maxime sciẽda de crea- *Aug. li. 11.*
 tura, nobis oportet intimari: q̄s eĩ *de civitate*
 fecerit, per qđ fecerit, quia fecerit. Si ergo *Dei. c. 21.*
 quibus q̄s fecerit, Deus est. Si p̄ qđ, dixit,
 hat, & facta sunt. Si quare fecerit, quia bo-
 nus est. Nec enim autor est excellẽtiõr Deo,
 nec ars efficacior Dei verbo, nec causa me-
 liõr, q̄ vt bonũ crearetur à deo bono Hanc
 etiã causam cõlẽdi mũdum Plato iustissi-
 mĩ dicit, vt à Deo bono opera bona fierẽt.

b Intelligat qui potest, iudicet, q̄ potest: *Aug. sup*
 maius ne sit iustos creare, q̄ impios iustifi- *Ioannem.*
 care. Certẽ enim & si æqualis est vtraq; po-
 tentiã, hæc maioris est misericordiã.

c Ex perpetuitate creaturarũ intelligi- *Aug. ibi.*
 tur creator atern⁹, ex magnitudine omni-
 potens, ex ordine & dispositione sapiens,
 ex gubernatione bonus.

d Non est fas, angelos neque bonos, ne- *Aug. li. 2.*
 que malos putare creatores. *de Tr. c. 7.*

e Considera seprẽ in beneficio creatio- *Eernar in*
 nis: q̄ creauit te cõmodo tuo, cui ait: bono- *quodã ser.*
 rum meorũ non eges David. sine merito
 tuo: quia nihil antẽ promeruit, qui penitus
 nihil fuit. Cogita qualem fecit, secundum
 corpus egregiam creaturam: secundũ ani-

ma, magis egregia, utpote imagine Creatoris in lignē, rationis participē, beatitudinis sempiternæ capacē, considera & dominationis potestatem. Terror enim hominis super cuncta animata imminere decernitur. considera ergo largitatis demonstrationem, quanta tibi largitus est ad sustentationem, quanta ad eruditionē, quanta ad consolationē, quanta ad correctionem, quanta ad delectationē. quid ni gratias agas?

Berna. de diligendo Deo.

s. Si totum me debeo pro me facto, quid addam iam pro me reffecto? hoc modo: nec enim tam facile reffectus, quam factus. In primo opere, me mihi dedit, in secundo se. & ubi se dedit: me mihi reddidit. datus ergo & redditus me pro me debeo, & bis debeo. Sed quid domino pro se retribuā? nam & si me milies repēdere possem, quid sum ad dominum meum?

Vide etiam in tit. Animal. Deus. l. Homo. g. parentes. a.

Crudelitas.

Aug. in li. de officiis uitiorum & virtutum.

a **N** Vnqd stultis & insensatis ac brutis animalibus leuia verba & nō magis aspera, ut tales decet, dū delinquent obicienda sunt? Sæpius em̄ cōtingit, ut leniter ac dulcedine correctio, plura spernatur, & ecōtra humilitatis verba, despectio- nis iacula emittuntur, & proteruia dicit.

b Perse

b Persequi facit homines aut diuitiarum ambitus, aut superbiae odiosa iactantia. *Cass. sup. psal. Perse-*
 pauperē & mendicum insequi sola saeuitia *cutuo est*
 est vel crudelitas, cuius nec honor quæri- *hominano*
 tur, nec abundantia facultatis ambitur. *inopem.*

c Quid prodest crudelibus persequi, quos vident persecutionibus semper augeri? *Cass. ibid.*

d Euitabis crudelitatem, & ministram crudelitatis iram. Et alibi, Respue crudelitatem, & matrem crudelitatis iram. *Seneca in li. de morib.*

e Seuerissime enim nos aduersum peccates erigimus, & ipsi eadē committimus. *Seneca.*

f Nam tam omnibus ignoscere est crudelitas, quàm nulli modum tenere. *Sen. de gloria ad*

g Crudelitas nihil aliud est, quàm atrocitas animi in pœnis exigendis. Crudeles vocabo, qui puniendi causam habent: modum non habent. *Nero. Seneca ibid.*

h Plerūq; homines in suis domib⁹ seuisissimi tyrāni, ī alienis humilissimi serui sunt. *Seneca.*

Vide etiā in tit. Coniugiū, l. Correctio.

g. a g. b. l. c d. c. n. c o. magnanimitas. h.

CruX.

a **C**RUX Christi nobis toti⁹ causa beatitudinis est. hæc nos à cecitate liberauit erroris: hæc à tenebris reddidit lucem: hæc debellatos reddidit quieti, hæc alienos Deo coniunxit: longè constitutos proximos præsentauit: hæc peregrinantes ciues

August. in ser. de pascene.

ciues ostēdit: hæc discordiæ amputatio est:
hæc pacis firmamentum, hæc donorum o-
mnium abundantia, largitio.

Aug. i. bid. b Hodie crux fixa est, & seculū sanctifi-
catū est. hodie crux fixa, & demones disper-
si sunt, hodie crux fixa est, & mors subuer-
sa est, hodie crux vincit, & mors victa est.
hodie diabolus victus est, & homo solu-
tus est, & Deus glorificatus est.

Aug. sup illud Gal. 6. Mibi ab se gloria in nisi in cru. &c. c Crucem, vt in ea gloriemur, dominus
suo gestans humore pro virga regni nobis
commēdauit, quod est grande ludibrium
impiis: grande misterium piis: & vnde mūdi
philosophus erubuit: ibi apostolus thesau-
rum reperit: quod illi visum est stultitia: a-
postolo factum est sapientia & gloria.

Aug. sup Ioannem. d Signum crucis à nobis expellit exter-
minatorem, si tamen cor nostrum Chri-
stum habeat inhabitatorem.

Ambro. in ser. de pas sione. e Autor pietatis in cruce pendens resta-
mentum condidit, singulis pietatis opera
distribuens: apostolis persecutionem, lu-
dæis corpus, patri spiritum, Virgini para-
dysum, latroni paradysum, peccatori
infernum, Christianis verè pœnitentibus
crucem commendauit.

Hie. i. epi. f Dei filius sustinuit ignominiam cru-
cis: & tu beatos putas, qui felicitate istius
seculi & delitiis perfruuntur?

g Si ingressi fuerint ad te latrūculi per *Ibidem.*
oculos: per aspectum crucis perime eos.

h Duobus modis crux tollitur: quū aut *Gr. i ho. St*
per abstinentiam affligitur corpus, aut per *qs vult re*
cōpasionem proximi affligitur animus. *nire post*
i Diabolus in virga crucis translucens *me. &c.*
carnem humanitatis, transfixus est hamo. *Gr. in ho.*
diuinitatis.

k Christus in passione patiētiam exhi- *Bern. sup*
bet, humilitatem commendat, obediētiam *cant. ser-*
implet, charitatem perficit: his virtutum *ma. 65.*
gemmis quatuor cornua crucis ornantur,
& est super omnia charitas, à dextris obe-
diencia, à sinistris patientia, in profundo
radix virtutum humilitas.

l Scapulis tuis obūbraſti mihi, &c. *Sub Bern. ibid.*
his scapulis quatuor nobis beneficia con-
feruntur: sub his enim absconſimur, sub
his ab incurſu accipitrum & miluorū pro-
regimur, quæ sunt aëreae potestates. Sub
his umbraculum salubre nos refrigerat, &
nimium solis ardorē repellit, Sub his quo-
que alimur & fouemur. his virtutem gem-
mis quatuor cornua crucis ornantur.

m O verè cœlestis plāta p̄ciōſior cūctis, *Ber. in ser*
ſanctior vniuerſis: o verè lignū vitæ, quod *mo.*
ſolum fuit dignū portare ſalutis fructum! *Ber. super*
n Vide quid de Deo tuo ſentias, vide *cant. ser-*
quātū de eo præſumas. Vide quis brachiis *ma. 28.*

Cruce charitatis amādus & amplectēdus
 fit, qui tanti te estimauit: imò qui tãti te fe-
 cit. De latere em̄ suo te formauit, quando
 pro te in cruce obdormiuit, & ob hoc so-
 mnū mortis excepit. Propter te à Deo pa-
 tre exiuit, & matrē synagogã reliquit, vt
 adhaerens ei, vnus cū eo spiritus efficiaris.

Cruce *sup il* o Crux est humiliū tuitio inuicta, super
bed psal. borū deiectio, victoria Christi pdictio Dia-
Signatū boli, infernorū destructio, cœlestiū confir-
est super matio, mors infideliū, vita iustorū, de qua
nos. Ec. Ioānes Chrysoſtomus, Crux est Christiano-
 rum spes, crux Romanorū victoria, mor-
 tuorum resurrectio, cecorū dux, cōuersorū
 via, claudorū baculus, pauperū consolatio,
 arbor resurrectionis, lignum vitæ æterna.

Damasco *pus lib. 4.* p Crux Christi clavis est paradisi, hæc
 infirmorum baculus, pastorū virga, cōuer-
 tentiū manuductio, proficientium perfe-
 ctio, animæ salus & corporis, omnium ma-
 lorum auerſio, omnium bonorum datrix.

Maximus *in ser. de* q Crux nō solū dicitur, quæ tēpore passio-
martyri. nis ligni afflictioē cōficitur, sed q̄ toti⁹ vi-
 tæ curriculo cūctarū disciplinarū virtuti-
 bus coaptatur, vt nō solū itelligatur crux li-
 gni patibulū, sed piæ vitæ virtutisq; propo-
 sitū. Vnde omnis Christiani vita q̄ secundū
 euāgelium vixerit, crux est atq; martyrium.
 Vide etiam in tit. Passio.

Cupiditas.

Quod agit andomita cupiditas ad *Augus. de*
 corrumpendū animum, & corpus *doc. Chri.*
 suū flagitium vocatur, quod autem agit, ut
 alteri noceat, facinus dicitur: & hæc duo
 sunt genera omnium peccatorum.

b Superbia & cupiditas in tātū vnū ma- *Augus. ad*
 lum sunt, ut nec superbia sine cupiditate, *quendam*
 nec sine supbia cupiditas possit inueniri. *comitem.*

c Nō est in carēdo difficultas, nisi quum *Augus. in*
 fuerit in habendo cupiditas. *lib. confes.*

d Tantō magis inhæret Deo quilibet, *Augus. in*
 quantō minus diligit proprium. *quadā ep.*

e Cupiditas dicit, valde sine culpa es, qui *Augus. in*
 quidē habēda cōcupiscis, quia non multi- *li. de cōsti-*
 plicari appetis, sed egere ptimescis, & qd̄ *ctū vitio-*
 malus alius retineret, ipse melius expēdis. *rū & vir*

f Sicut hi, qui per insanīā mente trāslati *tutum.*
 sunt, non iam res ipsas sed passionis suæ *Ambr. sup*
 phantasias vident, ita etiā mens auari se- *illud Ioā.*
 mel vinculis cupiditatis adstricta semper *Attulit a-*
 aurū, semper argentum credit videre, sem- *ger cuius-*
 per redditus computat. Aurum gratius *dā diuitis.*
 quā solem intuetur, ipsa eius oratio &
 supplicatio ad dominum, aurum quærit.

g Cupidus ait: Quid iniustum est, si cūm *Amb. ibid.*
 aliena non inuadā, propria diligētia ser- *& poni-*
 uo? O impudēs dictū! ppria dicis, quæ ex *sur. 97. di-*
 rebus recōditis in hunc mundum detulisti *stin.*
 quan

quando in hac ingressus es lucē? Quando de ventre matris existi, quibus quæso facultatibus, quibusq; subsidiis stipatus intrasti? Sequitur, Tantorum ergo te sciat inuadere bona, quātis possis præstare quod vales.

Am lib. de virginitate. h Qui moderari nescit cupiditatibus, is quasi equis raptis indomitis voluitur, laniatur, affligitur.

Ambro. in li. de offi. i Quū augere opes, aggregare pecuniā, occupare terras possessionibus cupimus, præstare diuitiis, iustitiæ formā exuimus, beneficentiam communem amittimus.

Greg. in bo. k Bonorum autori aliter inhærere non valemus, nisi cupiditatem à nobis, quæ omnium malorum radix est, abscindamus.

Greg. 15. moralium. l Cui cupiditas dominari dicitur, subiectus malis omnibus demonstratur.

Per. i quodam ser. m In pœna modū impatientiæ, in paupertate cupiditatis scrupulū, in obedientia nodum caueas propriæ voluntatis.

Per. in sermo. 6. n Nihil in hac vita laboriosius, quàm desiderijs terrenis æstuarē, & nihil hic getius, quàm huius seculi nihil adpetere.

Chryl. hom. 9. super Mat. o Qui semel Christi seruus effectus est, nō erit mamonæ famulus, cuius certē è regione fit dominus. Illa em̄ vt fugientē sequi, ita fugere consuevit sequētē, nullū sic honorat, vt cōtemporē sui, nec ita irridet ali quē, vt eos, qui eā nimium concupiscunt.

p Appositio diuitiarum maiorem accen- *Chryf. ibi.*
dit flammam, & vehementer fit Cupido.

q Virum catholicum, & præcipue Domi- *Leo papa*
ni sacerdotem, sicut nullo implicari erro- *in ser.*
re, ita nulla oportet cupiditate violari.
Mens enim pecuniæ auida, nec abstinere
nouit à vetitis, nec gaudere concessis, nec
pietati adhibere consensum.

r An non tibi videtur à terra deuorari il- *Orige. ho.*
le, qui semper de terra cogitat, qui semper *19. super*
terrenos habet actus, qui de terra loquitur, *illud Leo*
qui de terra litigat, terram desiderat, & *nitici.*
omnē spē suā ponit in terra, qui ad cælum
nō respicit, qui futura nō cogitat, qui iudi-
cium Dei nō metuit, nec beata eius promif-
sa desiderat, sed semper de præsentibus co-
gitat, & ad æterna nō suspirat? Talē quum
videris, dicito quia deuorauit eum terra.

s Quid faciam? destruā horrea mea, & c. *Basi. i ho.*
Quis non talē misereatur? quis nō infelici *sup illud.*
tatem eius doleat? Angustatur ex abūdātia,
cōstringitur & testatur ex opulētia, infe-
lix in præsentibus bonis infelicior in fu-
turis. Et ideò ager ei nō tam reditus largio-
res, quàm gemitus attulit grauiores.

t Omniū malorū radix est cupiditas, strāf- *Pet Raw.*
gressionis mater, magistra nocendi, primi *in ser.*
pilaria iniquitatis, auriga malitiæ, sicaria
virtutū, seditionis origo, fouea scandalorū.

*Inn. de vi-
litate con-
ditionis hu-
manæ.* v Radix malorum est cupiditas, hæc særi-
legia committit & furta, rapinas exercet
& prædas, bella gerit & homicidia, simo-
niacè vedit, & emit. Iniquè petit & recipit,
iniuste negotiatur & fceneratur. Instar do-
lis, & imminet fraudibus, dissoluit pactû,
& violat iuramentum, corrumpit testimo-
nium, & peruertit iudicium.

Ibidem. x Tria maximè solent homines affecta-
re, opes, voluptates, honores. de opibus pra-
ua, de voluptatibus turpia, de honoribus va-
na procedunt. Nam opes generant cupidi-
tatem & auaritiam, voluptates pariunt gu-
lam & luxuriam, honores nutriunt super-
biam & iactantiam.

Ibidem. y Oignis inextinguibilis, cupiditas infa-
riabilis, q̄ vnquã primo voto fuit cõtêrus?
quã adipiscitur quod optauerat, desiderat
ampliora, semper in habendis, & nũquã in-
habitis finẽ cõstituit. Sanguisugæ duæ sunt
filix dicentes, Affer, affer. nã, Crescit amor
numi, quantum ipsa pecunia crescit.

*Sen. i qua-
dam epi.* z Ex eo quantũ cuique satis est, metiuntur
homines diuitiarũ modũ. filiã q̄s habet, pe-
cunia est opus: duas, maiore: plurimas, ma-
iore, etiã si (vt aiunt) Danaũ quinquaginta
sint filix, tot dotes magnã querũt pecuniã.
Quantum enim cuique opus est, ad id ac-
commodatur, vt antè dixi, diuitiarum mo-
dus

aus. Quid de eo, qui filias nō plures, sed innumerabiles cupiditates habet, quæ breui tēpore maximas copias exhaurire possint?

a b Qualem dicimus seriē causarū esse, ex quibus nectitur fatum, talem dicimus cupiditatem. altera ex fine alterius nascitur. in eam dimissus es vitam, quæ nūquam tibi terminum miseriarum ac seruitutis ipsa factura sit, plurima & vndique ingesta non satiant. Vtrum istorum maioris, in inopia saturitatem, an in copia famem.

Senec. 19. epist.

a c Quādiu tibi satis nil fuerit, ipse aliis nō eris. Quomodo, inquis, exhibeo? vtrūq; cogita: q̄ multa temere pro pecunia, q̄ multa laboriosè pro honore tētaueris! quantū ad successum accesseris, tātō accedet & met⁹.

Seneca.

a e Vidisti aliquādo canē missa frustra panis aperto ore captantē: quisquid accepit, protinus integrum deuorat, & semper ad spē futuri hiat. Idē euenit nobis. quicquid expectantibus fortuna proiecit, id sine vlla voluntate dimittimus. statim ad rapinā alterius erecti & auroniti, in Epicurū illud Chaos incidimus, inane sine termino est.

Senec. 13. epist.

a f Nullum habet maius malū cupiditas q̄ q̄ ingrata est. nemo quos vincit, sed à quibus vincatur, aspicit. & illis nō tā iocūdum est multos videre post se, quā graue aliquē ante se habet hoc vitiū omnis ambitio.

Senec. epi.

74.

nec respicit. nec ambitio tantum instabilis est, verùm cupiditas omnis incipit à fine:

Ibi. e. n. a g Cupiditas felicitatē suā nō intelligit, quia nō vñ venerit, respicit, sed quò tendat.

S. n. i. epi. a h Nunquam parum est, quod satis est, & nunquā multum, quod satis non est. Neminem pecunia diuitem fecit. imò contrā nulli non maiorē sui cupidinem ingessit.

Ibidem. a i Fortissima pestis est cupiditas, quæ solet egenos facere, quos capit, dū finē querēdi nō inuenit. nā altera cupiditas ex alterius sine nascitur, & ideò fortior est, qui cupiditatem vincit, quàm qui hostē subiicit.

In prou. a k Alienū nobis, nostrū plus aliis placet, effugere cupiditatē, regnū est vincere.

Sene. ibid. a l Cupiditati tarda est etiam celeritas.
in prouer. Valerius auidissimum quenque egenissimum esse dicebat.

Vide etiam in ti. Ambitio, a c, a d. Amor, b. Auaritia & Charitas, b. Cor, l, p. Diuitiæ, fi, a y, a z, b a, b f. Fama, e. Mors, c h. Pax, a f. Potestas, f. Prudentia, c. Relinquere, x, a c, a k, a n. Superbia, l.

Curiositas.

Augu. lib. 10. confes- sionum. a **C**uriosum genus hominum ad cognoscendum vitam alienam, desideriosum ad corrigendum suam.

Aug. i. ep. ad Dioscorum. b Humilitati saluberrimæ, qua Dominus noster Iesus Christus, vt docet, humiliatus est, maximè aduersatur quædam, vt

ita dicam, imperitissima scientia, dum nos scire gaudemus quid Anaximedes, quid Anaxagoras, quid Pythagoras, quid Democritus senserit, & cæteri huiusmodi, ut docti eruditique videantur, cum à doctrina & vera eruditione longè absint.

c Compescat se humana temeritas; & id, quod non est, non querat: ne illud, quod est, non inueniat.

An. de Ge

ne. contra

Mani. l. 1.

d Fons elationis, & delectatio libidinis, & venenum curiositatis motus sunt animæ mortuæ, quia non ita moritur, ut omni motu careat. discedendo à fonte vitæ moritur, atque suscipitur à praterente seculo, & conformatur eidem.

Aug. in li.

confessio

nun.

e Multò facilius inuenit syderum conditorem humilis pietas, quam syderum ordinem superba curiositas.

An. l. ser.

de eclipsi

Solis.

f Sunt, qui desertis virtutibus, & nescientes quid sit Deus, & quanta sit maiestas semper eodem modo manentis naturæ: magnam aliquid se agere putant, si vniuersam istam corporis molem, quam mundum nuncupamus, curiosissimè perquirant. Vnde etiam tanta superbia gignitur, ut in ipso cælo, de quo sæpe disputant, sibi met habitare videantur.

Aug. in li.

de morib⁹

ecclesie.

g In consideratione creaturarum non est vana & peritura curiositas exercenda, sed religio.

An. de ve

rareligio.

gradus ad immortalia, & semper manentia faciendus.

Hiero. in episto. de duobus siliis. h Dæmonum cibus est, carmina Poëtarū, secularis scientia, Rhetoricorū pompa verborum. Nulla ibi saturitas veritatis, nulla iustitiæ refectio reperitur, studiosi earū in fame veri, & virtutum penuria perseverāt.

Ibidem. i Nugas tenemus, & fonte veritatis amisso, opinionum riuulos consectamur.

Ibidem. k Sacerdotes dimissis euangeliis, & prophetiis, videmus comædias legere, & amatoria bucolicorum versuum verba cantare.

Greg. ho. 36. sup illud, Iuga boum emū quinque. l Graue curiositatis est vitium, quæ dum cuiuslibet mentē ad inuestigandam vitam proximi exterius ducit, semper ei intima sua abscondit, vt aliena sciens, se nesciens sit. & curiosus animus, quanto peritus fuerit alieni meriti, tanto fiat ignarus sui.

Ber. i quo dam ser. m Curiosus foras egreditur, & exterius omnia considerat, qui sic interna despicit, præterita non respicit, præsentia non inspicit, futura non prospicit.

Ber. i ser. n Multi student plus alta, quàm apta proferre. & erubescūt plana & humilia, vt hæc solùm scire videantur.

Ber. super cantica. o Doctrina spiritus non curiositatem acuit, sed charitatem accendit.

Chryso. in prologo suo p Adolescentibus in ludo literarum positus non tam placent solida, quàm picta. quæque

quæque potius pulchra, quam vtilia sectantur, nec tam agentia diligunt, quam sonantia. Magis gaudent foliorum amœnitate cōspargi, quam fructuum vbertate nutriri.

q Pharifæi de Deo quærere cōtendentes, Chry. sup nihil aliud se inuenisse confessi sunt, nisi illud mat. quod incognoscibilis est Deus. sed sicut qui in. Nemo in nauigabile Oceanum vsurpat nauigare, nisi dum non potest transire, necesse est, vt per eandem viam reuertatur, sic & illi ab ignorantia cœperunt, & ignorantia finierunt.

r Quæ Deus occulta esse voluit nō sunt scrutanda: quæ autē manifesta fecit, nō sunt negligenda, ne & in illis illicitè curiosi, & in his damnabiliter inueniantur ingrati.

s De altitudine discretionis Dei, nō conturbabitur cor humilitatis nostræ: si firma & stabili fide omne iudiciū Dei iustū, esse secretum, & vbi inuestigari nō potest, quare ita iudicet: sufficiat, scire, quis iudicet.

t Lauda & venerare, quod agitur: quia tantum est nescire, quod agitur.

v Curiositas est superflua inuestigatio ad se non pertinentium.

x O quāti veritatē quærūt, nō in veritate, sed in vanitate! quæsi:ā inueniūt, nō ad veritatē, sed ad vanitatē. & quod miserrimū est in verbis vitæ lucra mortis negotiatur.

y Odibilis nihil est subtilitate, vbi est

sola subtilitas. Quid em̄ p̄dest in illis ex-
p̄dere dies suos, q̄ nec domi, nec militiæ,
nec in foro, nec in clauastro, nec ī curia, nec
in ecclesia, nec alicubi profunt, nisi dūtaxat
in scholis? Scribens Sene. ad Lucillū, Quid
est, inquit, acurius arista, & in quo est uti-
lis? tale est, inquit, ingeniū, quod sola subti-
litate lasciuiēs nulla in se residet grauitate.

Ibidem. z Maximum vitium subtilitatis est, ni-
mis se ostendere. vtilissima autem est dis-
simulatio subtilitatis, quæ effectu adparet,
habitu later.

Pet. Rau. a b Quidā antè, quā disciplinis elemēta-
in ser. ribus imbuātur, docentur inquirere de pū-
cto, de linea, & superficie, & quantitate ani-
mæ, de fato, de casu & libero arbitrio, de
materia & motu, & principiis corporum,
de progressu multitudinis, & magnitudi-
nis sectione, quid sit tēpus, qd inane, qd lo-
cus, de reflectione Oceani, de ortu Nili, de
variis latentis naturæ secretis, de variis fi-
guris causarum, de primis rerum initiis, &
aliis quā pluribus, quæ plenioris sciētię fun-
damētū, & eminētiores exigūt intellectus.

Pet. Rau. a c Quæ utilitas est schedulas euoluere,
ibid. firmare verbotenus summas, & sophisma-
tū versutias inuersare? damnare scripta ve-
terum, & reprobare omnia, quæ non inue-
niuntur in suorū schedulis magistrorum?

a d Sob

a d Sobrius intellectus in omnibus optimus est, qui reficit animam, nec grauat mentē: vnde mel inuenisti, comede, quod sufficit tibi: ne fortè satiatus euomas illud, & periures nomen Dei tui. *Glo super illud Ecc. 3. In super- uacuis re- b° nolū scriu*

a e Acrior est cupiditas ignota cognoscēdi, q̄ nota repetēdi. hoc in histrionib⁹, hoc in oratoribus, hoc in omnib⁹ deniq; rebus videmus accidere: ad noua homines cōcurrunt, ad noua cōueniūt, adeò vt quicquid insolitū est in turba, etiam notabile est. *vari mul- tipliciter. Sene. li 3. Rhetori- ca sua.*

a f Multum tēporis illi verborū cauillatio eripuit. nectimus nodos, & ambiguam significationē verbis illigamus, ac deinde dissoluimus. Quid mihi vocum similitudines distinguis, quibus nemo vnquā nifidum disputat, captus est? Res fallunt, illas discerne. Sophismata nec ignorantibus nocent, nec scientem iuuant. *Sene. 45. epist.*

a g Nam illi non inuenta, sed quærenda nobis reliquerunt. & inuenissent forsitan necessaria, nisi superuacua quæsisent. *Sen. ibid.*

a h Verba copiosa cōponis, & interrogās vincula nectis, & dicis acuta sunt ista. nihil acutius arista, & in quo est utilis? quædam inutilia & inefficacia ipsa subtilitas reddit. *Senec. 83. epist.*

a i Nulla est sine difficultate subtilitas. *Se. 45. ep.*

a k Relinque istum ludum literarū Philosophorum. rem magnificam ad syllabas

vocant, qui animum minuta dicēdo dimi-
nuunt & conterunt, & id agunt, vt Philoso-
phia potius difficilis, quā magna videat-
ur. Socrates, qui rotam Philosophiam re-
uocauit ad mores, hanc summam dixit esse
sapientiam, bona malāque distinguere.

*Seneca in li.
de benefo-
ciis.*

a I Ista incepte Poëtis relinquuntur, qui-
bus aures oblectare propositū est, & dulce
fabulam nectere. Sed qui ingenia sanare &
fidem in rebus humanis retinere, ac memo-
riam officiorum animis ingerere volunt,
seriò loquantur, & magnis viribus agātur.

*Seneca. 16.
epi.*

a m Demens omnibus meritò viderer, si
cum saxa in munimentū murorum senes &
fœminæ congererent, cum iuuentus intra
portas armata signum eruptionis expecta-
ret, cum hostilia in portis tela vibrarēt, &
ipsum solum suffosionibus & stimulis tre-
meret, sederem otiosus, & huiusmodi que-
stiunculas ponēs, Quod non perdidisti, ha-
bes: cornua autē nō perdidisti, cornua ergo
habet. Nunquid tibi demens videar, si istis
impēdero operam, & nunc obsideor? quid
agam? mors me sequitur, vita fugit. Aduer-
sus hæc me doce aliquid: effice vt ego mor-
tem non timeam, & vita me non effugiat.

*Seneca. 49.
epist.*

a n Mus syllaba est. mus autē caseū ro-
dit, syllaba ergo caseū rodit. Quod mihi ex
ista sentētia periculū imminet? qđ incom-
mōdum

modū? An fortè acutior est illa collectio:
Mus syllaba est, syllaba autē caseū non ro-
dit, mus ergo caseū non rodit. O' pueriles
ineptias! in hoc supercilia subduximus, in
hoc barbā dimisimus. hoc est qđ tristes do-
cemus pallidi. Si multū esset ætatis, parcè
dispensandum erat; vt sufficeret necessa-
riis. nunc quæ dementia est, superuacua di-
scere in tanta temporis egestate?

a o Quid te torques, & laceras in qōne, *Sen. epi. 1.*
quā subtilius est contēpisse, quā soluere?

a p Quid horū ad virtutē viā sternit syl- *Sene. in li.*
labarum enarratio, verborum diligētia & *de 7. libe-*
fabularū memoria, & versuum lex, & mo- *ralib' ar-*
dificatio? quid ex his metū demit, cupidita- *tib. Ibid.*

tem frenat? Musica mōstrat mihi, qui sunt
modi. flebiles. monstret potiùs quō inter
aduersa nō emittā flebilem vocem. Metiri
me Geometer docet latifunda. potiùs do-
ceat quō metiar quantum homini satis sit.
docet quomodo nihil perdam ex finibus
meis. at ego discere volo, quō totus hilaris
amittā. Scis rotūda metiri, si artifex es, me-
tire hoīs animum. dic q̄ magnus, dic quā
pusillus sis. Scis quæ recta sit linea, quid tibi
prodest, si quid in vita rectum sit ignoras?

a q Hoc scire qđ pderit vt sollicitus sim, *Ibidem.*
quū Saturnus & Mars ecōtrario stabūt: aut
quū Mercurius vespertinū faciet occasum
viden

videte Saturno: potius q̄ hoc discā, vbicun-
que ista sint, p̄spici esse, nec posse, mutari,

Sene. ibid.

at Ita liberaliū artium consecratio mo-
lestos, intempestiuos, verbosos sibi placē-
tes facit, & ideò non discentes necessaria:
quia superuacua didicerunt. quare ergo li-
beralibus studiis filios erudimus: nō quia
virtutem dare possunt; sed quia animum
ad accipiendam virtutem præparant.

Sene. ibid.

as Innumerabiles quæstiones fiunt de
anima tantam. Vnde sit, qualis sit, quando
esse incipiat, quādiu sit, an aliudē alio trā-
eat, & domicilia mutet, & ad alias anima-
lium formas, an nō amplius, quā semel
seruiat, & emissus vagetur in toto quid sit
facturus animus: quum per nos aliquid fa-
cere desierit. quomodo libertate sua vsu-
rus. quum ex hac effugerit cauea, an obli-
uiscatur priorum. Hæc tam multa, tam ma-
gna, vt habere possint liberum hospitium,
superuacua ex animo tollenda sunt. non
dabit se in has angustias virtus. Expellan-
tur omnia, totum pectus illi vacet.

Sene. ibid.

at Non multum nocebit tibi ista transf-
isse, que nec licet scire, nec prodest. Quic-
quid enim nos meliores beatosque factu-
rū est aut in aperto, aut in proximo posuit.

Sene. ibid.

av Quatuor milia librōrum Didymus
Grammaticus scripsit. miserere homini, si
presen

presens esset, si in tā multa legisset supua-
 tua. In his libris de patria Homeri quæri-
 tur, de Aeneæ matre vera. his an libidino-
 sior aut ebriusior vixerit. in his an Sappho
 publica fuerit: & alia quæ erāt dediscenda
 scire si scires. Sed si ad nostros quosq; per-
 ueneris, ostendā multa securibus refecan-
 da. Metire ergo ætatem tuam, tam multa
 nō capit. Audi quantum mali faciat nimia
 subtilitas, & quā infesta sit veritati!

Vide etiam in tit. Consideratio. a. b. Do-
 ctрина. x. a p. Error. g. Iudex. v. Meritum. c.
 Philosophia. l. Studium. ag.

Dammum, siue damnatio:

a **N**on sic sapit lucrū, quō dolet dānū.
 fortior est in confessione Christi,
 qui dāna nō timuit, q̄ qui lucra cōtempnit.

*Aug. in
 ser. de s̄a.
 Stephan.*

b Vis vt ille nō damnet? tu dāna. vis vt
 ille ignoscat? tu ignosce. Nemo nisi per in-
 debitam misericordiam liberatur, & ne-
 mo nisi per debitum iudicium damnatur.

*Aug. de
 charita.*

c Est pulchritudo vniuersę creature per
 hæc tria: inculpabili dānatione peccatorū,
 exercitatione iustorū, pfectione honorū.

*Aug. de
 vera reli-
 gione:*

d Apert⁹ dānationis testis est, ipse timor
 iniquitatis: quia & timeatur quod agitur: &
 tamen malum non vincitur quod timeatur.

*Gre. in
 moral.*

e Melius est. n. p̄sentia dāna cōtēnere,
 q̄ exiguo quæstu p̄petua commoda nō h̄re.

*Cast. lib.
 4. epist.*

Se. in pro. f Dānum nisi ex abundātia rarò venie.
Se. de res g Omnia perdididi, cū oībus perire potuis
mediis for sti. Noli conqueri quòd incidereis, gaude
sutorū. quòd euaseris. Qui se habet, nihil pdidit.

Vide etiā in tit. Adiutoriū. h. Amissio
 & consilium. f. *Debitum.*

Greg. su- a **S**ic sub autoritate superbia, & huma-
per Exe. nus timor sub humilitate se palliant,
 vt saepe nec ille valeat considerate quid
 Deo, nec iste quid debeat proximo.

Gre. in b Deputemus intelligentiam datā qua-
moral. si pecuniam mutuatā. quò plus nobis cre-
 ditur ex benignitate, eò debitores amplius
 tenemur in opere.

Gre. ibid. c Stultus est debitor, qui gaudens pecu-
 nias accipit: & tempus quo reddere debeat
 non attendit.

Vide etiā in tit. Auaritia. c. e. Diuitia. b.

Augu. de n. Meritum. m. n. *Decima.*
doctrina a **H**aec est domini iustissima consue-
christia- tudo, vt si tu illi decimam non de-
na & po deris, tu ad decimam reuocaberis: id est
ritur 16. demonibus, quæ est decima pars angelo-
q. 1. Deci- rum, associaberis. Dabis, inquit, impio mi-
ma. liti, quod non vis dare sacerdoti.

Aug. ibid. b Si decimā dederis, non solum abūdan-
et ponitur tiam fructuum recipies, sed etiam sanitatē
16. q. 1. Re animæ & corporis consequeris, quia deci-
ueris. mas dando, & terrena & cœlestia possis
 præmia

præmia promereri. Vnde qui decimas dare nolunt, res alienas inuadunt: & dominus qui dignatus est totum donare, decimas à nobis dignatus est recipere.

c Attende quod creatura decima inter intellectuales creaturas est homo, quia angeli in nouem ordinibus, decimus autem ordo est hominum. Et ideo est hominis decimam soluere ut ruinam angelorum valeat supplere.

d Iustitiam, misericordiam, & fidem propter suam gloriam mandauit Deus, sed propter sacerdotes.

e Quia non reddidistis decimas & primitias, ideo in penuria & fame maledicti estis, quia dum parua subtrahitis, ubertatem possessionum uestrarum & totam abundantiam frugum perdidistis. Sciatis vos ideo perdidisse abundantiam, quia fraudastis me parte mea. Moneo igitur ut reddatis mihi mea, & ego restituum vobis uestra.

f Sacerdotes qui propter decimas corripunt populum, & maiora peccata tacent, docent colare culicem & deglutire camelum: id est à modico abstinere, & maiora committere.

Vide etiam in tit. Eleemosyna. b. d.

Delitiæ.

a **Q**ui dat pro modica delectatione illud pro quo Christus se tradidit stultum Christum reputat mercatorem.

Dele

Ambro in quodā ser. b Delectatio cecidit, & præteriit, vulneravit & transiit: miserum fecit, & abiit: infelicem reddidit, & reliquit.

Ambro. in quodā ep. c Quicūq; à pueritia dederit se delitiis, manebit in seruitute, vt viuēs mortuus sit.

Gre. i. ho. d Corporales delitiæ, quū nō habentur, graue in se desiderium accendunt: quū verò habitę eduntur, comedentē protinus in fastidiiū vertunt: at cōtrā spirituales delitiæ, quū non habentur, in fastidio sunt: quū habentur, in desiderio. In illis appetitus saturitatem saturitas fastidiū generat. In istis autem saturitatem appetitus, saturitas appetitū parit. Augent enim spirituales delitiæ desiderium in mentem, dum satiant.

Greg. lib. 12. mora. e Hi frequenter maiores tribulationes ex carne suscipiunt, qui carnis voluptatibus delectantur.

Chr. in li. de compūctiōe cordis. f Sicut impossibile est, vt ignis inflāmetur in aqua ita impossibile est cōpunctiōnem cordis vigere in delitiis. Contraria enim hæc tibi sunt inuicem, & perēptoria. Illa enim mater fletus, hæc mater est risus: illa cor constringit, ista dissoluit.

Chry. de reparatiōe lapsi. g Centū si placeat annos demus delitiis, adde & alios centū: si libet, adde & decies centū: quæ erit ex his ad æternitatem compensatio? Nonne omne tempus vitæ huius quo delitiis frui videmur, & indulgere libidini

bidini, quasi noctis vnius somniū ad æternitatis comparationem videtur?

h Mens assueta delitiis, nec exultandi disciplinæ sarculo, multas contrahit sordes. *Ber. in quadā ep.*

i Facile onus afflictionis sentiunt, qui uti suauibus delitiis consueuerunt. *Ces. li. 4. epist.*

k Plato etiā præcepit duas corporis summitates nō velandas nec assuefieri debere molliciei capitis. s. & pedum. Cū. n. hac habuerint firmitatē, cætera robustiora sunt. *Tol de paradoxis.*

l Effæminat animos amcenitas nimia. *Sene. 53. epist.*
 Quamlibet viam iumenta patiuntur, quorum durata in aspero vngula est. In molli palustrique pascuo saginata citò subteruntur, & fortior ille ex confragoso venit. Nullum laborem recusant manus, quæ ab aratro ad arma transferuntur. In primo puluere deficit vinctus & nitidus.

m Mirum est fortiter aliquid dici ab homine molliciem professo. *Sene. ibid.*

n Innatum est ab illo mundi conditore, qui nobis viuendi iura descripsit: vt salui effemus, non vt delicati. delitiis miserè ac sollicitè omnia cōparantur. Utamur ergo hoc naturæ beneficio inter magna numerando, & cogitemus nullo nomine illam melius meruisse de nobis, quàm quia quicquid ex necessitate desideratur, sine fastidio sumitur.

Vide etiam in titu. Caro. p. eleemosyna & militia. b. a. e. paupertas. l. periculum. c. voluptas.

Desiderium.

*Am. super a
psal. 86.*

Qui desiderat, & si lingua taceat, corde cātat. qui autē nō desiderat, quolibet amore, quolibet clamore aures hominū feriat: intus mutus est Deo.

*Aug. 68.
epi.*

b Etiam quod tempore acceleratur, desiderio tardum videtur.

*Am. super
Io.*

c Quod oculus nō vidit & cetera. Desiderari potest, concupisci potest, suspirari in illud potest, digne cogitari & verbis explicari non potest. Desiderium sinus cordis est. Capiemus, si desiderium quantum possumus, extendamus.

*Am. super
Beati im-
maculati*

d Quo diutius abest, quod desideratur: tanto expectantis desideria maiori quadam vi amoris ignoscunt. Caro deficit, sed cupiditas alitur & augetur.

*Gr. ho. 23.
sup. euan.*

e Sctā desideria dilatione crescūt: si autē dilatione deficiunt, desideria non fuerunt.

Gre. ibid.

f Sancti viri vnde desideriorum suorum detrimenta tolerant: inde maiora lucra cōuersis aliis reportant.

*Gre. in
moral.*

g Valentiores voces apud secretissimas aures Dei nō verba faciunt: sed desideria.

Gre. ibid.

h Quid clamas ad me? Voces apud aures Dei non faciunt verba nostra: sed desideria. Aeternam enim vitam si ore petimus,

nec

nec corde desideramus, & ore tacemus, tacentes clamamus.

i Etiã celeritas in desiderio mora est. *Vi se. in pro.*
 de etiã in ti. concupiscentia. e. cupiditas. n. delitia. d. opus. e. tempus. a. *Desperatio.*

a **L**atro agnouit, Petrus negauit. In pe *Aug. in li. de sym.*
 tro demonstratur quemque iustum non de se præsumere, in latrone nullũ impiũ debere diffidere conuersum. Timeat ergo bonus, ne pereat per superbiã, & malus non desperet per multam malitiam.

b Nemo desperet. Iudam traditorem nõ *Aug. in li. de utilita*
 tam scelus, quod commisit, quã indulgentiã desperatio fecit penitus interire. *te pœnitẽ*

c Ne desperãdo augeam^r peccata, ppo- *tiãugẽde.*
 situs est pœnitẽtiã port^r. rursus ne sperãdo *Aug. ibid.*
 augeamus, datus est dies mortis incertus. *Am super*

d Nemo diffidat, nemo veterũ conscius *Luc. li. 2.*
 peccatorum, præmia diuina desperet. nouit dominus mutare sententiam, si tu no- ueris emendare delictum.

e Incumbit virtuti seculi, qui desperat *Am. super*
 de adiutorio Dei. *Marcum.*

f Illius æternæ ciuitatis ianuas nobis *Chryf. de*
 desperatio claudit, spes aperit, fiducia la- *Repara-*
 tum præbet ingressum. *tiõe lapsi.*

g Nullus desperet veniã: et si circa finẽ *Isid. de sũ*
 vitæ ad pñiam cõuertat. vnũquenq; .n. deus *mo bono.*
 de suo fine, non de vita præterita iudicat, *lib. 2.*

Ibidem. h In vita hominis finis q̄rend⁹ est: quoniā Deus non respicit quales antea vixerimus: sed quales circa finem vitæ fuerimus.

Ibidem. i Perpetrare flagitium aliquod mors est aīæ, sed desperare est in infernū descēdere.

Leo papa in sermo. k Scelerator omnibus, ô Iuda & infelicior extitisti: quē non pœnitentia duxit ad dominū: sed desperatio traxit ad laqueum.

Hu. lib de vera sap. l Prima salus est declinare culpā, secunda, non desperare veniam: quia ipse se in æternū punit, qui apud verum iudicem ad pœnitentiam non recurrit.

Val. episcopus in quodā ser. m Quamuis autem sint aspera & difficilia quæcunque sunt in excelsis posita, non dubiè fit, vt in apertū campū veniant, si itinerantibus nihil desperationis occurrat.

Victorius. n Desperatio est ad vitæ statum vel virtutum reditum fracta spei gubernatio.

Sen. lib. de mor. a. o Nemo se mutat, qui se mutari desperat.

Vide etiam in ti. Amicitia. bk. Apostoli. b. Ignorantia. h. Pœnitētia. a. m. a. n. a. r. p. t. o. tum, Spes. *Detractio.*

Aug. in ep. ad Ipothenes. a **Q**Uum ipsam scripturæ veritatē eriminati obscurare non possunt: hos, per quos prædicatur, inducunt in odiū de quibus effingere, quicquid in mentem venerit, p̄ssunt. Vnde iam apostolicę prophetiæ tempus videtur instare: erit tempus in quo sanam doctrinam non sustinebunt.

Oblo

b Obloquium est absenti detrahere, & *Augu. de*
dolose mordere. *diffinit.*

c Pl' nocēt in mēbris detrahentes Chri- *Aug i gl.*
sto, q̄a animas creditorū interficiūt, q̄ qui *sup illud*
eius carnē mox resurrecturam peremerūt. *psal. i ro*

d Si hilari vulcu detractorē audieris, tu *eo vs me*
illi das fomitem detrahēdi: si verò tristi, vt *diligerēt,*
ait quidā, discit non libenter dicere, quod *detra. mi.*
dicit non libenter audiri. *Gr. sup il.*

e Ventus aquilo dissipat pluuias, & fa- *pro. 15.*
cies tristic lingua in detrahentem. *Aug in li.*

f Bilinguis serpens habetur, atq; mor- *de para-*
talis, eo quòd diaboli minister aliud lin- *difo.*
gua loquatur, aliud corde meditetur.

g Caue ne aut linguā aut aures prurien- *Hie. i epi.*
tes habeas. id est, aut ne ipse detrahas aliis, *ad Nepo-*
aut alios audias detrahentes. *tianum.*

h Nulli vnquā oīno detrahas, & si aliorū *Hiero. ad*
vituperatiōe te laudabilē videri velis, ma- *Celantiā.*

gis tuā vitā ornare discce, q̄ alienā carpere:
ac semper memor esto scripturæ dicentis
noli diligere detrahere, ne eradiceris. Pau-
ci etenim sunt, qui huic vitio renuncient,

i Rarūq; inuenies, q̄ irrepheñibilem vi *Hier. ibi.*
tam suā exhibere velit, vt is nō libenter re-
prehēdat alienā: tātāque huius mali libido-
mētes hominū inuasit, vt etiam qui procul
ab aliis vitiis recesserūt, in istud tamē qua-
si extraneū laqueum diaboli incidant.

- Hic. super Oseam.* k Nihil tā facile, q̄ ociosum, & dormien-
tē, de aliorum labore, & vigiliis disputare.
- Hic. in epi.* l Nō min⁹ auribus, quā lingua fugias
detractiōnem. Nā detractor dū te videt nō
libēter audire, nō facile potest detrahere.
- Hic. 3 epi. ad Rusti- cum mo- nachum.* m Sicut sagitta, si mittatur cōtra duram
materiam: nō nūquam in mittētē reuerti-
tur, & vulnerat vulnerātem: ita detractor,
quum tristem faciem viderit audiētis, imō
non audientis: sed obturantis aures suas,
ne audiat sanguinem: illico conticescit: pal-
let vultus, hærent labia, saliuā siccatur.
- Hic. ibid.* n Incongruum est lingua per totū mun-
dum vagari, & corpore latēre.
- Gre. lib. 14. mora.* o Per Salomonē dicitur, Noli esse in cō-
uiuuiis potatorū, neque comedas cū eis, qui
carnes ad vescēdū cōferunt. Carnes ad ve-
scendū cōferre, est in colloctione deroga-
tionis vicissim in proximorū vitia dicere.
- Greg. sup Exec. ho- mil. 9.* p Hi quorū vita in exēplo imitatiōis est
posita: debent, si possūt, detrahētiū sibi ver-
ba cōpescere, ne eorū prædicationē non au-
diant, qui audire poterant, & in prauis mo-
ribus remanentes bene viuere contēnant.
- q Quid aliud detrahētes faciunt, nisi q̄
in puluerē sufflant, & in oculos suos terrā
excitant, vt vnde puluis detractiōis per-
flauerit, minus inde veritatis videant?
- q Linguas detrahētiū sicut nostro studio
non

nō debemus excitare, ne ipsi pereāt: ita per
sui malitiā exercitas debemus æquanimi-
ter tolerare, vt nobis meritū crescat. Ali-
quādo aut cōpescere: ne dñ de nobis mala
disseminant, eorū, qui audire nos ad bona
poterant: corda innocentium corrumpant.

r Non maledices surdo &c. Surdo male- *Gre. i pa.*
dicere: est absenti ac non audienti deroga-
re: coram cæco offendiculum ponere est,
discretam quidem rem agere, sed tamē ei,
qui lumen discretionis non habet, scanda-
li occasionem præbere.

f Omnē, qui palā veretur dicere, quod *Ber. in li.*
in aure loquitur, suspectū habeas. quod si *de confide*
coram te iudicare ille reuerit: delatorem *ratione.*
iudices, non accusatorem.

r Detractor, & libēs auditor, vterq; dia- *Ber. i ser.*
bolū portat in lingua. Si pauper es, vilē &
abiectū te reputat, si diues, ambitiosum, a-
uarū & cupidū. Si affabilis, dissolutū: si præ-
dicator vel docttor, honoris & humani fa-
uoris quæsitore: si tacens, inutilem: si ieiun-
us, hypocritā: si comedens, voratorem.

v Nō solū ille re^o est, q falsū de alio pro- *Ist. de cū.*
fert: sed & is, q citò autē criminib^o præbet *bon. lib. 1.*

x Nō est ambiguū, oēm humanū eloquiū *Hilaries*
sermonē cōtra fictioni obnoxio semp fuit *in princi-*
se: quia dissentientibus volūtātū motibus. *pio lib. de*
dissentiens quoq; fit motus animorum, & *trinitate*

cōtra veritatē aut non intellectu aut offendentem stultæ volūtatis error obnititur.

*Cassi. sup
psal. 3.*

y Dentes dicti sunt à demendo, ideo pulchre linguæ detrahentium dentes vocantur, quia sicut illi ciborum partes demunt: ita & isti opiniones hominum corroduunt.

*Cassi. sup
psal. Dixi
custodiam
Ec.*

z Quis hominū sic cautus est: ut si interpretæ mulos loquat, nullū verbū eius incurrat aliquā quaestionē. nā menti furore ebria, omne qd̄ rectū dicitur, perversum videtur.

*Ber. super
canti. ser-
mon. 24.*

ac Detractores aut quodā simulatae veracitatis fucō conceptā malitiā, quā retinere nō possunt, adūbrare conātur. Videas à detractore alta præmitti suspiria: sicq; cū quadā gravitate & tarditate, vultu mœsto, demissis superciliis & voce plangēti egredi maledictionem, & quidem tanto persuasibiliores, quāto creditur ab his q̄ audiūt, corde non inuido, sed magis cōdolēti affectu, quā malitiosè proferri. Doleo, inquit, vehementer pro eo q̄ diligo eum satis, & nunquā potui de hac re corrigere eum. & aliās mihi quidē bene compertum fuerat de eo iustus: sed per me nunquā innotuisset: at quoniā per alterum patefacta res est, veritatem negare non possum, reuera ita est.

Be. in ser.

a d Nūquid non vipera est lingua detractoris ferocissima? planè nimirum, quā tam letaliter inficiat flatu vno. Nunquid non

non lancea est lingua ista? profectò acutissima, quæ tres penetrat ictu vno.

a e Detractio est locutio ex inuidia procedens, bona aliorum denigrans. *Hugo.*

a f Detractor est qui bona proximi, in quantum potest, inuit. *Idem.*

a g Cõgregat paulatim minima: vt post longum silentium cuncta simul obiecta plus noceant, quæ minus opinionem læderent, si per se singula prolata fuissent. *Hugo. de sancto Vi-cto. super 55. psal.*

a h Fit em̄ nescio quomodo, vt magis in aliis cernamus, si quid delinquitur, quàm in nobis. Vnde poeta, Cum tua peruideas oculis mala lippus inunctis, Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum? *Vale. Ma.*

a i Socrates dicente sibi quodã multos de eo male loqui, nõ desinis mihi, inquit, in auribus meis maledicere. *Val. Ma. lib. 7.*

a k Diogenes eũ ei nunciasset amicus, te amici cuncti vituperant, oportet, inquit, sapientiam ab insipientibus feriri. esse enim meliorem indicat mala lingua, quem carpit.

a l Nulla tam molesta foelicitas est: vt malignitatis dentes vitare possit. Qui alienis malis sicut suis bonis latantur, diuites sunt, alienis iacturis, locupletes calamitatibus, immortales funeribus. *Seneca. in epist.*

a m Difficilem oportet habere aurem ad crimina. *Seneca. in prouer.*

Vide etiam in tit. consideratio. y. cōuerfatio. e. conuitiū. e. excusatio. k. fama. o. p. inuidia. z. loquacitas. x. murmur. g. odium. i. profectus. c.

Deus.

Au. super Io. ser. 19. a **D**eus tibi totū est. si esuris, panis tibi est. si sitis, aqua tibi est. Si in tenebris es, lumen tibi est. si nudus es, immortalitate tibi vestis est.

Aug. li. 6. confessio. b O vera summa suauitas omni suauitate dulcior, sed nō carni & sanguini, omni luce clarior, omni secreto interior, omni honore sublimior, sed nō sublimior in se.

Aug. li. 7. confessio. c O aeterna veritas & vera charitas & chara aeternitas, tu es Deus meus, vbi suspiro die ac nocte.

Au. de charitate. d Deus medicamentum est non sano, regula est prauo, lux est tenebrato, habitatio est deserto.

Aug. in so. liloquis. e Deus vera & summa vita, in quo & à quo & per quē bona sunt omnia, quæ beata sunt. Deus à quo auerti, cadere, in quem conuerti, resurgere. in quo manere, consistere est. Deus à quo exire, mori, & in quē redire, reuiuiscere, & in quo habitare, vi-

Au. super illud, Pa. ser noster uere est. Deus quem nemo amittit nisi deceptus, quem nemo quaerit nisi admonitus, quem nemo inuenit nisi purgatus.

quis i. ce. li. Ge. f Deus est in seipso sicut alpha & ω. In mundo sicut rector & auctor. in angelis sicut

sicut sapor & decor. In ecclesia sicut pater familias in domo. In anima sicut sponsus in thalamo, in iustis sicut adiutor & protector, in reprobis sicut pauor & horror.

g Quicquid præter Deum est, dulce non est, quicquid mihi vult dare Dominus meus auferat totum, & se mihi det. *Augu. sup psal. 26.*

h Non est quò fugias à Deo irato, nisi ad Deum placatum. *Augu. sup psal. 74.*

i Deus totus oculus est, quia omnia videt, totus manus est, quia omnia operatur, totus pes est, quia vbique est. *Aug epif. cap. 36.*

k Non in loco Deus videtur, sed mundo corde, nec corporalibus oculis Deus queritur, nec circumscribitur visu, nec tactu tenetur, nec auditur affatu, nec sentitur incessu: & quum absens est, videtur: & quum præsens est, non videtur. *Ambr. sup Luc. lib. 1.*

l Creator omnium Deus pater omnipotens vbique est, & vbique totus est, in parte non est, quoniam vbique est, & tunc minus inuenitur, quando is, qui vbique totus est, in parte queritur. *Gre. li. 2. moralium.*

m Nūquā deest: & tamē ab iniquorum cogitationibus longe est, nec tamē ibi deest vbi longe est, quoniam vbi non est per gratiā, adest per vindictam. Deus vbique præsens est, & vix inueniri potest. stantem sequimur & apprehendere non valemus. *Gre. ibi. et in ho. 8. sup per Erc.*

n Ponam⁹ ante oculos quæ sit illa Dei natura *Ibidem.*

tura q̄ tenet oīa, implet oīa, cōplectitur oīa, superexcedit oīa, sustinet oīa, nequaquā autem Deus ex vna parte sustinet atque ex alia superexcedit: neque ex alia pte implet atq; ex alia parte circūplectitur, sed circūplectendo implet, implendo circūplectitur, sustinēdo superexcedit, superexcedendo sustinet, sine inquietudine superius regens, sine latitudine inferius sustinens, interior sine extenuatione penetrans, exterior sine extēsiōne circumstans. Est itaque inferior & superior sine loco, est amplius sine latitudine, est subtilis sine extenuatione, & qui per molē corporis nusquā est, per incircūscriptā subitantiā suā nusquā deest.

Gre. ibid. o De⁹ manet itra oīa, ipse extra oīa, ipse
& in mo. supra oīa, ipse infra oīa, Superior est per potentiā, inferior per sustentationē, exterior per magnitudinē, interior per subtilitatē. Sursum regēs, deorsum cōtinens, extra circūdans, interior penetrans.

Greg lib. p Penē omne qd̄ de Deo dicitur, eo ipso
20. mora. iam indignū est, quo potuit dici. nā cuius laudi non sufficit obstupescens conscientia, quando. susfaciet loquens lingua?

Ber. de cōsidera. li bro 5. q Nō parū ap̄hēdisti, si hoc tibi de Deo compertū sit, q̄ nusquā sit, qui nō clauditur loco, & nusquā nō sit, q̄ non excludit loco.

Ibidem. r Deus nō partibus cōstat, vt corpus, nō affecti

affectibus distat, ut anima. Non formis
 substat ut omne, quod factū est. Nunquid
 verendum ne cogitatio transuolet illum?
 quantumcunque in altū proficiat, ultra est.
 In terra quod homo cogitare possit, altis-
 simū querere, ridiculū est statuere ipsum,
 ultra, non citra quærendus est.

¶ Quā diues es in misericordia, quā ma-
 gnific^o in iustitia. quā munific^o in gratia, dñe
 De^o noster! nō est q̄ similis sit tibi. Muner-
 ator copiosissime, remunerator æquissi-
 me, liberator piissime, gratis respicis hu-
 miles, iustē iudicas innocentes, misericor-
 diter etiam saluas peccatores.

*Bern. ser-
mo. 57.*

¶ Quid est Deus? lōgitudō, latitudo, sub-
 limitas, profundū. Longitudo p̄pter eter-
 nitatē. Latitudo propter charitatē. Sublimi-
 tas propter maiestātē. Profundum propter
 sapiētiā. Deus amat ut charitas, nouit ut ve-
 ritas, sedet ut æquitas, dominatur, ut male-
 stas, regit ut principiū, ruetur ut salus, ope-
 ratur ut virtus, reuelatur ut lux, assistit ut
 pietas, que oīa faciūt & angeli, facimus &
 nos: sed lōge inferiori modo. non utiq; bo-
 no, quod sumus, sed quod participamus.

*Berna. de
cōsidera-
tione.*

¶ Vnusquisq; quod p̄ cæteris colit, quod
 super oīa miratur & diligit, hoc ei Deus
 est. Si quid illud est, quod in delectationis
 laude præponderat, hoc tibi Deus est.

Cas. super illud ps. 2. Tūc loquetur ad eos. x Dominus nec splendens ridet, nec vultu subsannat. Ira ergo Dei vocatur retributio peccatorū. Nā motus diuinitas nō patitur, q̄ semper eadē æterna, atq; immobilis perseverat: sed ista cōuersio hūanę cōuenit fragilitati, vt de leto q̄s tristis, de placato iracundus, de beneuolo reddatur offensus.

Cas. super illud psal. Inquiretes domini, &c. y Quum diligimus Deū, omnia in ipso reperimus. Vnus est q̄ quæritur, sed in quo omnia continentur. O lucrum mirabile! ò compendium singulare! cur nos per diuersa fatigamus? Ad ipsum ergo vnanimiter festinemus, postquam cuncta bona vltra non quærimus, sed tenemus.

Cas. super illud psal. Magnus dominus. Hug. li. 1. de claustro anime. z Virtus inexplicabilis, pietas incōprehēnsibilis, sapiētia ineffabilis, cuius diffinitio est, finem in sanctis laudibus non habere. ab Sicut enim nullū est momētū, quo homo nō vtatur, vel fruatur Dei bonitate, & misericordia: sic nullum debet esse momētum, quo eū præsentem non habeat in memoria. Omne tēpus, in quo de Deo non cogitas, hoc te computa perdidisse.

Alanus de cōquestione nature. a c Deus est splendor nunq̄ deficiēs, vita indefessa nō moriēs, fons semper scaturiens, seminale vitæ seminariū, sapientię principale principium, initiale bonitatis initiū.

Sen. in ep. a d Prope deus est, tecum est, intus est. Ita dico Lucili, sacer intra nos spiritus sedet, maior

malorum bonorumque nostrorum obseruator, & custos, hic prout à nobis tractatus est, ita nos ipse tractat. bonus verò vir sine Deo nemo est.

Vide etiã in tit. amor. f. g. ab. ac. ay. ab. bi. bl. bm. anima. b. beatitudo. a. f. cogitatio. n. consideratio. a. d. conuersio. a. b. c. d. r. creatio. a. c. curiositas. q. f. dilectio. a. d. r. gloria. æterna. f. r. laus. u. m. i. m. i. t. e. r. i. c. o. r. d. i. a. c. p. a. s. s. i. o. y. sapiëntia. c. scriptura. d. & in tit. trinitas per totum.

Deuotio.

a **N**on putrescit cor, si leuetur ad deũ. *Aut. super psal. 85.*
 frumentũ tuũ si haberes in inferioribus, ne putresceret, leuares illud ad superiora. frumentũ tuo quaris mutare locum, & cor permittis in terra putrescere. frumentum leuares ad superiora, cor leua in cœlũ. Ec vnde, inquis, possum? q. funes, quæ machinæ, quæ scalæ opus sunt? gradus affectus est, iter tuum volũtas tua est. amando ascēdis, negligendo descendis, stans in terra, in cœlo es, si Deum diligis.

b Si habet animus vnde oblectetur extrinsecus, sine dilitiis manet interius. *Aut. super Ioannem.*

c Anima Deo deuota sic se act^o corporis & terrenos exuit, mores vt vestiat, quomodo si velit rursus induere. *Aut. de virginitate.*
 Consuetudo em̄ boni vsus veteris prauitatis amisit. *Aug. in li.*

d Hæc est vera fortitudo, quæ naturæ vs

ra vsus, sexus infirmitatem, mentis deuotione transgreditur.

*Augu. sup
Ioannem.*

e Nescio quid incorporaliter & spiritualiter in nobis facit Deus: quod nec sonus sit, qui autē percutiat, nec color, qui oculis discernatur, nec odor, qui narib⁹ capiat, nec sapor, qui faucibus iudicetur, nec durū & molle, quod tangēdo sentiatur, & tamē aliquid est, quod sentire facile est, explicare non possibile.

Gre. i ho.

f Si nos virtus deuotionis in intimis afficit, omnis strepitus prauæ suggestionis obmutescit.

Gre. ibid.

& in mo.

g Viros ad offerenda Deo munera venientes in medio ciuitatis interficit: quia diuinis deditæ operibus mentes, nisi magna se circumspectione custodiant, surripiente hoste, lum deuotionis portant hostiam, in ipso itinere perdunt vitam.

*Ber. super
cant.*

h Nō omnibus eodē modo data est gratia ista. s. deuotio. Porro Thomas in latere, Ioannes in pectore, Petrus in sinu patris, Paulus in tertio cœlo secreti huius gratiam sunt affecti. Prior mulier strauit in tuto loco humilitatis, posterior in solio spei. Thomas in fundamēto fidei, Ioānes in lecto charitatis, Paulus in intimo sapientiæ, Petrus in luce veritatis. Sic apud sponsum mansiones multæ sunt.

i Tempo

i Temporis præteriti fructus est compun- *Ibidem.*
ctio, futuri flos est deuotio.

k Mel in cera, deuotio in litera: alioquin *Ibidem.*
litera occidit, si absque condimento spiri-
tus glurieris.

l Est vnguentū contritionis, est vnguen- *Ber. super*
tum pietatis, primum pungitiuū dolorē fa- *cant.*
ciens: secundum tēperatiuū dolorē leniēs,
tertium sanatiuum morbum expellens.

m Vbi crapulā ructātis inter pocula sēse *Ber. in ep.*
rit Xps, vina sua dulciora sup mel & fauum
mēti ppinare nō dignatur. Vbi curiosa ci-
borum diuersitas, vbi diuitis suppellectilis
discolorum varietas oculos pariter pascit
& vētrē, cælestis panis ieiunā deserit mētē.

n Melius est deuotum in minorib⁹ q̄ in- *Io. Cassia*
deuorū in maiorib⁹ p̄fectionib⁹ inueniri. *mus i coll.*

o Deuotio est feruor bonæ voluntatis, *Io. abbas*
quem mens cohibere nō valens, certis ma- *ris. Hugo.*
nifestat indiciiis.

Vide etiā in tit. Abstinētia, c. Contēptus,
c. Delicia, d, f. Desiderium & seruitium, b.

Diabolus.

a I Nternas animæ cogitationes diabo- *Augu. de*
lum nō videre certi sumus: sed motu *diff. eccle*
tas corporis ab illo & affectionū indiciiis *fiasticorū*
colligi & experimento didicimus. Secreta *dogmatū.*
aūt cordis solus ille nouit, ad quē dicitur,
tu solus nosti corda filiorum hominum.

*Augu. sup
per psal.* b Diabolus plerunque vult nocere, & nō potest, quia potestas ista est sub potestate. Nā si tantum posset nocere diabolus quantum vult, aliquis iustorum nō remaneret.

*Hec Am.
super Lu-
cam.* c Anima nunquā à corpore vinceretur, nisi prius à diabolo teneretur. Nam nisi quis porci more vixisset, nunquam accepisset in eo diabolus potestatem: aut si accepisset, non ut perderet: sed ut probaret. Sine permissione Dei diabolum nocere nō posse cognoscas: ne potentiam diaboli magis timeas, quàm diuinitatis offensam.

*Greg. 29.
m. o. a. su-
per illud
Job, Diui-
ditur est
super ter-
ram.* d Prius cōplexionem vniuscuiusque aduersarius perspicit, & tunc tentationis laqueos opponit. Alius nanque laetis, alius tristibus, alius timidis, alius elatis moribus existit: quo ergo aduersarius occultus facile capiat, vicinas cōplexionibus deceptiones parat: quia letitię voluptas, proxima letis moribus, luxuriã proponit. Et quia tristitia in iram facile labitur, tristibus peccatum discordiæ porrigit: quia timidi supplicia formidant, parentibus terrores intonat. Et quia elatos extolli laudibus conspiciat, eos ad quęcumque voluerint, blandis fauoribus trahit. Singulis igitur hominibus vitiiis convenientibus insidiatur.

*Grego. in
homi.* e Perfectè aduersarius vincitur, quando mens nostra in tentamenta eius ad delatatio

Stationem atque consensum non contrahitur, & inter cōtumelias pximi ab odio custoditur, & inter flagella Dei à murmuratione compefcitur.

f Inuidium est seruire diabolo, qui nullo placatur obsequio. *Greg. 7. bi.*

g Dæmonū est, mala suggerere: nostrum est, nō cōsentire. Quoties eis resistimus, toties eos superamus, angelos glorificamus, Deū honoramus, q̄ visitat, vt pugnem⁹: adiuuat vt vincamus: cōsolidat, ne deficiam⁹. *Berna. in ser.*

h In primis grauis & insuperabilis est impetus diaboli: quòd si quis forti animo sustinuerit eum, in secundo inueniet eum infirmiore. Quanto enim plus percussus fuerit, magis refrigescit & deficit. *Chryf. sup. Matth.*

i Dæmones triplici acumine præscientiæ vigēt, scilicet subtilitate natura, experientia tēporū, reuelatiōe superiorū potestati. *Isido. li. 1. de summo bono.*

k Quanto propinquius finē mundi diabolus videt, tanto crudelius persecutiones exercet: vt qui se cōtinuo damnandum cōspicit, sibi socios multipliciter, cum quibus gehennæ ignibus addicatur. *Isido. de summo bono. lib. 1.*

l Diabolus quando decipere quenquam querit prius naturam vniuscuiusque intendit, & inde applicat, vnde aptum hominem ad peccandum inspexit. *Isid. lib. 3. de summo bono.*

m Diabol⁹ serpens est lubric⁹, cui⁹ si capiti, *Isi. vbi su.*

id est. primę suggestioni nõ resistitur, totus
in intima cordis, dũ nõ sentitur, illabitur.

Isid. ibid. n Tunc contra eum, quem possidet dia-
bolus, acrius fruit, quando se diuina virtu-
te ab eo expellendum cognoscit.

*Cypria. in
quad. i ep.* o Lata & spaciofa itinera vitæ letalis, il-
lic illecebræ, & mortiferæ voluptates. illic
diabolus blanditur, vt fallat: aridet, vt no-
ceat: allicit, vt occidat.

*Tec. p au.
tractas il
lud Mat.
2. Ductus
est Iesus i
desertum.* p Diabolus mali auctor, nequitia origo.
rerũ hostis, corruptor seculi, hominis sem-
per inimicus, ille laqueos tendit, lapsus pa-
rat, foueas fodit, aptat ruinas, stimulat cor-
pora, pungit animas, cogitationes sugge-
rit, immittit iras, dat virtutes odio, vitia ad-
dit amori, errores serit, discordias nutrit,
pacẽ turbat, affectus dissipat, humana vio-
lat, diuina tentat.

*Pet. Ran.
ibid.* q Diabolus semper primordia bona pul-
sat, captat rudimenta virtutum, sancta in
ipso ortu festinat extinguere, sciens quod
ea subuertere fundata non possit.

Vide etiã in ti. Antichristus, a, b, e. r. Cor,
a. Error, h. Fraus, e, h. Homicidiũ, b. Menda-
cium, m. Mors, a. e. Peccatum, a, o. Pœnitentia,
y, & in tit. tentatio per totum.

Dilectio.

*Au. de vi-
ta Christ.* a **I**lli Deũ diligũt, qui nõ aliud, quã
vnde nomẽ eius glorificet, exercent.

b Breue

b Breue præceptum tibi præcipitur, diligere, & fac quod vis: siue taceas, dilectione taceas: siue clames, dilectione clames: siue emendes, dilectione emendes: siue parcas, dilectione parcas. Radix sit intus dilectionis. non potest de ista radice nisi bonum exire.

c Dilectio sola discernit inter filios Dei & filios diaboli. Signent se omnes signo crucis, respondeant omnes amen, cantent omnes alleluia, baptizentur omnes, intrant ecclesias, impleant parietes basilicarum, non discernuntur filij Dei à filiis diaboli, nisi charitate. Qui habet charitatem, nati sunt ex Deo: qui non habent charitatem, non sunt ex Deo. Magnum indicium, magna discretio, quicquid vis habere, hoc solum nisi habeas, nihil tibi prodest: alia si non habeas, hoc habe & implesti legem.

d Miser ego, quatum deberem diligere Deum meum, qui me fecit, quum non eram, redemit quum perieram! Non enim eram, & de nihilo me fecit, non lapide, non arborem, non aliquod de animalibus, sed hominem voluit me esse. dedit mihi vivere, sentire, discernere, reduxit me de exilio, redemit de seruitio, vocavit me nomine suo: ut memoriale suum semper esset apud me. Unxit me oleo lætitiæ, quo ipse erat unctus, ut ab uncto essem unctus, & à Christo dicerer Christianus.

As. in epi. e Nō habet callidus hostis machinamē-
tum efficacius ad tollendam de corde dile-
ctionē, quā si efficere possit, ut in ea in-
curret, & non cum ratione ambuletur.

Augu. de spiritu & litera. f Quantum Deum diligas, debes ex di-
lectione legis eius ostendere.

Aug. l. 1. de doctrina Christiana. g Omnes homines æquē diligendi sunt:
sed cum omnibus prodesse non possis, his
potissimum consulendum est, qui pro lo-
corum & temporum, vel quantumlibet re-
rum opportunitatibus constrictius tibi,
quasi quadam sorte, iunguntur.

Glo. Aug. super illud cāti. 2. Or dicitur in me chari. h Primo diligendus est Deus, secundo pa-
rentes, inde filij, post domestici: qui etiam
si boni sint, malis filiis præponendi sunt.
Inimicos autē nō sicut reipsum, sed simpli-
ter. sufficit enim quod odio non habeas.

Am. super Ierem. 17. maculati. i Verē diligit, qui sine tristitia, sine timo-
re, voluntario potius studio, quā coacto
præcepta conseruat.

Ambr. de trinitate. lib. 7. k Dilectionem firmi Christiani nulla vin-
cunt tormenta. Amantis enim plus incita-
tur charitas, si eum, cuius sensit beneficia,
prohibeatur amare.

Gre. in regis. ro. l Pro magno diligi non debet, quicquid
sine concluditur, illa appetenda, illa sum-
mopere diligenda, quæ nec inuenta trans-
eunt, nec adepta deficiunt.

Grego. in pastoralis. m Nihil est pretiosius Deo virtute dile-
ctionis

aiōis, nihil est desiderabilius diabolo extinctione charitatis.

n Inimici dilectio tūc veraciter custoditur, quum nō de profectu deicimur, nec de ruina eius letamur. nemo em̄ amat aliquē, quē non vult esse meliorē, & eum stantem voto persequitur, quē cecidisse gratulatur. *Greg. 21. moral.*

o Quādo ignorabā, me instruxit: quādo errabam, me reduxit, quādo peccabam, me correxit: quando steteri, me tenuit: quando cecidi, me erexit: quādo iui, me duxit, quādo veni ad ipsum, me suscepit: & subdit, nec pro his omnibus, quid rependā habeo, nisi tantum vt diligam. Nō enim melius, nec decentius, quā per dilectionē rependi potest, quod per dilectionem datum est. *Per. super illud psal. Quid retribuā do mino &c.*

p Non abduci blanditiis, nec seduci fallaciis, nec iniuriis frangi, toto corde, tota anima, tota virtute diligere est. *Ber. super Cantica.*

q Ordinē dilectionis illi peruertunt, nec modum diligendi custodiūt, qui aut mundum, qui contemnendus est, diligunt: aut corpora sua minus diligēda plus diligunt, aut proximos suos non sicut seipsos, aut Deum plusquā seipsos forte non diligunt. *Prospe. li. 1. de vita contēplatiua.*

r Dilectio Dei est omnia cōmoda & incommoda postponere causa perfruendi Deo. Dilectio proximi est priuata commoda postponere causa perfruendi amico. *Hugo de substantia dilectionis.*

*Fulgen-
tius i quo
dam ser.* f Necessè est, vt quò præcesserit dilectio-
nis thesaurus, illic etiam cogitationi se qua-
tur affectus, ideo veritas ait, Vbi enim est
thesaurus tuus, ibi & cor tuum erit. vt ergo
in cælis thesaurizemus, cœlestia diliga-
mus. Vis nosse vbi thesaurizas? attēde quid
cogitas. ita fiet, vt thesaurum tuum ex tuo
amore cognoscas, & amorem tuum iudi-
cio tuæ cogitationis intelligas.

*Cas. super
psal. Dili-
gā te do.
Ec.* r Diligere, quasi de omnibus eligere.
Ignis est charitas Dei, virtutum progres-
sionibus crescens, quæ quanto magis con-
cupiscitur, tanto efficacius ampliatur.

Ibidem. v Inaudita est dilectio, quæ amicum di-
ligit, & præsentiam eius non amat.

*Pet. Rau.
in epi.* x Cùm humanæ conditionis status multi-
plici motu varietur, nihil in temporalibus
inuenio præter vnum, quod vitæ cœlestis
imaginē representet. Sola dilectio est, quā
nō alterat casualis euētus, quam separatio
corporalis non diuidit, quā temporis lon-
gitudō non abolet, quæ defectui non suc-
cumbit. Sola dilectio est, per quam amicos
absentes videmus, alloquimur, amplexa-
mur, quæ sic quadam angelica agilitate &
imaginario comiteatu transuolat & recur-
rit. vt nihil de damno corporeæ molis aut
distantiæ localis iniuria conqueramur.

Ibidem. y Fortis est dilectio vt mors. cum enim
comp

compagē membrorū, animæque & corporis fœdus amicabile mors abrumperet, dilectio econtrariò diuersas voluntates conseruat in vnâ, & in glutino charitatis diuersarum animarum consolidat vnionem.

z Dilectio absentia: damna non sentit: *Ibidem.* cūque diuturnitate temporum plerunq; soleat infirmari dilectio: & temporis tractu & locali distantia conualefcit.

a b Nihil est quod non toleret qui perfecte diligit. *Seneca. in prover.*

Vide etiã in ti. Adiutoriū, a. Amicitia, a l. Amor. charitas, o, p. Correctio, c, d. Crux, h. Deus, v. Discordia, k. Misericordia, a, f. Perfectio, a, b. Proximus & prosperitas, m. Sanctitas, b. Virtus, a.

Discere.

a **A**D discendum quod opus est, nulla *Augus. in* ætas sera videri potest: quod & si *epist. o. ad* senes magis decet docere, quàm discere: *Hiero.* magis tamē decet discere, quàm ignorare.

b Nihil prodest facienda didicisse, & nō *Hiero. in* facere. Melius est nescire aliquid, quàm *epist. o.* cum periculo discere.

c Optabile est & mihi perclarum vsq; ad *Gre. Na-* ultimam discere senectutē: quā nulla ætas *xan. i apo* ad perdiscēdum sufficere pōt. Docere verò *loget.* alios, affectare eū, qui nō sufficiēter instructus est, res mihi videtur antiqui puerbij: in dolio discere artē figuli: hoc est in peri-

culo animarum, doctrinā discere pietatis.

*Hug. li. 3.
d' d'asca-
lion.*

d Sapiens quidam, cum de modo, & forma discendi interrogaretur: Mens inquit humilis, studium quærēdi, vita quieta, serutinium tacitum, paupertas, terra remota. Hęc referare solent multis obscura legendo. Audierat puro quod dictum est, mores ornant scientiam, & ideo præceptis legendi præterea quoque viuendi adiungit: vt & modum vitæ suæ & studij sui rationem lector agnoscat. Illaudabilis enim est scientia, quam vita maculat impudica: & iccirco summopere cauendum est ei qui quatit scientiam, vt non negligat disciplinam.

Ibidem.

e Multos hoc decipit, quòd ante tēpus sapiētes videri volūt: vt iam & simulare incipiāt, quod nō sunt: & qđ sunt, erubescere: & eo longius à sapiētia recedunt, quo nō esse sapientes se putari putāt. Sed si magnorum & sapiētum vel scripta audierūt, vel verba: nos, inquit, vidimus illos, & nos ab illis legimus: sepe nobis loqui illi solebant. Illi summi, illi famosi cognouerunt nos, sed vt me nemo agnoscat, & ego cūcta nouerim.

Hugo. ibi.

f Ab omnibus libēter discere, qđ tu nescis: quia humilitas cōmāne tibi facere potest, quod natura cuiq; propriū fecit. Sapiētior omnibus eris, si ab omnibus discere volueris. Qui ab omnibus accipiunt, omnibus ditior

ditiores sunt. Audi Crylippū in puerbiis,
 Quod tu nō nosti, fortassis nouit asellus.

g Qui em̄ diligēter inspicere velit, quid *Hug. ibi.*
 antiqui ppter amorem sapientiæ per tulerunt, quā
 memorāda posteris virtutis sue monimenta reliquerint,
 quālibet suā diligentia inferiorē esse videbit. Alij calcabāt
 honores: alij proiecerunt diuitias: alij accēptis iniuriis
 gaudebāt: alij pœnas spreuerunt: alij cōtubernia
 hominū deserētes, vltimos recessus & secteta
 eremi penetrantes, se soli philosophiæ dedicabant:
 vt quātū mēte & intelligentia à ceteris differrēt,
 ipsa locorum distantia demonstraret: ne vna
 teneret habitatio, quos non eadem sociabat
 intentio. Cuidā philosopho referebat quidam
 dicens, Nunquid non vides quā te derident
 homines? & ille, Ipsi me, inquit, derident,
 & eos asini. Cogita, si potes, quanti
 aestimauerit laudari ab iis, à quibus nec
 vituperari timuit.

h Quid est quod ex tanta turba discen- *Hug. ibi.*
 tium quorum multi & ingenio pollent & *lib. 5.*
 exercitio vigent, tam pauci inueniantur,
 quibus ad sciētiā peruenire cōtingat? Sciē-
 dū est quod in quolibet negotio duo sunt
 necessaria: opus videlicet & ratio operis:
 quæ tra sibi annexa sunt, vt alterū sine
 altero aut inutile sit, aut minus efficax. Verū
 tamen

homo melior, ut dicitur, prudentia est fortitudine: quia & apponēda aliquando quæ viribus mouere non possumus, arte leuamus. Sic nimirum est in omni studio, quæ sine ordine & discretionē operatur: laborat quidē, sed non perficit: & quasi aërem verberans vires in ventum fundit. Aspice duos pariter syluam transeuntes: & hunc qui semper deuia laborantem, illum verò recti itineris compendia eligentem: pari motu cursum tendunt, sed non æquè perueniunt. Quid autem scripturam dixerim nisi syluam? Cuius sententias quasi fructus quosdam dulcissimos legendo carpinus: tractando ruminamus. Qui ergo in tanta multitudine librorum discendi ac legendi ordinem non custodit, quasi in densitate saltus oberrans, tramitē recti itineris perdit: & ut dicitur, semper discentes: & nunquam ad scientiam peruenientes. Tantum enim valet discretio, ut sine ipsa & omne

In collatione Isaac ocium turpe sit, & labor inutilis.

secunda. i Proxim⁹ cognitiōi est, quod debet inquirere, prudenter agnoscit. Maxima enim pars intelligentiæ est, scire, quod nescias.

In collatione Nestoris abbat. k Nunquam ad rationē veritatis intrabit quisquis à discussione cœperit erudiri.

Rabi Moy ses, lib. 1. l Tria sunt, ut ait Alexander, quæ impediunt hominem apprehēdere veritatē rei,

scilicet

scilicet amor altitudinis, subtilitas ac profunditas rei inuestiganda, & ignorãtia in-
 quiritoris, siue breuitas potētiae suae in ap-
 prehendēdo. In nostro autē tēpore est cau-
 la quarta, quā nō numerauit Alexāder, quā
 nō erat in tempore suo, & hæc est societas
 nutritiua, quoniam in natura hominis est
 amor sequendi illū, cū quo habet societa-
 tem, & diligere ea, in quibus nutritus est.
 adeo q̄ videbis habitatores villarum, licet
 sint ibi in sordib⁹, & in defectu delectatio-
 num, & in malitia ciborū, vt odiāt habita-
 tionem ciuitatū, nec delectātur in delitijs
 earū, & eligunt potius ea, in quibus nutriti
 sunt, q̄ ea in quibus non sunt: licet sint me-
 liora. Simile cōtingit homini in scientijs
 & opinionibus, in quibus nutritus est ab in-
 fantia sua, quoniā diligit illas & cōfirmat
 rationes earum, & anxiatur in cōtrarijs. &
 ideo propter istā causam deficit intellect⁹
 hominis in apprehēsiōe veritatis: & sequi-
 tur ea, in quibus nutritus est: & tunc reno-
 uabitur in eo dominatio cogitationum si-
 miliū & seq̄la defectuū & malitia morū.
 id accidit propter societatem, & nutriturā
 cum illis, quorū opinio confirmatur in eo.

Interdū expedit patriā negligere, vt in *Ca. lib. I.*
 pietia q̄s possit acquirere. Vlysses Itacus *epis.*
 nisi hoc fecisset: laboribus propriis forte
 latuiss

latuisset, cuius sapiētiā hinc maxime Homeri nobile carmen asseruit: dum illi prudentiores sunt semper habiti qui multorum hominum cōuersationib⁹ p̄bātur eruditi.

Cass. lib. 3.

n Desiderabilis est literarum eruditio, q̄ naturam laudabilē eximie reddit ornata. Ibi enim prudens inuenit: vnde sapientior fiat: ibi bellator reperit, vnde animi virtute roboretur: inde princeps accipit quomodo populos sub æqualitate componat: nec aliqua in mundo potest esse fortuna, quam literarum non augeat gloriosa notitia.

*Cass. li. 2.
epi.*

o Hic enim decorum est, terminum nō habere, hic honesta probatur ambitio, cuius etiam & nimietas placet: omne siquidem scientificum quanto profundius quaeritur, tanto gloriosius inuenitur.

*Cassio. in
quadā ep.
lib. 1.*

p Querat eruditus vnde possit esse gloriosus. prudens frequentiam non respuat hominū, quos nouit esse laudandos. alioquin fama tollitur virtutū, si earum merita in hominibus nesciātur. Nam quale desiderium est ciuium frequentiam deserere, cum aliquas quoque auium cōuersationi humanæ videamus se velle miscere?

Cass. ibid.

q Quod in iuuentute nō discitur: in maturatione nescitur. Ars. n. bellā si nō p̄cluditur, quū fuerit necessaria, nō habetur.

Ibidem.

r Aegrè namque didiscitur, quod didicit

etas tenerior: quia, Quo semel est imbu-
ta, recens seruabit odorem Testa diu.

f Nihil tam incredibile, quod non di- *Ibidem.*
scendo fiat probabile.

t Lectio certa pdest, vera delectat. Qui *Sen. epist.*
quò destinauit peruenire vult, vnã se qua *sol. 43.*
tur viam, non per multas angetur: non ire
istud, sed errare est.

v Mutuo ista fiut: & homines dũ docet di *Sen. ep. 7.*
scut: nõ est, quod gloria publicã di ingenij
pro. lucat in medium, vt recitare istis velis,
aut disputare. Si haberes isti populo idone
am mercedẽ, nemo est, q̄ itelligere te pos-
sit. cui ergo, inquis, ista didici? nõ est quòd
timeas ne operã p̄dideris, si tibi didicisti.

x Quid est stultius, quã quia diu nõ di *Sen. 76.*
diceris, nõ discere? omnis ætatis homines *epist.*
schola admittit. Tandiu discendũ est quan-
diu nescias. Si proverbio credis quandiu
viuas, etiam seni discendum est.

y Mores primum, mox sapientiam di- *Ibidem.*
sce: quæ sine moribus male discitur.

z Debent homines viaticũ senectutis lite *In prom.*
rarũ eruditione parare. discendo, ne defe- *philoso-*
cerint insipienti animo: literas tã quã m ba- *phorum.*
culum infirmo corpori repertas esse: eun-
dem finem esse discendi, qui & viuendi.

Vide etiã in tit. adiutor. contẽptus. a. cu-
riositas. doctrina, a l. a m. a p. a q. a r. a u.
b. h.

b. h. b. m. exercitatio & magister & philo-
sophia. t. sapiētia. h. i. x. a. b. a. r. a. s. t. u. d. i. u. m
& taciturnitas. n. o. *Disciplina.*

*Gre. li. 13.
mora.*

COr quod sine disciplina est, exalta-
ri non valet: quia humana mens si-
cut male eleuata in infirmis premitur: sic
bene pressa in sublimibus leuatur.

*Bern. epi.
capi. 13.*

O quàm cōpositum reddit omnē cor-
poris statum, necnō & mentis habitu disci-
plina. Cervicem submittit: ponit superci-
lia: componit vultum: ligat oculos: cachin-
nationes cohibet: moderatur linguam, frē-
nat gulam: sedat iram: format incessum.

*Ber. super
tanti.*

In iugo disciplinæ insolētia morū domā-
da est: quousque duris ac diuinis seniorum
attrita legib⁹ humilietur, & sanetur cerui
cosa volūtas: bonūque in se naturæ quod
superbiēdo amiserat, obediendo recipiat.

*Cy. epi. 2.
de discipli-
na. Cha-
bitu vir.*

Disciplina custos spei, retinaculum fi-
dei, dux itineris salutaris fomes an nutri-
mentum bonæ indolis, magistra virtutis
facit in Christo manere semper, ac iugiter
Deo viuere, ad promissa cœlestia & diuina
præmia peruenire.

*Hug. de
inst. noui.*

Quāuis in nullo loco disciplinā suam
homo deserere debeat: diligentibus tamē
ibi conseruanda est, vbi vel neglecta plu-
ribus generat scandalum, vel custodita bo-
næ imitationis est exemplum.

Qui

f Qui breui tempore pro pudore disciplinam non patitur, omni tempore in pudore insipientiæ permanebit. *Pythago. in suis pceptis.*

g Educatio & disciplina mores facit, & illud sapit vnusquisque, quod didicit. *Sene. li. de moribus.*

Vide etiam in ti. conuersatio & dolitiæ. h.

Discordia.

a **D**issentiones nūquā debēt amari: sed aliquā tamen aut à charitate nascuntur aut charitatē p̄bant. Quis enim facile inuenitur, qui velit reprehendi? Et vbi est ille sapiens, de quo scriptum est, Corripe sapientem, & amabit te? Nunquid tamen ideò non debemus reprehendere, & corripere fratrem, ne securus tēdat in mortem? *Aug. epi. cap. 57.*

b Nihil minùs semper optaui, quàm inter eos, qui cū multum dixerint, multumque sermocinati sunt: oriri aliquid vnde nouus quasi conflictus exurgat. *Au. cōtra Academi- cos.*

c Melius est emigrare cū gratia, quàm cohabitare cum discordia: melius est sine lite abire, quàm cum iurgio residere. *Am. in li. de patrie archis.*

d Nulla spatia possūt satis esse discordibus: quietis & pacificis ēt angusta abūdāt, dissonis moribus etiam spatiosa arctātur. *Amb. ibid.*

e Contentio est impugnatio veritatis cum confidentia clamoris. *Ambrosi.*

f Quisquis corpus affligit, sed concordiam deserit: Deum quidem laudat in tympano, *Hie. sup. ep. ad Ro.*

Laudent sed non laudat in choro.

nomē eius g Vbi dissensio est, vbi inuidia est: ibi
in choro. chorus non est.

Ibidem. h Qui modestè alloquitur proximū, gra-
 tū accipit respōsum: & quasi de vberib', in

Hic super quibus lacquerēbat, butyrū exprimit. Sed
il pro. 29. qui incepto verbo rixā & discordiā ex fra-

Qui re- terno corde prouocat, quasi necessaria vl-
hemē- tra modum emungens sanguinem elicit.

ter emū- i Concordia minimæ res crescunt, di-
git, elicit scordia maximæ dilabuntur.

sanguinē: k Sicut nihil est pretiosius Deo virtute
et qui pro dilectionis: ita nihil est desiderabilius dia-

uetat iras bolo extinctione charitatis. Quisquis er-
pdacit dis go seminando iurgia, dilectionē proximo

cordias. rum perimit, hosti Dei familiarius seruit.

Glosa sup l Per Salomonē dicitur: q̄ dimittit aquā,
illud Ec- caput est iurgiorū. Aqua ppriè dimittitur,

clesia. 21. quū linguę flux' effrenatur: sed dimissor a-

Obiurgas que iurgiorum caput efficitur: q̄a p̄ lingue
tio et inu- incōtinentiā discordiæ origo propinatur.

rie annul m Discordestādiu nullum boni operis
labūs sub sacrificium Deo immolant, quandiu à pro-

stantiam. ximorum charitate discordant.

Gre. i pa. n Peruersæ mentes si semel ad studium
Gr. q. mo. contrarietatis eruperint, siue prauum siue

Gr. in pa. rectum quid à contradicentibus audiant,
Gre. li. 9. aduersis hoc responsionibus impugnant:

mo. quia quum persona per cōtrarietate displi-
 cet,

cer, nec recta, quæ protulerit placet. At contra bonorum corda, quibus in odium non venit persona, sed culpa: sic peruersa diiudicant, ut recta quæ dicuntur assumant, & sic male prolata respuunt: ut tamen approbent, quæ ex veritate cognoscunt.

o Discordia est aliquorum diuersio, quos prius amoris vinculum colligauit. Concordia est conuenientium in rectitudine animorum indirupta quædam & vnita complexio. Seditiosus est, qui dissentionem animarum facit, & discordias gignit. *Isid. et y.*

p Conspiratio apud spiritualiter viuentes contra ordinis disciplinam & maiorum instituta confœderatio est. *Cas. super psal.*

q Sumopere iurgia fuge. nam contra parum contendere anceps est, cum superiore furiosum, cum inferiore sordidum, maxime autem contra fatuum contentionem inire: nam absentem lædit: qui cum ebrio litigat. *Ibidem.*

r Principium discordiæ est, aliquid commune suum facere. Turpius nihil est, quam cum eo bellum gerere, cum quo familiariter vixeris. *Se. in pro.*

Vide etiam in ti. amicitia. a e. a v. doctrina. a l. ieiunium. a h. loquacitas. h. pax. reconciliatio. c. g. testimonium. c.

Discretio.

a **E**X studio arcus distenditur ut in suo tempore cum vtilitate tendatur: qui *Gre. 29. mora.*

si otium relaxationis non accipit, faciendi virtutem ipso usu retentionis perdit. Sic aliquando in exercitatione, virtus quum per discretionem prætermittitur, reseruat, ut tantò post vitia valenter feriat, quantò à percussione interim prudenter cessat.

Gre. ibi. b Plerumque virtus quum indiscretè tenetur, amittitur: quum discretè intermittitur, plus tenetur.

Greg. 21. mora. c Sactorum prouida discretio, dum sollicitè circumquaque cõspicit in altum posita prius quàm veniat, culpam deprehendit. eamque quò vigilanter prænotat, eo fortiter declinat.

Ibidem. d Sepe dum nosmetipsos plus iusto discutimus, de ipso discretionis studio indiscretè erramus: & mentis nostræ acies quò plus cernere nititur, eò deorsum obscuratur: quia quum importunè solis radios aspicit, tenebrescit.

Gre. Nazænus in apo. e Medij quidem incedere debemus inter nimium timidos, & nimium temerarios: ut simus quidem verecundiores his, qui ad indebitos honores foeda ambitione nituntur: & paulò confidentiores his, qui futuri iudicij metu etiã bonorum actuum cuncta fugiunt.

Ber. super ca. ser. 24. f In cunctis nobis semper debet præfesse discretio: & quasi moderando singulas discernere voluntates, ne opinio verisimilis fallat, ne decipiat sermo versutus, ne quod bonum est, malum: ne quod malum est, bonum esse credatur.

g Discretio quippe omni virtuti ordinē *Per. super*
 ponit, modū tribuit, decorem & perpetui- *can.*
 tatem confert. Est ergo discretio non tam
 virtus, quā quædā moderatrix virtutum:
 ordinatrix affectuum & doctrix morum.
 Tolle hanc & virtus vitium erit: ipsāque af-
 fectio naturalis in perturbationem magis
 conuertetur, exterminiumque naturæ,

h Tutius est chordas remitti intensius, *Chrys. de*
 quā protendi: remissarum namque in- *cur. alien-*
 tenio artificis peritia conualescit: sed quæ *na ma-*
 semel rupta est, nullo artificio reparatur. *gis.*

i Quicquid boni cum discretione fece- *Isi. i li. de*
 ris, virtus est: quicquid sine discretione ges- *synodis.*
 seris, vitium est. Virtus enim indiscreta
 pro vitio deputatur.

k Discretio est in diiudicandis rerum *Isi. in syz*
 causis prouida & humanarum mentium *nonyms.*
 ratio moderatrix.

l Ratio est gerendorum ordo ex causa *Ibidem.*
 venientium vt quid, quo loco facias, ac di-
 cas, intelligas.

m Omni conatu debet discretionis bonū *In collat.*
 virtute humilitatis acquiri: quæ nos illesos *abbatis*
 ab vtraque potest nimietate seruare. Vetus *Moy. 2.*
 nāque sentētia est: Apogyca Isogyca id est,
 nimietates equales sunt. Ad vnum enim fi-
 nem nimietas ieiunij, ac voracitas perue-
 nit. eodēque dispēdio vigilarum immo-

derata continuatio monachum, quo somni grauisissimi torpor inualuit. Nā per excessum continentia debilitatum quemque ad illū statum reuocari necesse est, in quo negligens quisque per incuriam detinetur.

Ibidem.

n In vtraq; enim parte sustinebit maximum detrimētū quisquis inēqualitatē tenē; nūc vētrē ieiuniorum ariditate cōstringit, nūc escarū nimietate distēdit. vt enim mēs cibi inanitate laxata, perdit orationum vigorē, dū carnis nimia laxitudine prægrauata cōdormitare compellitur: ita rursus nimietate voracitatis oppressa emittere ad Deum preces puras leuēsq; non poterit.

Pet. Rau.

m quodā sermo.

o Cūctā disciplinā regularis ordinis morderetur æqualitas discretionis, ne vel nimia remissio nutritiua sit criminum, vel impia discretio parricida virtutum.

Ibidem.

p Discretio virtutib⁹ modū imponit, sine qua virtutes sunt vitia, nam si adsit timor & non discretio, transit in desperationem: si dolor, in amaritudinem: si amor, in adulationem: si spes, in præsumptionem: si latitia, in dissolutionem: si ira, in furorem.

Anony- mus.

q Ad rē gerendam quæ accidit, caueat ne id solūmodo cōsideret, quòd illa res honesta sit: sed etiam vt habeat efficiendi facultatem. In quo ipso considerandum est: ne aut temerè despicias propter ignauiam,

aut

aut nimis cōfidas propter cupiditatem. In omnib⁹ autē negotiis prius q̄ aggrediare adhibenda est discretio. Cōsidera ergo ne nimis cupias: nā in prouerbio dicit, Qui nimis cupit, parū stringit: & partiendū est opus sub quo in via nō deficias, iuxta illud: Qui plus posse putat sua, q̄ natura ministrat, Possē suū superans se minus esse pōt.

Vide etiā in tit. Carō. d. Correctio. p. b. a. c. k. Dilectio. e. Humilitas. i. a. s. Loquacitas. g. l. Prudentia per totum. *Diuitia.*

a Diuitiæ seculares si desunt, nō p̄ mala opera quærat̄ur in mūdo, si autē adsūt, p̄ bōa opa seruēt̄ur in cœlo. Animū virilē & Christianū nec debēt, si accedant, extollere, nec debent frāgere, si recedant.

*Aug. epis
sto. 140.*

b Veræ illæ sunt diuitiæ, quas cū habuerimus, perdere non possumus.

*Aug. sup
Matt.*

c Morbus diuitiarū, est superbia, nā grādis animus est, qui inter diuitias isto morbo nō tētatur. maior animus diuitias suas vincens cōtēnēdo. Magnus est ergo diues, qui nō se ideō magnū putat, q̄a diues est. Superbus, qui & egenus est, in carne crepat in corde mendicat, inflatus est nō plenus.

*Angu sero
mo. 29.*

d Difficile est, vt nō sit supb⁹, q̄ diues est. *Ibidem.*
Tolle superbiam, diuitiæ non nocebunt.

e Aurum est materia laborū, periculum possidentium, aurum eneruatio virtutum, *bis domi.*

aurum malus dominus, proditor seruus.

Aug. ibid. f Aurū amplius cruciat, apud quem largiūs fuerit. aurum amanti se nihil de sua possessione permittit, refundens ei reatū suum, cui visum negat.

Aug. in homil. de diuinite. g Ideo rogans diues non exauditur in tormentis, quia rogantem pauperem non exaudiuit in terris.

August. in originali sup p̄sa. 5. h Hoc attēdite ne p̄ssim diuites reprehēdatis, & rursum ne de paupertate & egestate p̄sumatis. Si em̄ nō est p̄sumendum de diuitiis: quātō magis non est p̄sumendum de paupertate? pauper vlcerosus non habens escā, non ipsam vestem, ablatu est ab angelo in sinum Abrahæ. Vides quis sublatus est, non vides quō sublatus est in sinū Abrahæ, lege scripturā, & inuenies diuitem Abrahā. Sublatus est ergo in sinum diuitis pauper, an potius ambo diuites Deo, ambo à cupiditate pauperes?

Glo. Aug. sup p̄s. 61. i Diuitiæ si affluant, nolite cor adponere. Ille igitur, qui nō habet, nō ambiat, is qui habet, nō supbiat: & nō dicit, nolite habere, sed cor adponere. Nō enim dānat diuitias, vnde mereamur cœlū, sed cor appositū quod scilicet nō expendit, sed recondit.

Glo. Aug. super illud p̄sal. 68. k Nō diuisim, nō separatim tēpore messis hoc faciet: diuites intellige supbos: pauperes humiles. habeat q̄s multas pecuniarum

rū facultates, si in eis nō extollitur, pauper est: non habeat aliqd, & cupiat, & infletur, inter diuites reprobos eum deputat dominus, quia diuites & pauperes in corde interrogat Deus, nō in arca aut in domo.

I Suficientiā vitæ non indecenter vult, *Augu. ad* quisquis eā vult, & nō amplius. quæ quidē *Probam.* non appetitur propter seipsam, sed propter salutem corporis & congruentem habitū personæ hominis, vt nō inconueniens eis, cum quibus viuendum est. Ista ergo quum habentur, vt teneantur, quum non habentur, vt habeantur, orandum est.

in Diuites discāt, nō in facultatibus crimen haberi, sed in his, qui vti nesciunt, nā *Amb. sup* diuitiæ vt impedimenta sunt improbis: ita *Luc. li. 8.* bonis sunt adiumenta virtutis.

n Caterū ita incubuerunt mores hominum in adunatione diuitiarum, vt nemo *Amb. de of.* nisi diues honore putetur dignus. *Hier. li. 1.*

o Qui diuitiarum seruus est, diuitias custodit vt seruus, qui autē seruitutis discul- *super illud* serit iugum, distribuit eas vt dominus. *Ma. Nō po* *testis Deo* *seruire* *mammo.*

p Vnūquodque nō hominum, sed rerū *Hie. i. epi.* pondere iudicandum est. nec diuiti obsunt *ad Salu.* opes, si bene vtatur, nec pauperem egestas *Gre. ho su* commendabiliorem facit. *per illud,*

q Solæ diuitiæ vere sunt, quæ nos virtutibus diuites efficiūt. Si ergo fratres diuites *Exiit qui* *seminat.*

esse cupitis, veras diuitias amate. Si culmē veri honoris, quæritis, ad cœleste regnū tēdite. Si gloriā dignitatū diligitis, in illa superna angelorū curia adscribi festinate.

Gre. li. ii. moralū. r Facile est homini tunc diuitias despiciere, cum habet: difficilē verò, quum non habet, viles æstimare.

Gre. i ho. s Terrena substantia æternæ felicitati comparata, pondus est, non subsidium. Temporalis vita æternæ vitæ comparata, mors est potius dicenda, quàm vita.

Gre. i ho. t Res suas, cum moreretur diues, secum tolleret, si ad petentis vocem cum viueret tulisset. nam terrena omnia, quæ seruando amittimus, largiendo seruamus.

Ber. lib. de consideratio. v Forsitan aliquā excusationē habuisset, si ad portam eius non iacuisset, si remotus fuisset, & vlcera eius non cognouisset.

Bern. sermo. 4. x Aurū & argentū, & cæteta huiusmodi quātū ad animi bonū spectat, nec bōa sūt, nec mala. vsus tamē horū bonus: abusio mala, sollicitudo peior, quæstus turpior.

Ber. ibid. y Filij Adā genus auarum, quid vobis cū terrenis diuitiis, quæ nec veræ, nec vestræ sunt? Aurum & argentum verè terra est rubea & alba, quam solus error hominum facit, aut magis reputat pretiosa, denique si vestra sunt, tollite ea vobiscum.

Ber. i ser. z Veræ ergo diuitiæ, non opes sunt, sed virtutes, quas secum conscientia portat, vt

imperpetuum diues fiat.

a b Camelus vnum solum pondus habet, diues duo: vñu terrenarum possessionum, aliud peccatorum. Primum in morte deponitur, aliud velit nolit moriens retinet, nisi ante mortem deponat. *Ber. in sermo.*

a c Sudat pauper foris in opere, sed nunquid anxie diues intus in sua cogitatione laborat? Aperit iste os suu in olcitatione, aperit ille in ructuatione. & interdum grauius ille fastidio, q̄ iste inedia cruciatur. *Ber. in sermo.*

a d Diuitiaru sequela est luxuria, ita intemperans, furor iniustus, arrogantia superba, omnisque irrationabilis motus. *Chry. i. li. qd' nemo leditur nisi a seipso.*

a e Si possibile esset in diuites vindicta procedere, videres ex eis repleri carceres vniuersos. Sed cu omnibus malis suis hoc malum habent diuitia, quod in malignitate peccantes ab vltionibus eruunt. *Chry. sup epi. ad Hebr. ser. 2.*

a f Vanitas vanitatu, & omnia vanitas & cetera. Hunc versiculū si saperet, qui in potentia & diuitiis versantur, in parietibus omnibus, & in vestibus suis scriberent, in foro, in domo, in ianuis & ingressibus, & ante omnia in conscientiis suis, vt semper eum oculis cernerent, & corde sentirent. *Chry. sup illud Ma.*

a g Omnia bona mudi triplex interitus tollit, aut ex seipsis veterascunt, aut luxu dolo minoru suoru consumuntur, aut ab extraneis. *6. Vbiarn go & tie nea. &c.*

dol

dolo vel violentia, vel calūnia diripiūtur.
Ist. lib. 16. a h Apud antiquos autē prior eris, quā m
etymolog. ferri cognitus vltus, ære quippe prius pro-
 scindebant terrā, ære cerra mina belli ge-
 rebant, erātq; in pretio magis, aurum verò
 & argentum propter inutilitatem reiicie-
 bantur. nunc versa vice iacet æs, aurū sum-
 mo celsit honore. Sic voluenda ætas com-
 mutat tempora rerum, & quod fuit in pre-
 tio, sub honore est denique nullo.

Raba. sup a i Omne terrenū vel æruginē cōsumitur
Matt. 6. vt aurū & argētū, vel putredine & vermi-
Vbi arugo Lus vt vestis: & qđ ab his immune est, à fu-
& tineas. ribus tollitur, vt lapides pretiosi. In his er-
Ec. go omne genus auaritiæ reprehenditur.

Raba. sup a k Magnæ dignitatis fuit apud seculū,
illud mat. sed maioris meriti apud deū: quia nō erat
28. Homo diues diuitiarum amore, sed tantummodo
quid. di- possessione. ideò diuites non excluduntur
nes ab Ari à discipulatu Saluatoris. Iste enim diues e-
mathia. rat, & discipulus, quia non pecuniæ ama-
 tor, sed ipſius distributor.

Beda i gl. a l Non reprehenditur diues, quòd terrā
super illud coluerit, vel fructus in horrea congrega-
Luc. 2. Cu uerit, sed quòd fiduciā vitæ in illis posue-
ns dā diui rit, nec pauperibus erogauerit, vt ab eis re-
tis homi- ciperetur in æternis tabernaculis.

nis. Ec. a m Familiaris res est humanum cor, opi-
Beda sup bus ac libertate disolui, ærumnis verò ac
Esd. li. 1. paupertate ad semetipsum recolligi.

a n Insidiæ sunt in diuitiarũ amplitudi- *Leo papa*
 ne, insidiæ paupertatis angustiis; illæ ele- *in sermo.*
 uunt ad superbiam, hæc incitant ad querelã.
 Tractat sanitas, têtat infirmitas, & illa ma-
 teria est negligẽtia & hæc causa tristitiæ,
 laqueus est in securitate, laqueus in timore,
 nec interest utrũ animus, q̄ terreno tene-
 tur affectu, gaudiis occupetur, an curis: cũ
 par morbus sit, vel sub vana delectatiõẽ læ-
 guere, vel sub anxia sollicitudine laborare.

a o Auri custos, seruator argenti securita *Pet. Rau.*
 tem non habet, nescit quietem: & cui deest *in quodã*
 securitas, quies perit. Pœna diues est ille, *sermo.*
 non sensu.

a p Aurum erogare, bonum est: reponere, *Ibidem.*
 malum: contemnere, validũ: fugere per
 securum: quod sicut vincere virtutis est, ita
 felicitatis euasisse.

a q Obturatis auribus nihil esset vox vni *Petr. Rau.*
 clamãtis. Vñ dominus ad aperiendũ cor eius *uẽ. in ser.*
 totũ corpus eius vlceribus cooperuit, vt tot *de diuite.*
 essent ora clamãtia, quot vlcera existẽtia.

a r Nihil tibi profunt diuitiæ, si diuitiarũ *Val. episc.*
 beneficiis non utaris. nã pars mendicitatis *in sermo.*
 est, congestã secretò pecuniam possidere.

a s Nihil clausum cõstat, quod auro ar- *Val. episc.*
 gentoque nõ pateat, nihil occultum, quod *ibidem.*
 non pecunia indagante sit cognitum.

a t Diues in superfluitate resoluitur, & ia *Innoc. de*
 Ctan

vilitate cō- Stātia effrenatur, currit ad libitū, & corrumpit
ditionis Im- ad illicitū, & fiunt instrumenta pœnarū, q̄
mana. fuerāt oblectamēta culparū. Labor in acq-
 rēdo, timor in possidēdo, dolor in amittē-
 do mentē eius semp̄ fatigat, sollicitat & af-
 fligit. vbi est thesaur⁹ suus, ibi & cor suū.

Hugo. a v Diues dicitur à Diuo, qui quasi Deus,
 nihil creditur indigere.

Boetius 4. a x Diuitiæ quātis implicite sint malis,
de conse- breuissimè monstrabo. Quid em̄ pecuniā
latio. ne congreges conaberis, si eripias habenti-
 bus dignitatibus fulgere volens, dāti suppli-
 cabis: & qui præire ceteros cupis, poscēdi
 humilitate vilescis. Potentiam desideras,
 subiectorum insidiis obnoxius, periculis
 subiacebis. Gloriam petis, sed per alpera
 quæque distractus securus esse deū^{is}. Vo-
 luptariam vitam legas, sed quis non sper-
 nat atque abiciat vilissimę fragilissimęq;
 rei corporis seruum esse?

Senec. 16. a y Congeratur in te quicquid multi locu
episto. pleres possederant, ultra priuatum pecu-
 niæ modū fortuna te prouehat, aut te regat,
 purpura vestiatur, & ad hoc modus deliciarū
 & opum te perducat, vt terram marmori-
 bus abscondas, non tantū tibi habere
 liceat, sed calcare diuitias. Accedant sta-
 tuæ, picturæ: & quicquid ars illa luxuriæ
 elaborauit, maiora cupere ab his disces.

a z Quid retert quārum illi in arcā, quā- *Senec. ibid.*
 rum in horreis iaceat, si alieno inhiet, si
 non quaesita, sed quaerenda computat: Non
 enim pauper est, qui minus habet, sed qui
 plus cupit: nec qui plus habet, sed qui mi-
 nus cupit, diues est.

b a Si cui sua nō vidētur amplissima, li- *Sen. 1.º epi.*
 cet totius mūdi dominus sit, miser est: qui
 autē sibi satis est, cum diuitiis natus est.

b c Nemo alius est Deo dignus, quā *Senec. 18.º*
 qui opes contempfit: quarum possessionē *epist.*
 tibi non interdico, sed efficere volo, vt il-
 las intrepide possideas.

b d Breuissima ad diuitias per contem- *Senec. 63.º*
 ptum diuitiarū via est: quisquis contemne- *epist.*
 re potest omnia, habere omnia nemo po-
 test. Necessariū est ergo paruo assuescere.
 Quicquid vult, nemo habere potest, illud
 autem potest nolle, quod non habet.

b e Quemadmodum nihil refert vtrum *Senec. 18.º*
 agrum in ligneo lecto aut in aureo collo- *epist.*
 ces, quocūque illū transtuleris morbū suū
 transferet secum. Sic nihil refert vtrum
 æger animus in diuitiis, aut paupertate po-
 natur, malum suum illum sequitur.

b f Nemo nascitur diues. q̄squis exit in *Senec. 20.º*
 lucē, iustus est lacte & pane esse contentus. *epist.*
 ab his iniitiis nobis regna non sufficiunt.

b g Quāta demētia hæredis iures ꝑcu- *Idem.*
 rare

rare, & sibi omnia negare. Magna em̄ hereditas ex amico inimicū facit: plus enim gaudebit tua morte, quo plus accepit.

Sen. 5. epi. b l Magnus, qui fictilibus sic vititur, quē admodum argento. nec ille minor est, qui sic argento vititur, quē admodum fictilibus. Infirmi animi est, pati non posse diuitias.

Senea. 16. epist. b i Si ad naturā viuas, nūquā eris pauper, si ad opiniones, nūquā eris diues. Exiguā natura desiderat, opinio immensum.

Sen. de re mediis fortune. b k Iste quem dominū existimas, pecuniæ locus est. multū habet, ignoras utrū avarus, an prodigus sit. Si prodigus, nō habebit: si avar⁹, nō habet. Iste, quē tu felicem admirans credis, sæpe dolet, sæpe suspirat: multi illum comitātur, mel muscæ sequuntur, cadauera lupi, frumēta formicæ: prædam sequitur ista turba, non hominem.

Sene. ibid. b l Si vis, inquit Pithocles, diuitem facere, non pecunię adiiciendum, sed cupiditatibus detrahendum est.

Senea. 14. epist. b m Is maximè diuitiis fruitur, q̄ minimè diuitiis indiget, nemo autē solito bono fruitur, qui aliquid intēdit adiicere, & dū de incremēto cogitat, oblit⁹ est vsus.

Sene. 18. epist. b n Diuitē illū putas, quē aurea supellex in via sequitur: qui in omnibus prouinciis arat, qui multum suburbani agri possidet, quum omnia dixeris, pauper est. quare?
quia

quia debet. quantum? inquis, omnia. nisi forte tu dicas: vtrum ab homine, an à fortuna mutuum sumpserit.

b o Diuitiæ inflant animos, superbiam pariunt, inuidiam parant. & eò vsque mentem alienant, vt fama pecuniæ, nos etiam nocitura delectent. *Ibidem.*

b p Ingētis animi est, q̄ diuitias sibi circūfusas diu multūmq; mirat⁹, q̄ ad se venerūt rideri: suas magis audit esse, q̄ sentiat. Magnū est nō corrūpi diuitiarū contubernio. magn⁹ ille est, qui in diuitiis pauperer est. *Sene. 20. epist.*

b q In hoc excusabiles sunt Dij, q̄ ista, quæ vrunt, q̄ excruciant, optātib⁹ conferunt. *Sene. 22. epist.*

b r Ista, quæ sic petimus, tanquam datura lætitiā ac voluptatē, causæ dolorum sunt. *Sene. 60. epist.*

b s Oīa ista nobis accedant, nō hæreant, vt si auferātur, sine vlla nostri laceratione discedant. Vramur illis, non gloriemur, & vramur parçē, tanquam depositis apud nos. *Se. 81. epi.*

Vi le etiam in tit. Abstinentia, d. Ambitio, a b. Amicitia, c e. Anima, a f. Auaritia, a b, a k, a m, a p, a y, b n, b q, Beatitudo, k, q. Bonum, c. Contemptus, e, k, n, p. Cupiditas, & Eleemosyna, l, a i, a n, a o, a t. Gloria vana, a c, a k. Homo, y. Honor, o. Laus, k. Paupertas, & proditio, a u. Prosperitas, & Relinquere, m. Salus, c. Sapiētia, y. Seruitium, n. Superbia, g k. Veritas, a c. Virtus, a g, a i.

- Aug. de doctrina Christiana.* a **D**Ebet diuinarum scripturarum Doctor fidei, ac debellator erroris & bona docere, & mala dedocere, & hoc opere & sermone conciliare aduersos, remissos erigere, nescientibus quid expectare debeant, intimare.
- Aug. ibid.* b Doctor & ductor id agere debet, vt non solum intelligenter, verum & libenter, & obedienter audiatur.
- Aug. ibid.* c Omnis res, quæ dando non deficit, dum habetur, & non datur, nondum habetur, quomodo habenda est.
- Aug. li. 3. de doctrina Christiana.* d Sicut gratus est, qui cognoscenda enubilat, sic & onerosus, qui cognita inculcat. nam delectandi gratia etiam nota dicuntur, vbi non ipsa, sed modus, quomodo dicuntur, attenditur.
- Aug. sup. per Ioan.* e Doctrina per malos, palmes in sepe, botrus inter spinas, cautè lege, ne dum queris fructum, laceres manū, & quū audis bona dicentem, ne imiteris mala facientem.
- Aug. ibid.* f Si me posses docere, quod nescio: non solum te verbis, sed & pugnis cædentem deberem patientissimè sustinere.
- Aug. Ecc. 40. glo.* g Da, & accipe, & iustifica animam tuam, id est, verbum doctrinæ proximis impende, & honorū operum exempla relinque, vt recipias pramium vitæ æternæ. Tibiæ &

& psalterium suauem facient melodiam,
& super utraque lingua suavis.

h Hæc naturaliter mulcent, & exhilarant animam: sed lingua suauiter docens, plus confortat intellectum.

i Ante vitam, quam doctrina quærenda est. Vita bona, sine doctrina gratiam habet, doctrina sine vita integritatem non habet.

k Perfectio discipulorum, gaudium & corona est magistrorum. fructus enim magistri obedientia est discipuli, & eius bona conuersatio coronam dat magistro.

l Qui congrua disciplina vnumquenque arguit, eruditum se, & probabilem doctorem in conspectu omnium ostendit. nec ætas iuuenilis in doctore despicienda, quæ vita & discretio commendat.

m Multi iuxta vetus eulogium, cū loqui nesciant, tacere non possunt: docentque scripturas, quas non intelligunt: & quum alij persuaserint, eruditorum sibi assumunt supercilium. prius imperitorum magistri, quam doctorum discipuli.

n Tantò quisque minus ostenditur doctus, quātò minus patiens. neque enim potest veraciter bona docendo impendere. viuendo nescit aduersa æquanimiter tolerare. Perfecti enim doctoris est, sic aliorum improbitatem patienter sufferre, vt se no-

*Amb. sup
Beati in=
maculati.*

*Glo. super
illud 1.*

Thess. 2.

*Quæ ro=
stra spes
ant gau=
diu Ec.*

*Glo. super
illud Ecc.*

42. Sis de

*seniorib',
qui iudi=
cantur ab*

adolecēti

b', & eris

eruditus i

*omnibus.
Hiero. ad*

*Demetria
de virgi.*

*Gr. 9. su=
per illud.
Proverbia*

rum 25.

Doctrina uerit ab ini quis patiēter obseruare. Neque
virī p pa- enim propria munditia sine tolerātia susti-
ntentiam cit, neque tolerantia sine munditia ualeat.
nositur. o Si subditi aliquid peccāt, propter quod

Gl Greg. doctores à quiete surgere cogantur, non
sup illud tantum pœnam illius peccati incurrūt, sed
tantic. 2. etiam puniuntur pro inquietudine docto-
Neque su- rum, quia qui doctores cœlestibus inten-
scitetis, tos inquietare præsumunt, etiam virtutes,
Ec. quas habere se credebant, perdunt.

Grego. in p Mihi propè donatum credo quicquid
moral. lectorem meum melius sentire cognosco.
 omnes enim qui pleni fide de Deo aliquid
 sonare nitimur, organa veritatis sumus.

Ibidem. q Doctrina cū omni imperio docetur, qñ
 prius agitur, q̄ dicatur. nā doctrinæ subtra-
 hit fiduciā, qñ cōsciētia præpedit linguam.

Gre. li. 6. r Quātacunq; doctrina mēs polleat, gra-
moral. uis ei' imperitia est, uelle docere meliorē.

Grego. in s Triplici modo in ecclesia docētū peri-
apologi- culum pēdet, ex sensu, ex verbo & auditu,
co. ut perfacile inueniat in vno saltē aliquo, si
 nō in omnibus labi. Aut enim minū illumina-
 tus est sensus, aut ad explanā dum de-
 fuit sermo sufficiens: aut bene prolata cras-
 sior nō recipit auditus. & ex vno quolibet
 horū casu, fit in oībus periculum veritatis.

Greg. 24. t Hoc habet propriū doctrina arrogātiū:
moral. ut humiliter nesciant inferre, quæ docent.

& recta quæ sapiunt, etiã rectè ministrare nõ possunt. In verbis enim eorũ pduntur, qui quum docēt, quasi in quodã sibi videntur summitatis culmine relidere. eosque quos docent, vt longè infra se positos velut in imo, respiciunt: quibus non consulendo loqui, sed vix dominando dignantur.

v Experto crede. aliquid amplius inuenies in syluis, quàm in angulis. ligna & lapides docebunt te, quod à magistris audire non possis. *Ber. i. quædam epi.*

x Doctrinæ spiritus non curiositatem acuit, sed charitatem accendit. *Ber. super cantie.*

y Non minùs piũ est, docere animum scientiam, quàm præbere escam corpori. *Ibidem.*

z Intelligētia dictorũ ex causis est adsumenda, quia nõ sermoni res, sed rei est sermo subiectus. *Hilar. lib. 4. de trinitate.*

a b Docere & non facere, nõ solùm lucrì nihil, sed & dñi plurimũ confert. Grãdis em̄ cõdēnatio est cõponēti quidē sermonē suum, vitã verò suam atq; operã negligēti. *Chry. i. li. de cõpunctione cordis.*

a c Si artē vsumque dissocias, vtilior est vsus expertis artis, quàm ars, quæ sui vsum non habet. Ars infœcunda est sine vsu, & vsus temerarius sine arte. *Chryso. in polycratie. lib. 6.*

a d Qui malè sederit, iniuriam cathedrę facit in iudicio sedēs. Si bene vixeris, & bene docueris, omniũ iudex eris. Si malè vi- *Chry. sup illud mat. 23. Super*

cathedrā xeris, & bene docueris, tui solius. nam bene
Moyſi, docendo, populi intruis, quomodo popu-
&c. lus debeat viuere: sed male viuendo docet
 Deum, quomodo te debeat condemnare.

Chry. ibi. a e Si bene vixerint, eorū est lucrū: si be-
ſup illud: ne docuerint, veſtrū. Accipite igitur quod
Quacum- veſtrū est, nolite diſcutere quā alienum est.
que dixit, Frequenter enim de malo hominē bona do-
*vo-*ctrina procedit. ſicut terra vilis preſioſum
bis, facite, aurum producit: nūquid propter vilē terrā
&c. preſioſum aurum cōtemnitur? Igitur ſicut
 aurū eligitur, & terra relinquitur, ſic & vos
 doctrinam accipite, & mores relinquit.

Chry. ibi. a f Doctrinam accipiamus non more.
 apibus herbæ non ſunt neceſſariæ, ſed flo-
 res. ſic & vos flores doctrinæ colligite, &
 conuerſationem relinquit.

Chry. ibi. a g Fidem præ licit, & infideliter agunt:
Dicunt et pacem aliis dant & ſibi nō habent. Verita-
nō faciūt. tem laudant, & mendacia diligunt.

Iſid. in Sy a h Docilitas, ē prudētia erudiēdi ipſos.
nonymis. a i Diſcretio eſt, quæ rerum conſequen-
Ibidem. tium continet perſpicuam, dilucidamque
 cum grauitate expoſitionem.

Iſid. lib. 3. a k In lectione non verba, ſed veritas eſt
de ſummo amanda. Sæpe autem reperitur ſimplicitas
bono. veridica, & fallitas cōpoſita, quæ hominem
 ſuis erroribus illicet, & per linguæ orna-
 menta laqueos dulces aſpergit, nihil enim
 aliud

aliud agit amor mundanae sciētiæ, nisi ex-
tollere in laudib⁹ hominē. nā quāto maio-
ra fuerint studia, tantò animus arrogātiæ
factu inflatus maiori intumescit iactantia.

a l Sicut instruere solet collatio, ita de- *Ibidem.*
fruit contentio. hac enim relicto sensu ve-
ritatis, lites generat, & pugnādo verbis ēt
in Deo blasphemiam facit. Inde hæresis &
schisma, à quibus fides subuertitur, veritas
corrūpitur, charitas scinditur. Cōtentionum
studium non pro veritate, sed pro appetitu
laudis certat. tātāque est in his peruersitas:
vt veritati cedere nesciant. ipsāmque rectā
doctrinam euacuare contēdunt. In disputa-
tione fidelium cauēda est propositio, & ar-
tificiosa subtilitas, quæ callidis obiectioni-
bus retia tendit. Ita enim versutis assertio-
nibus prauorū disputatio innodatur, vt re-
cta esse simulent, quæ peruersa persuadent.

a m In Physica causa querēdi. in Ethica or *Isi. 2. ety-*
do viuēdi, in logica rō intelligēdi versatur, *molog.*

a n Clausum habeat os peccator, q̄a qui *Orige. ho.*
seipsum nō docuit, alium docere nō potest. *38. super*

a o Frustra sibi officium doctōris vsur- *Leu. heda*
pat, qui discretionem catholicae fidei igno- *de tēplo sa*
rat. neq; sanctuarium domino, sed ruinam *lomonis.*

sibi ædificant, qui docere alios regulam,
quām ipsi non didicere, conantur.

a p Sunt enim quidā, qui nulli arti, quod *Hug. 7 di-*

- de calicō.* *lib. 3.* **a** Inuum est, tribuere norūt, sed in singulis legunt omnes. In Grāmatica de syllogismo- rum ratione disputant: in Dialectica inflexiones casuales inquirunt: & quod magis irrisione dignum est, in titulo totum ponunt. legūt librum, & inceptam tertiam vix lectione expediunt. non omnia dicenda sunt, quæ dicere possumus, ne minùs vtiliter dicantur ea, quæ dicere debemus.
- Hugo. ibi.* **a q** In omni doctrina breue aliquid, & certū decet colligere, qđ in arcu- la memoriæ recōdatur. Vnde postmodū, quū res exigit, aliqua diriuētur. hoc etiā sæpe replicare & de vētre memoriæ ad palatum reuocare necesse est, ne lōga ītermissiōe aboleat.
- Ibi. lib. 5.* **a r** Lectio duobus modis animo fastidiū ingerere solet, & affligere spiritū. Et qualitate, videlicet, si obscurior fuerit. & quā- tate si prolixior extiterit. In quo utroq; magno vti moderamine oportet: ne qđ ad refectionē qđtū est, sumatur ad suffocationē.
- Cas. super psal. 2.* **a f** Rudis dicitur nouus eruditus, quasi à rudi sublatus, ab ignorantia diuisus, & in doctrinæ finibus collocatus.
- Ibidem.* **a r** Narratio est ad causam probabilem faciendam rerum gestarum clara & diligens expositio.
- Sid. lib. 5. epist.* **a v** Miser est, qui antè compulsus est docere, quàm discere: & antè præsumens bonum

num prædicare, quàm facere. tanquam sterilis arbor, cum non habeat opera pro pomis, spargit verba pro foliis. & cum non adsit medulla sensuum, abundat spuma verborum.

a x Quia fragilis est memoria, & rerum turbæ non sufficit. ideo egregie doctorem formare videtur, qui dicit: Quicquid præcipies, esto brevis: ut citò dicta Percipiant animi dociles, teneatque fideles. Omnes superuacuum pleno de pectore manant. *Petrus Blesens.*

a y Nunquam super verbis faciã quæstionem, de qua facultate sumantur, dummodo ædificent ad salutem. nam nec de herbis quæritur, qua terra vel cuius hortulani cura & cultura adoleuerint, dummodo vim habeant sanatiuam. nã & de fabularum gentilium moralitate quandoque forma eruditionis elicitur, quoniam fas est ab hoste doceri. *Petr. Blesens. i. quasdam epi.*

a z Scientiarum generosa possessio in plures dispersa, non perditur, & distributa per partes, minorationis detrimenta non sentit: sed eò diuturnius perpetuata senescit, quò publicata foecundius se diffundit. *Ibidem.*

b a In omni genere causæ necesse est beneuolum, attentum, docilem efficere auditorem. auditorum enim beneuolentia captabitur, si res ab eis gestæ fortiter, sapienter mansuetè, magnificè proferentur. Attentos autem faciemus, si demonstrabimus ea, quæ *Tullius i. Rhetor.*

dicturi sumus, magna, noua, incredibilia esse: aut ad illos, qui audiunt, aut ad homines illustres, aut ad Deos immortales, aut ad summam reipublicæ pertinere Dociles au litores faciemus, si apertè & breuiter summam causæ exponemus.

Ibidem. b c Multos imitatio breuitatis decepit, ut cum se breues putet esse, longissimi sunt, cudent operam, ut res multas breuiter dicant.

Ibidem. b d Sæpe res minus est intellecta longitudine magis, quam obscuritate narrationis.

Tullius b e Peritia dicendi in tribus consistit, natura, *2. rheto.* doctrina, & usu. Natura, ingenio doctrina scientia: usu assiduitate. hæc sunt enim quæ non solum in oratore, sed in uoquoque homine artifice expetuntur, ut aliquid efficiat.

Tullius b f In exordiando causam seruandum est, *2. rheto.* ut leuis sit sermo, ut uisitata uerborum consuetudo, ut non adparata oratio videatur. Vitiosum exordium est, quod nimis adparata compositum est, aut nimium est longum & quod non ex ipsa causa natum uidetur, ut propriè cohæreat cum narratione, & quod neque beneuolum, neque docilem, neque attentum facit auditorem.

Tull. ibid. b g Prouerbium, est sententia generalis, cui consuetudo fidem attribuit: opinio communis assensum accommodat: incorruptæ ueritatis integritas acquiescit.

bh Nunquã nimium dicitur, quod nunquã satis dicitur, quibusdã remedia monstranda sunt: quibusdam inculcanda sunt. *Se. 27. ep.*

bi Eligamus non eos, qui verba magna celeritate præcipitant, & communes locos voluunt, & in priuato circulantur, sed eos qui vitam docent, qui quum dixerint quid faciendum sit, nec vnquam in eo, quod dixerint fugiendum, deprehenduntur. *Ibidem.*

bk Idem vitij habet nimia, quod nulla diuino. simile confuso est, quicquid in puluerem sectum est. *In episto.*

bl Quid faciendũ sit, à faciẽte discẽdũ est. *Se. epi. 9.*

bm Que nosti sine arrogãtia postulanti imperties: quæ nescis, sine occultatione ignorantia tibi postula impartiri. *extrema partis.*

bn Eum elige doctorem, quem magis admireris quum videris, q̃ quum audieris. *Se. de quatuor virtutibus.*

bo Omnia facta & dicta nostra inter se cõgruant ac respõdeãt sibi. nõ est hic animus in recto, cuius dicta & acta discordãt. *Se. 35. epi. Se. 20. ep.*

bp Quod sentimus loquamur, quod loquimur sentiamus. concordet sermo cũ vita. Ille promissum suum impleuit, qui cum videas illum, & cum audias, idem est. *Se. 45. ep.*

bq Cupio omnia. q̃ scio, in aliũ trãsfundere, aliquidque gaudeo discere vt doceã: nec me vlla res delectabit. licet sit eximia & salutaris, quã mihi soli p̃futurã videro. *Se. ep. 27.*

Si cum

Si cū hac exceptione detur sapientia, vt illā inclusam teneā, nec enuntiem, reiciā. Nul-
lius boni sine socio iocunda est possessio.

Vale li. 8. b r Liber cum vna forma rē affert, & ex
partibus diuersis respondet. ideo plus pro-
dest docētem audire, quā in libris stude-
re. quia vehementior fit impressio in men-
tibus audientium ex visu doctoris & audi-
tu, quā ex studio & libro.

Ibidem. b f Doctrinæ & eloquentiæ ornamenta
in pronuntiatione apta, & cōuenienti cor-
poris gestu consistunt. quibus qui se instru-
xerit, tribus modis homines aggreditur,
aures penetrando, oculos demulcendo, &
animos inuadendo.

Vide etiā in tit. Adiutorium, a f. Auditor
& cōsilium, a, c, e. Correctio, b c. Curiositas,
o. Debitū, b. Discere Eloquentia, d, m, n, o,
r, s, x. Fama, b. Hæresis, k. Honor, v. Laus, m.
Magister & Modestia, q. Patientia, h. Præ-
dicatio. Sacerdos, a m. & titu. Studium, per
totum. *Dolor.*

Greg. lib. 7. moral. a **Q**ui peregrinationem propriā di-
ligit, dolere etiam inter dolores
nescit. Iusti autem verba dolore sunt ple-
na: quia quousque præsentia tolerat, ad
aliud loquendo suspirat.

Greg. ibi. in moral. b Mitigat vim doloris considerata æqui-
tas ferientis.

c Tantò quisque perfectior est, quantò *Gre. Ibid.*
perfectius sentit dolores alienos.

d Magnos cruciatus habet morbus. sed *Sene. 97.*
hos intolerabiles interualla faciunt. Sum *epist.*
mi doloris intentio citò inuenit finem.
Nemo potest valde dolere & diu. Sic nos
amantissima nostri natura disposuit, vt
dolorem aut tolerabilem, aut breuē face-
ret. hoc itaque solatium vasti doloris est.

e Nobis autem ignosci potest prolapsis *Senec. 63.*
ad lachrymas. si non nimix decurrerint. si *epi.*
illas ipsi repressimus: nec sicci sint oculi
amico amisso, nec fluant. lachrymandum
est, non plorandum. per lachrymas argu-
menta desiderij quærimus, & dolorem nõ
sequimur, sed ostendimus.

f Finem dolendi qui consilio non fece- *Ibidem.*
rit, tempore inuenit.

g Turpissimũ est in homine prudẽte re *Ibidem.*
mediũ mœroris, lassitudo mœrendi. malo
relinquas dolorem, q̃ ab illo relinquaris:
annũ seminis cõstituere maiores ad lugẽ-
dum, nõ vt tam diu lugerent, & ne diutius.
Viris nullũ legitimũ tẽpus est: quia nullũ
honestum. Quam mihi ex illis mulieribus
dabis, vix retractis à rogo, vix à cadauere
reuulãis, cui lachrymæ in totum mensem
durauerint? Nulla res citiũs in odium ve-
nit, quàm dolor: qui recẽs cõsolatorem in-
uenit

uenit, & aliquos ad se adducit. inueteratus
verò deridetur, nec immeritò. Aut enim
simulatus, aut stultus est.

Se. 79. ep. h Vincêris à dolore, si cesseris: vinctes, si
te contra dolorem intenderis.

*Sen. de re
mediis
fortuna.* i Dura res est dolor, in motu mollis.
pauci dolorem poterūt ferre. sumus ex pau-
cis. Imbecilles natura sumus. Naturam in-
famare noli, illa nos fortes genuit.

Se. in pro. k Doloris rationem ab inimicis exigit,
qui patiendo dolorem non ostendit.

Ibidem. l Grauiter irascitur, qui quo dolet, Deo
commendat.

Ibidem. m Animo dolêti nihil oportet credere.
etiã innocentes cogit mêtiri dolor. homo
ne sit sine dolore, fortunam inuenit. Lasso
doloris remedium est inimici dolor. do-
lor decidit, vbi quo crescat, non habet.

Vide etiam in ti. Cōpassio. i. n. Cōfessio
& Consolatio. b. d. f. g. l. o. p. Contritio. g.
Fortitudo. b. Gaudium. e. Lachryma. t. Lo-
quacitas. m. Miseria. p. mors. b a. c. l.

Ebrietas.

An. in ep. a **E**Brietas est fomes libidinis, quo per
ad quēdā
comitem. **E**carnes vaporantur interna viscera,
animus ignescit.

An. ad sa b Ebrietas est flagitiorū omniū mater,
eras vir-
gines. culparūmq; materia, radix criminū, origo
vitiōrū, turbatio capitis, subuersio sensus
tem

tempeſtas linguę, procella corporis, naufragium caſtita-
tis, amiſſio temporis, inſa-
nia voluntaria, ignominioſus languor,
turpitudō morum, dedecus vitę, honeſta-
tis inſania, animę corruptela.

c Ebrietas in utroq; ſexu cuncta mala ap- *Ibidem.*
petit, & nefanda cōmittit, & , vt ait Apoſto-
lus, regna cęleſtia appetentibus denegat.

d Quiſquis immoderatus, cōuiuioq; me *Aug. ibid.*
dius amiſſis modeſtię fręnis inſana fuerit
ebrietate pſtrat⁹, aduerſus respicit ſtātes,
quos integros videre nequit, aut ſermone
lōgo ſuperflua verba emittit, & vana dicta
cōponit malę clamans, & bene ſibi ſonās.

e Ebrius vultu deiecto ſupinus accūbit, *Ibidem.*
& ſui omnino neſcius ſpectaculū ſe cōui-
uio præbet, & dū nihil cōſequitur ſanum,
nullo alio cogente, præter vinum, cordis
ſui arcana patefacit, & amicorum ſibi com-
miſſa ſecreta in medium prodit.

f Aſſumit inter pocula iniuſta certami- *Ibidem.*
na, & nullis exiſtētibus cauſis aſperam ex-
citāt rixam. quia interponē ſo verba vana,
aliorum ſana dicta non patitur audire. ſed
in contumeliam erigitur conuiuiarum &
proximorum crimina. Vinū potarum mo-
deratē, eſt medicamentum: plus iuſto ſum-
ptū, venenum eſſe cognoſcitur. Iocundita-
ti, non ebrietati creata eſt via materia.

Per

Ibidem. g Per vinolentiam plurimi plurimæque à sancto, pioque proposito excidère, & sui obliti, amissis honoribus, ignobiles remaserunt, & sedibus paternis profugi vitam, vt sumpserunt, finierunt.

*An. ad sc
cras virg.* h Innumerabiles iugum dominationis diu recusantes vinolentia in alienum redegit arbitrium. Alexáder omnium victor vino victus est. Infiniti verò nimio vino impellente, iniusta impiæque homicidia commiserunt, quàm plurimæ vrbes diu obsessæ, nec raptæ, custodibus somno vinoque sepultis ab hostibus patefactę sunt, & incendiis concrematæ.

Aug. ibid. i In ebriis non ratio vlla, non vllum vitæ gerendę consilium, nec vlla artium, nec gestorum, aut lectio num memoria aut industriæ prouidentia est.

Ibidem. k Sobrietas in sceminis ad terram deponit aspectum, ebrietas autem amisso pudore inuerecundos erigit vultus.

Ibidem. l Sobrietas cum summa trepidatione & silentio irreprehensibile emittit verbum: ebrietas verò immoderatum facit sceminę & sermonem & vultum.

*Augu. in
epi. 20.* m Valde turpe est, vt quem non vincit homo, vincat libido: & obruatur vino, qui non vincitur ferro.

*An. i quo
dã ser.* n Ebrietas est bládus demõ, dulce venenum

ñ, suave peccatū, quā qui habet, seipsum non habet, quam qui facit, peccatum non facit, sed ipse totus est peccatum.

o Quicumque ad bibendum pronus fuerit, vel in conuiuio suo alios suos adiurauit, pro se, & p̄ ipsis in die iudicij re⁹ erit. *Aug. ibid.*

p Ebrius, quū absorbet vinum, absorbetur à vino. abominatur à Deo: despicitur ab angelis: deridetur ab hominib⁹: destituitur à virtutibus: confunditur à demonibus: conculcatur ab hominibus. *An. in lib. de paenit. tia.*

q Ebrius confundit naturam: amittit gratiam: perdit gloriam: incurrit damnationem aeternam. *Ibidem.*

r Noè ad vnius horæ ebrietatem nudauit femoralia sua, quæ per sexcentos annos contexerat. *Hiero. in ep. ad Oceanum.*

s In vino luxuria est, & vbicumque saturitas, & ebrietas, ibi libidò dominatur. *Hie su. ep. ad Titū.*

t Ebrietas est, per quam menti quædam sui obliuio generatur ex superfluorum potestuum indulgentia. *Isid. lib. 3. etymologiarum.*

v Nihil est ita demoni amicū, sicut ebrietas & lasciuia, quæ est mater omnium vitiorū. Ante omnia autē vitetur à clericis, quæ omnium peccatorum radix, ac nutrix est. *Chry. sup. Mattb.*

x Ebrietas iudiciū rationis offuscatur: cōtentiones & bella procurat: robur & naturalem virtutem eneruat: infirmitatem generat. *Hug. de sancto Viatore.*

nerat mortem naturalem adducit: rebus
temporalibus spoliat. & quod deterius est,
diuinam maledictionem inducit.

*Petr. Ran. in quodā
serm.* y Ebrietas in laico crimē est: in sacerdo
te sacrilegiū: quia alter animam suā necat
vino, alter spiritum sanctitatis extinguit.

Petr. ibid. z Ebrietas mater litiū, furoris genera
trix, petulantiaē magistra. hanc qui habet,
homo non est. hanc qui habet, non pecca
tum facit, sed est ipse peccatum. hanc enim
est rabies voluntaria: inuitatus hostis, ille
cebra honestatis, & pudoris iniuria.

Ibidem. a b Vbi enim regnat ebrietas, ratio exu
lat, intellectus obtunditur, cōsilia deuiant,
iudicia subuertuntur.

*Val. Ma. libro. 2. de
mp. dictis
factis
Roma.* a c Vini vsus Romanis scēminis ignot^o
fuit. ne scilicet in aliquod dedecus prola
berētur. quia proximus à Libero patre in
tēperantiaē gradus ad incōcessam Venerē
esse consuevit. Quaecunque enim scēmina
vini vsam appetit immoderate, & virtuti
bus ianuam claudit, & delictis aperit.

*Seq. 8. q. ep.
ad Lucil.* a d Quemadmodum musto dolia ipsa
rumpuntur, & omne, quod in imo iacet, in
summam partem vis caloris eiectat: sic vi
no exaētuate quicquid in imo iacet abdi
tum, effertur, & prodit in medium. Onera
ti mero quemadmodum non continēt ci
bum vino redūdāte, ita nec secretum quod
suum

suum est, & alienum pariter effundunt.

a e Audi quemadmodū Zenon vir ma: i *Sene. ibid.*
 mus colligat virum bonum non futurum
 ebrium. Ebrio nemo secretum sermonem
 cōmittat. Vir ergo bonus ebrius non erit.
 quemadmodum opposita interrogatione
 simili derideatur, attēde: dormienti nemo
 secretum committit. viro autem bono cō-
 mittit: vir ergo bonus non dormit.

a f Interim si hoc colligere vis, virū bo- *Ibidem.*
 nū non debere ebriū fieri, cur simile agis?
 Dic quā turpe sit, plus tibi ingerere, quā
 capiat stomachus, & stomachi sui nō nos-
 se mensuram. Quā multa ebrii faciunt,
 quibus sobrii erubescunt? nihil aliud esse
 ebrietatem, quā voluntariam insaniam.
 Extende in plures dies illum ebrii habitū,
 nunquid de fure dubitabis nunc? quoque
 non est minor, sed breuior.

a g Refertur Alexātri Macedonis exē- *Ibidem.*
 plū: qui Clitum charissimū sibi ac fidelissi-
 mum inter epulas transfodit, & intellecto
 facinore, mori voluit. Cogita quas clades
 ediderit publica ebrietas: hęc acerrimas
 gētes bellicosasque hostibus tradidit. hęc
 multorū annorū pertinacia bello defen-
 sa mænia patefecit. hęc contumacissimos
 & iugū recusantes in alienū redegit arbi-
 trium. inuictos enim acie, mero domuit.

sene. ibid. a h Alexandrum, cuius modò feci mentionem, qui tot itinera, tot prælia, tot hyemes per quæ victa temporum locorumque difficultate transierat, tot flumina ex ignoto cadētia, tot maria tutum dimiserunt, in temperantia bibendi & ille Herculaneus ac facilis cyphus submersit. Dic ergo, quare sapiens non debeat ebrius fieri? deformitatem rei & importunitatem ostende rebus, non verbis, quod facillimum est.

Se. 85. ep. a i Nonnulli maiorem partem noctis in conuiujs exigunt. vino verò mandentes, & mersi vsque ad horam sextam dormiunt. hoc est matutinum eorum.

Ibidem. a k Certè detegit omne vitium ebrietas & incendit, vbi possedit animū nimia vis vini: quicquid male latebat, detegit, vel emergit. non facit ebrietas vitia, sed protrahit. tunc impudicus morbum profiteatur ac publicat, tunc petulans nō linguam non manum continet. crescit insolenti superbia, crudelitas seuo, malignitas liuido, omne vitium grassatur, & prodit.

Ibidem. a l Adice illam ignorantiā sui, dubia & parum explanata verba, incertos oculos, gradū errantē, vertiginē capitis, recta ipsa mobilia, velut aliquo turbine circumagēte totam domū, stomachi torrentia, quum effervescent merum ac viscera ipsa offendit:
tunc

tunc tamen utcumque tolerabile est, dum illis vis sua est, quod cum somno vitatur, quæ ebrietas fuit, crudelitas facta est.

a m Quæ gloria est capere multum? quum enim penes te palma fuerit, & superites toti conuiuio fueris, quum omnes viceris virtute magnifica, & nemo vini tam capax fuerit, vinceris à dolio. *Sene. ibid.*

a n Ebrietates continuæ animos in furorem adducunt. nam quum sæpe apud se non sunt consuetudine insanie durata vitia: vino tamen concepta etiam sine vino valent. violentiam enim violentia sequitur. *Sene. ibid.*

a o Absentem ledit, qui cum ebrio litigat. *Se. in pro.*

a p Quid turpius ebrioso? cui foetor in ore, tremor in corpore? Qui promit stulta: prodit occulta: cui mens alienatur, facies transformatur: Nullum enim secretum, ubi regnat ebrietas. Fœcundi calices quem non fecere disertum? *Inno. de vititate cõdition. Immane.*

Vide etiam in tit. Deuotio. m. Sobrietas.

Ecclesia.

a **E**cclesia, est quædam forma iustitiæ. *Aug. de s. de ad Per-*
 id est commune ius omnium. In commune oratur, in commune operatur, in commune tentatur, sine ecclesiæ catholicæ societate, nec alicui baptismus prodesse potest, nec opera misericordiæ, nisi forte, ut minus torqueatur. *trum.*

*Au. super
Matth.* b Adhuc habet ecclesia, quo crescat, donec illud impleatur, Dominabitur à mari usque ad mare.

*Hilarius
de trinit.
lib. 4.* c Hoc ecclesiæ propriū est, ut tunc vincat, quum læditur: tunc intelligat, quum arguitur: tunc obtineat, quum deseritur.

Hila. ibid. d Hoc habet propriū ecclesia, dū persequitur, floret: dū opprimitur, crescit: dū contēnitur, proficit: dū læditur, vincit: dū arguitur, intelligit: tunc stat, quū superari videtur.

*Hier. ad
Euandrum
presbyter.* e Nō altera Romanæ urbis ecclesia altera totius orbis æstimanda est, Gallia, & Bithynia, & Persis, & Oriens, & India, & omnes barbaræ nationes, unū Christū adorant: unā obseruant regulā veritatis. Si auctoritas queritur, orbis maior est urbe. Vbi cunque fuerit episcopus siue regio eiusdem meriti est, eiusdem sacerdotij potentia: diuitiarum & potestatis gradus & paupertatis, humilitas, vel sublimiorem vel inferiorem episcopum non faciunt.

Cæterum omnes apostolorum successores sunt.

*Greg. 9.
mo. super
illud Iob.
Qui facit
Arcturū.* f Quid, inquit, Arcturi nomine, qui in cœli arce cōstitutus septē stellarum radiis fulget? vbi vniuersalia ecclesia exprimitur. Arcturus, inquit, semper versatur, & nunquam mergitur: sic ecclesia persecutiones tolerat, sed sine defectu perdurat.

g Est, inquit, in Arcturo quod cōsidera-
 tius possum⁹ intueri: in septē quidē stellis
 voluit, & modò qui sē tres ad summa ele-
 uat, atque ad ima quatuor inclinat, modò
 quatuor superi⁹ erigit, & tres inferi⁹ pre-
 mit. sic sancta ecclesia cū modò infidelibus
 trinitatis notitiam, modò verò fidelibus
 quatuor virtutes, quasi rotatu prædicationis,
 status sui spē quodāmodo immutat.

Gr. 2.9. fu
 per illud
 Job. Ant
 gyrum ar
 cturi.

h Arca cessante diluuiò in mōte requie-
 uit, quia vitæ huius corruptione cessante, ad Iesa-
 quum malorum operum fructus transie-
 rint, in cœlesti patria, sancta ecclesia velut
 in excelso monte requiescit.

Gre. i. epi.
 ad Iesa-
 quum.

i Sācta ecclesia duas vitas habet. Vnā, qua
 merces colligitur. Aliā, in qua iam de re-
 ceptis muneribus gaudet, atq; in vtraque
 vita offert sacrificiū, hīc videlicet sacrifi-
 cium cōpūctionis, illic sacrificium laudis.

Gre. i. qua
 dā ho. su
 per E. re.

k Tūc sancta ecclesia valēti⁹ ī veritate re-
 ficitur, quū ardentius p̄ veritate fatigatur.

Gre. i. mo.

l Sicut ecclesia proprias res amittere nō
 debet, ita rapacitatis ardore alienas inua-
 dere non debet.

Grego. in
 regi.

m O' vanitas vanitatū! sed nō vanior, q̄
 insanior. fulget ecclesia in parietibus, &
 eget in pauperibus: suos lapides auro in-
 duit, & suos filios nudos deserit: de sum-
 ptibus egenorum seruitur oculis diuitum.

Ber. i. apo
 log.

*Ber. super
cant.*

n O' humilitas, & sublimitas, & tabernaculum Cedar, & sanctuariū Dei, & terrenum habitaculū, & cœleste palatiū, & domu, lutea, & aula regia, & corpus mortis, & templum lucis, & despectio deniq; superbis & sponsa Christi!

Ber. 3 ser.

o Omnino proditorem se esse nouerit. quicūque est ille, qui vitia quælibet in hęc domū conatur inducere, & templum Dei speluncam vult facere dæmoniorum.

*Ber. super
cantica.*

p Spōsa id est ecclesia Christi nil sibi glorioſi putat, q̄ Christi portare opprobrium.

*Chry. sup
illud Ma.*

q Ecclesia media est inter cœlum, quod est locus tantū bonorum, & infernum.

*22. Cōgre
gauerunt*

qui est locus tantū malorum. ipsa verò ecclesia media est: quia indifferenter bonos & malos colligit. quod figuratum est

*bonos &
malos.*

in arca Noë, vbi animalia mitia simul erant cum animalibus immitibus.

*Prosper
pro vita*

r Quod habet ecclesia, cum omnibus nihil habentibus, debet habere commune:

cōtēplati.

nec aliquid inde eis, qui sibi de suo sufficiunt erogare: quoniam nihil aliud est sic habentibus dare, quàm perdere.

*Raba. sup
Matth.*

s Differētia est inter synagogā & ecclesiā. Synagoga est congregatio, ecclesia vocatio. Possunt autē irrationabilia congregari, vocari autem nequaquam: & ideo visum est doctoribus nominare ecclesiam.

t Tria possum⁹ assignare tabernacula, *Hug. li. 3.*
 scilicet materiale, mysticum & morale. id *de clau-*
 est tabernaculū Moyſi, tabernaculum Chri *stro ani-*
 ſti, tabernaculum cuiuslibet iuſti. Taberna
 culum Moyſi, fuit ex diuerſis generibus
 ornamentorum conueniens ſtructura. Ta
 bernaculum Chriſti eſt eccleſia, tabernacu
 lum iuſti, qualibet fidelis anima. Vnum ſit
 ex lignis impuſtribilibus: aliud ex ſanctis
 animabus, tertium ex donis & virtutibus.
 Moyſes ſuum erexit in eremo, Chriſtus in
 mundo, iuſtus in animo. omnes tamen in
 deſerto ædificauerunt.

v Eccleſia eſt ſingularis fidelium vnius. *Hugo.*
 cuiusque ciuitatis congregatio.

x Nouit eccleſia beneficio domini triū- *Casſuper*
 phare de ſuis cladibus, ingrauata perfec- *psal. 1.*
 tionibus ſi quidē ꝑfcit: afflictionibus ſem
 per augetur, ſanguine martyrū irrigatur,
 triſtitia magis erigitur, anguſtia dilata
 tur, ſletibus paſcitur, ieiuniis reſcitur &
 inde potius creſcit, vnde mundus deficit.

y Ad eccleſiã bona ſpūalia peruenerūt, & *Casſ. ibid.*
 fidei inſuperabile fundamentū, ſpei certifi
 ſimū præmiū & ſuaue vinculū charitatis,
 quarū rerū nunc tenet imagines, & in fu
 turo eſt perenniter poſſeſſura virtutes.

z Eccleſia eñ magis incipiet eſſe vber- *Casſ. ſup*
 rima, quum ad finem ſeculi erit perducta *psal. 30.*

tunc enim passionibus electorum, citò implebitur numerus honorum.

Pe. Ravē. a b Quod enim stipiti rami, quod capiti mēbra, quod Soli radij, quod fonti riuuli, hoc apostolicae sedis eminentiæ debent omnes ecclesiæ, quas vbiq̃ue terrarum religio Christiana fundauit.

Vide etiã in tit. Antichristus. o. r. Clericus. d. e. f. k. l. n. Mūdus. v. Seruitium. h. i. Superbia. a m. *Electio.*

Au. sup il- lud Iac. i. a **Q** Vis ferat, si quis diuitē eligat ad sedem honoris ecclesiæ, cōtem-

Nolite in pto paupere instructiore & sanctiore?

personarū acceptioe b Ad episcopalem dignitatem eligi nō debuit, qui minora officia gubernare non habere si didicit, quia cura nauis illi committi non *dē domini* debuit, qui remum tenere non nouit.

nostri. c Hæc pax domestica, & cohabitantium *Augus. in* ordinata à Deo concordia, & clara iusti- *quodã ser.* tia, vt scilicet, qui excellunt ratione, excel- *Au. in lib.* lant dominatione.

sētētiarū. d Nō statim multitudinis acquiescamus *Est in* iudicio, sed electi in principatū nouerim⁹ *gl. col. ult.* miseriam nostrā, & humiliemur sub potenti *Hiero. sup* manu Dei. q̃a Dominus superbis resistens *Esa. 3. lib.* humilibus dat gratiã. Quanti panes nō habentes & vestimentū, cū ipsi esuriāt, & nudi sint, nec habeāt spirituales cibos, neque Christi tunicã integram seruauerunt, aliis

alimoniã vestimentũque promittunt, & pleni vulneribus medicos esse se iactant?

e Non sum medicus, & in domo mea nõ est panis neq; vestimẽtum: nolite me cõstituerẽ principem. Sicut in ordinationibus malorũ, princeps est peccatorum, qui tales cõstituit: sic in ordinatione sanctorum, princeps est eorum iustitiã, qui bonos eligit.

f Mõyses amicus Dei, cui facie ad faciẽ Dominus locutus est, potuit utiq; res principatus filios suos facere, & postea propria relinquare dignitatem. sed extraneus de alia tribu eligitur Iesus, ut remus principatum in populos nõ sanguini deferendum esse, sed vitã. At cernimus nũc plurimos hominum beneficiũ facere, ut non quarant eos, qui possunt in ecclesia plus prodesse, in ecclesia erigere colũnas, sed quos vel ipsi amant, vel quorũ sunt obsequiis deliniti: vel pro quibus maiorum quisquam rogauerit: & (ut deteriora taceam) qui ut clerici fierent, muneribus impetrarunt, & constituantur per ciuitates.

g Querit cur nõ Ioannes electus est vir go. s. ut esset caput ecclesiã. respondit atati delatũ est: quia Petrus senior erat, ne adhuc adolescens & penẽ puer progressã ætatis hominibus præferretur.

h Res penẽ contra naturã est, ut sine peccato

*Hic. super
Esa. li. 12.*

*Hiero. sup
per illud
Tit. i. &
ponitur &
quæst. i. c.
Mõyses.*

*Hic. cõtra
Iovinian.
Hic. 7. epi.
ad Oceã.*

caro aliquis sit. sed talis eligatur, cuius cō-
paratione, ceteri grex dicantur.

Hic ad E i Cōquerebatur se ferre non posse, & in-
Iudorū. uenilē atatē incōgruā sacerdotio causaba-
tur. sed quātō plus repugnabat, tantō ma-
gis oīum in se studia concitabat. & mere-
batur negando, quod esse nolebat, eò q̄ di-
gnior erat, quò se clamabat indignum.

Leo papa k Si in quibuslibet ecclesiæ gradibus,
in quodā prouidē omnis gradus constituitur, nō er-
ser. & po ratur. Nam totus familia: Domini status
nitur. 61 & ordo mutabitur, si quod requiritur in
dist. corpore, non inuenitur in capite.

Leo papa l Sicut enim boni operis sibi comparat
ibidem. fructum, qui rectum tenet in eligendo sa-
cerdote iudiciū: ita graui semetipsum affi-
cit damnatione, qui ad suæ dignitatis col-
legium, sublimat indignum.

Ibidem. m Valde iniquum est & absurdum, ut
imperiti magistris, noui antiquis, rudes
præferantur eruditis.

Orige sup n Requiritur in ordinādo sacerdote, &
Leuitico. præsentia populi, ut sciāt oēs & certi sint,
quia qui ex omni populo est, præstātor, q̄
doctior, qui in omni virtute eminentior,
ille eligitur ad sacerdotiū, & hoc adstante
populo. nē aliqua postmodum retractio
cuiquam, ne quis scrupulus resideret.

Orige sup o Discāt electorū Præcipēs, successores
sibi

sibi nō eos qui consanguinitate gñis iūcti illud Nō
sunt, neq; qui carnis ppingrate sociātur, te 27. Promi
stamenta signare, neq; hæreditariū trade- *deas domi*
re ecclesię principatum, sed referre ad iudi *nus spiri*
cium Dei & non negligere illū, quē huma *tū omnis*
nus affectus cōmendat, sed totum Dei iudi *carn. &c.*
cio de successoris electione permittere.

p Nulla hæc populi acclamatio, nulla p- *Ibidem.*
pinquitatis acclamatio propinquis agrorū
& prædiorum relinquatur hæreditas: gu-
bernatio autem populi illi tradatur, quem
Deus eligit, qui scilicet in se habet spiritū
Dei, id est in quo sit claritas legis & scien-
tiæ, ut possint eum audire filij Israël.

q Necessē est prudentissimum eligere, *Cas. li. 1.*
qui possit cōtra subtilissimos disputare, & *epist.*
in conuentu doctorū sic agere, ne susceptā
causam tot erudita possint ingenia supera-
re. Magna res est contra artifices loqui, &
apud illos aliquid agere, qui se putant o-
mnia prouidere.

r Necessariū probatur esse Reipublicę, *Cas. li. 3.*
personas dignitatibus aptas eligere, ut cui *epist.*
iustitia cōmittitur, malis moribus nō gra-
uetur, alioquin inefficax est ab homine
exigere, quod agnoscitur non habere: &
cōfidēter quæritur, quod inesse sentitur. *Pe. Ranc.*

s Ligna sylvarum nō oliuam, nō ficum, *in quadā*
non vitē, sed Rānum sibi elegerunt in re- *epist.*
gem

gem, & egressus est ignis de Râno & deuorauit Cedros Libani.

Apul. VI. de dogm. s. Plato. t Hæc est iusta causa, ex æquitate veniēs partitio, vt meliores semper in officiis præferantur: pessimi autem ciues vel minus boni luce careant dignitatis.

Solin. de mirabile mundi. v Apud Thraciã in regis electione, non nobilitas præualet, sed suffragium vniuersorū. Populus eim̄ eligit spectatū moribus, & inueterata clemētia, & annis grauem, sed hoc in eo queritur, cui liberi nulli sunt. Nam qui pater fuerit, etiã si vita polleat, non admittitur ad regendū, & si fortē dum regnat, genuerit, exiit potestate, ideóq; maxime custoditur, ne fiat hereditarium regnū. deinde etiã si rex maximã præferat æquitatē, nolunt ei totum licere. quadraginta ergo rectores accipit, ne in causis capitū solus iudicet. Sic quoque si displicuerit iudicatū, ad populum prouocatur. atq; ita datis iudicibus septuaginta fertur sentētia, cui necessariò acquiescitur.

Seneca. x Aliq; vir bonus nobis eligēdus est, ac semp ante oculos habēdus, vt sic tanquam illo spectate viuamus. & omnia tanquã illo vidente faciamus. Magna pars peccatorū tollitur, si peccaturis testis adsistat.

Vide etiã in tit. Acceprio. a. d. Doctrina.

b. i. b. v. Honor. c. Humilitas. a. n. Iudex. p. q. Meri

q. Meritum. q. Prælatio, q. a d. Regimen. q.
a f. Seruitium. l. *Eleemosyna.*

a **Q**ui vult ordinatè dare eleemosy- *August. in*
nam, à seipso debet incipere, & eà *Enchirid.*
sibi primo dare. Est enim eleemosyna o-
pus misericordix, verissimèq; dictum est,
Miserere animæ tuæ placens Deo.

b Valde malè diligit is, qui bene audit, *August. sup*
& malè operatur. Si potes dare, da: si non *psal. 103.*
potes, affabilem te fac. coronat Deus intus
bonitatem, vbi non inuenit facultatem.
Nemo dicat, non habeo: charitas de saccu-
lo non erogatur.

c Multa sunt genera eleemosynarū, quæ *August. in*
quum facimus, adiuuamur, vt nobis dimittit *Enchirid.*
tātur peccata. sed ea nihil est maius, quàm
cum ex corde dimittimus peccata.

d Quā frōtē habes petēdo ac Deū tuum, *August. de*
qui non agnoscis patrē tuū? Ille nihil por- *verbis do-*
tat, tu nimiū oneratus es. da illi de eo *cd. mini, ser-*
habet, & illum pascis, & pondus minuis- *mo. 5.*

e Eleemosyna mundat peccata, & ipsa *August. in*
interpellat pro nobis ad dominum. quia *sermo. de*
quicquid pauperibus dederimus, ipsum in- *diuite. 3*
regre possidebimus.

f De iustis laboribus facite eleemosy- *August. de*
nas: non enim corrupturi estis iudicē Chri- *verbis do-*
stum, vt non vos audiat cum pauperibus *mini-*
quibus tollitis. Nolite velle eleemosynas
facere

facere de sc̄nore & vsuris : fidelibus dico, quibus corpus Christi erogamus.

Augus. de verbis domini sermo. 25. g Fœcundus est ager pauperū, citò reddit donantibus fructuum. Via cæli est pauper, per quam venit ad patrem. incipe ergo erogare, si non vis errare.

Aug. ibid. h Dicit tibi Christus, Da mihi ex eo, quod dedi tibi. de meo quæro: da & redde, habuisti me largitorem, fac me debitorē. habeam te sc̄norem. temporalia mihi das, æterna tibi restituum. te ipsum tibi reddam, quando te mihi reddidero.

Aug. in epist. ad quemdam comitem. i Caue præuidens discretioni elemosynæ, ita ut veriusque dantis sc̄licet & accipientis sit solatium.

Augus. in epist. k Si vis esse mercator optimus, sc̄nerator egregius, da quod non potes retinere, ut recipias, quod non poteris amittere. da modicum, ut recipias centuplum. da temporalem possessionem, ut consequaris hæreditatem æternam.

Augus. de verbis domini. l Utantur diuites cōsuetudine infirmitatis suæ: sed doleant aliter se non posse, melius enim facerēt, si aliter non possent. Si ergo nō extollitur pauper de mendicitate, tu quare extolleris de infirmitate? Vtere tibi electis, & pretiosis, sicut consueuisti, quia aliter non potes. quia si consuetudinem mutas, ægrotas. conceditur tibi, vter

utere necessariis, de pauperibus superflua,
utere pretiosis, da pauperibus vilia.

m Magna eleemosyna, quæ ardentium *Augu. in*
crinum globos benevolentia suæ fon- *quodam*
te refrigerat, & irriguo largitatis obruit *sermo.*
incendia delictorum.

n Beatus plane, de cuius domo nunquam *Amb. lib.*
vacuo sinu pauper exiit. neque enim quis- *de officiis.*
quam magis beatus, quam qui intelligit
super pauperis necessitatem, & infirmi at-
que inopis arumnam.

o Ille intelligit super pauperē, qui lar- *Amb. su-*
gitur pauperi. nam quid prodest misereri *per psal.*
inopis, nisi alimoniam eidem largiaris? *Beati im-*

p Hoc est occidere hominem, vitæ suæ ei *maculati.*
subsidia denegare. Caue ne inter loculos *Amb. ibid.*
tuos includas salutem inopum: & tanquam
in tumulis sepelias vitam pauperum.

q Sunt qui pauperibus parum tribuunt, *Hiero. in*
ut amplius accipiant: quæ magis venatio *quadam*
appellanda est, quam eleemosyna. Melius *epist.*
est enim non habere, quid tribuas, quam
imprudenter petere, quod des.

r Nos subsarcinati auro, Christum pau- *Hier. ibi.*
perem sequimur, & sub prætextu eleemo-
synæ pristinis opibus incumbimus.

† Pars sacrilegij est, rem pauperum dare *Hiero. in*
non pauperibus: laudēt te esurientium vi- *epist.*
scera, non ructantium opulenta conuiuia.

Hic. ibid. t Sive ille sacerdos, siue cognatus sit, & affinis, nihil in illo aliud consideres, nisi paupertatē. Sine discretionē omnibus indigentibus simpliciter tribuamus, nō quæretes cui, sed quare demus. Quisquis enim in quacūque necessitate morituro succurrere potest, si non fecerit, occidit.

Hiero in epist. v Gloria episcopi est, pauperum opibus providere: ignominia, omnium sacerdotum propriis studere diuitiis.

Hic. ibid. x Quamvis omnem censum tuū pauperibus distribuas, nihil apud Christū erit pretiosius: q̄ quod manib⁹ tuis ipse cōfeceris.

Glo. Hier. sup ill. Ec. 12. Da mihi sericordiā, et ne suscipias peccatū. y Qui indigenti eleemosynam tribuit: nec pro delicto spernit, misericordiam verè facit. Natura enim respicienda est, non persona. Qui enim dat indigenti peccatori, non quia peccator est: sed quia homo est, non peccatorem, sed iustum nutrit.

Glo. super ill. Ecc. 35. Nolī inspicere fac. in iustū, &c. z Apud Deum nō quantitas muneris, nec persona petitur potētis, sed dilectio & humilitas cordis. ideo non debet offerre sacrificium de iniquitate, sed de iusto labore.

Gr̄a reg. a b Quicquid tribuitur pauperi, si subtili consideratione pensetur: nō est donum, sed mutuum: quia quod datur, multiplicato sine dubio fructu recipitur.

Cre. i mo. a c Plus esse dicimus, compati ex corde q̄ dare: quia quisquis indigenti perfectè cōpatur

titur, minus estimat omne, quod dat, exteriora largiens: quod est extra semetipsum præbet, qui autem stertum & cōpansionē proximo tribuit: ei etiā aliquid de semetipso dedit.

a d Eleemosyna superbi diuitis eum redimere non valet: quam perperrata simul rapina pauperis ante Dei oculos ascendere non permittit. *Greg. 13. 12. moral.*

a e Qui indigēti proximo exteriorē substantiam præbet, sed vitā suā à nequitia nō custodit, rem suam Deo tribuit, & se peccato. Hoc quod minus est, obtulit auctori: & hoc, quod maius est, seruauit iniquitati. *Greg. 19. moral.*

a f Non ex desiderio, sed ex necessitate postulatur, nam valde superbire est, extra metas inopiæ aliquid desiderare. *Greg. lib. 20. moral.*

a g Mundari prius debet animus, quod eleemosynam præbet, quia omne quod datur Deo, ex dantis mente pensatur, & ab omnipotēte Deo munus ex manu nō accipitur, quod corde obligato in malitia offertur. *Grego. in moralib.*

a h Ille perfectē tribuit, qui cū eo, quod afflicto porrigit, afflicti quoque animum in se sumit, vt prius in se dolentis passionem transferat, & tunc contra dolorem illius per ministerium concurrat. *Grego. in moral.*

a i Quisquis super eum, cui aliquid donauit, fastu elationis se extollit: maiorem culpam peragit superbiēdo, quam extrin-

secus me: cedem largiendo.

Grego. in pastorali. a k Tot pernae quotidie diuites perimunt: quot morientium pauperum apud se subsidia abscondunt. nani quum quaelibet necessaria indigentibus ministramus: sua illis reddimus, non nostra largimur.

Chry. super Mat. ser. 9. a l Eleemosyna amica Dei consistit: & semper ei propinqua est, pro quibuscumque voluerit facile munus gratiae impetrat, vincula peccatorum ipsa dissoluit, fugat tenebras, extinguit ignem. huic cum multa fiducia portae caeli aperiuntur, & veluti regina intrare nullus ianitorum, nullus custodum, qui adistunt, audent dicere: que tu es, vel vnde? sed omnes eam e regione suscipiunt. Virgo est habens alas aureas, circumscripta per omnia venustate, sed succincta vultum habens candidum atque mansuetum, pennata est & leuis, & semper ante solium regale consistit.

Chry. ibi. a m Medicamentum fortius, quod maxime optetur in poenitentia, eleemosyna: & sicut in praecipis medicinae accommodis, medicamentum multas quidem herbas accipit, vnam autem dominantissimam: sic & in poenitentia ista dominantior & potentior est, & vniuersum ipsa efficit.

Ibidem. a n Si indifferenter omnibus dederimus, semper miserebimur, si autem discutere coeperimus, nunquam misericordiam prestabimus.

a o Quae

20 Quæ stulticia est, illic relinquere, *Chry sup*
 unde exiturus es : & illic non præmittere, *illud mat.*
 quò iturus es? illic ergo substantiam tuam *6. nolite*
 colloca, vbi patriam habes. *thes. &c.*

a p Qui collocat thesauros in terra, non *Chry. ibi.*
 habet, quid speret in caelo. Vt quid respi-
 ciat in cœlum, vbi nihil habet repositum?
 Quicquid pro anima tua feceris, hoc tuum
 est, quod autem reliqueris, perdidisti.

a q Non est ingrata Deo, quæ visa fuerit *Chry. su-*
 ab hominibus elemosyna, sed quæ ideò fa- *per illud*
 cta est, vt visa sit. *mat. 5. Fa-*

a r Tu ergo, quando venis ad ecclesiã ad *cite ele-*
 Deum adorandũ, munera tecũ in manibus *emosynã.*
 porta, da non habentibus, & pere ab illo, *&c.*

qui habet, vt oratio tua bonis operibus cõ- *Chry. ibi.*
 mēdetur. Infirma enim est oratio, quæ ele- *sup Mat.*
 mosynarum largitate non est munita.

a s Melius seruetur pecunia, quæ in dex- *Chry. ibi.*
 tra pauperis collocatur: hanc calūniator nõ
 extorquet, inuidus non criminatur, latro
 nõ aufert, fur nocturnus nõ diripit : seruus
 fugam meditans non inuadit, sed semper *Rabanus*
 est tuta, semper integra, semper salua. *super illud*

a t Nil plus valet curationi, quàm elee- *Mat. 12.*
 mosynarum largitio, quia frustra pro pec- *Extende*
 catis rogaturus manus ad Deum expandit, *manum*
 qui has ad pauperes non extendit. *tuã, &c.*

a v Si feceris ea, tibi diuinitus prouenif- *Esai ho. 1.*

se, scilicet temporalia bona, an iniustus est Deus inæqualiter res nobis distribuens, cur tu abundas, & ille mendicat? nisi ut tu bonæ compensationis merita consequaris, ille verò patientiæ brauiis decoretur? Panis est famelici, quem tu tenes: nudi tunica, quam in conclauis cõseruas, discalciati calceus, qui penes te marcescit, indigentis argentum quod possides, quocirca tot labefactas, quot subuenire vales.

Pet. Rat. in quodã ser. a x Manus pauperis est gazophylacium Christi, & quicquid pauper accepit, Christus accipiat. Da ergo pauperi terram, vt accipias regnum. da micam, vt accipias totum. da pauperi, vt detur tibi. quia quicquid pauperi dederis, tu habebis: quod pauperi non dederis, habebit alter.

Ibidem. a y Bene tuba, quia talis eleemosyna hostilis est, non ciuilis. non misericordiæ dedita, sed clamori seditionis æmula. nõ pietatis alumna, non dignatio ostentationis, non commercium charitatis.

Pet. Rat. ser. 14. a z Nimis est quod sapit Deo, pauperis cibus, in regno cœli corã omnib⁹ angelis, & cõuentu resurgētium, q̄ Abel passus sit, quòd mundũ reseruauit Noë, q̄ Abraham filiẽ incepit, quòd Moyses legẽ tulit, quòd Petrus crucẽ resupinus ascēdit ante Deũ tacet, & clamat solũm, quòd comedit pauper.

a & Sibi

a & Sibi apud Deū pietatis ianuā claudis, qui viscerā misericordiæ proximo medicamenti non aperit. *Idem in quadā ep.*

b a Da quod accipias: sere quod metas: sparge quod colligas, quanuis nō habeas, nisi quod acceperis: non potes tamen non habere quod dederis. Infidelis autem & iniquus est, etiam si quid quod estimat diligendam non vult habere perpetuum. *Leo papa sup illud, Date, inquit, & dabitur vobis.*

b c De calice aquæ frigidæ monet Dominus, vt in nomine suo præbeat, quia hæc, quæ per se sunt vilia, fides efficit pretiosa: & quæ ab infidelibus ministrantur, etiam si fuerint sumptu magna, omni tamen iustificatione sunt vacua. *Leo papa in sermone de ieiunio.*

b d Quia non solū decimæ non sunt nostræ, sed ad ecclesias deputatæ. Verū quicquid amplius, quàm nobis opus est à Deo accipimus, pauperibus erogare debemus. Si quod eis deputatum est, nostris cupiditatibus vel vanitatibus reseruamus, quāti pauperes in locis, vbi nos sumus fame vel nuditate mortui fuerint, nouerimus nos rationem de animabus illorum in die iudicij reddituros. *Casarius in admonitione.*

b e Semina sparsa in segetem conualescunt, vt in vnum coacta depereunt. *Cassio. in epist.*

b f Producat fœnum iumentis, id est, elemosynas faciat his, qui petunt. Iumenta ap- *Cas. super psal.*

pellata: quia verecundiã nō habentes propter ingluvicem ventris in egentium voces petulant, sicut iumenta, quæ dum esuriunt, non possunt à propriis vocibus abstinere.

*Vale. epi.
in quodã
ser.*

b g In faciendis eleemosynis nō est cuiusquã accipienda persona, nec habẽdũ electionis iudicium: quia res, quæ necessitati seruit, erogationis ordinẽ nō requirit: Vbi incumbit necessitas, non opus est, vt personam discutias, ne quum indignos misericordia segregas, Dei filiũ pariter amittas.

Val. ibid.

b h Nō interest, cui petenti eroges: non enim requirit Dominus, vtum mereatur ille, qui postulat, sed quærit, qualiter præstet, qui donat.

Vide etiã in tit. Adiutoriũ & auaritia. **k**. Beneficentia, **d a**. Compassio, **e, p**. Cupiditas, **g**. Diuitia, **t, a q**. Ecclesia, **l**. Gloria æterna, **f**. Hospitalitas, & Ieiunium, **n, r, s, a c, a f, a m**. Inimicitia, **a**. Liberalitas, **g, h, o, s**. Misericordia, **d, g, l, m, r, a e, a i, a l, a q, a f**. Paupertas, **e, q**. Pœnitentia, **a f**. Prælatio, **e a**. Venia, **f**.

Eloquentia.

*Angu. in
epist.*

a P Lato temporũ suorũ vir eruditissimus, qui sic omnia locutus est, quæcunque dixit, vt magna, & quocunque modo parua dixit, modo loquendi magnificauit. Vnde dici potest quidẽ, Tullij linguam omnes mirantur, pectus non æquẽ. Aristotelis

telis pectus omnes, linguam nō æquè: Platonis pectus, & linguam æquè.

b Ille bene loquendi facundiã percipit, Greg. lib. 6. moral. qui sinū cordis per rectè viuendi studia extendit, nec loquentem conscientia præpedit, quum vita linguam antecedit.

c Eloquens est ille, qui scit parua submissè, media temperatè, magna grãditer dicere, qui scit inuenire præclare, enūtiare magnificè, disponere apertè, & figurare variè.

d Bonus doctor procemiatur aptè, narrat apertè, arguit acriter, colligit fortiter, ornat excelsè, docet, delectat & afficit. *Cassio.*

e Saepe reperitur simplicitas veridica, & falsitas composita, quæ hominem suis erroribus illicit, & per linguæ ornamenta laqueos dulces aspergit. *Isido. lib. de summo bono.*

f Antiqui forensem eloquētiã, caninam, facundiam nuncupabãt, eò quòd causidici in certaminibus causarū omīssis, quæ agūt, veluti alterutrum sese lacerant, iurgiãque causarum ad iniurias suas commutant. *Isid. ibid. lib. 3.*

g Vitiosum est in re seuera delicatum in ferre sermonem. *Tullius in rhetor.*

h Me quæ læ diu cogitatē ratio ipsa in hãc potissimã sniam ducit, vt existimē sapiētiã sine eloquētia parū pdesse ciuitatibus: eloquētiã verò sine sapiētia nimiū obesse, plurimūq; nocuisse, prodesse nunquam, *Tullius in prologo rhetor.*

Tull. ibid. i Qui verò ita sese a. mat eloquētia, non vt oppugnet comoda patriæ, sed vt pro his pugnare possit: is mihi videtur suis & publicis rationibus vtilissimus atque amicissimus ciuis.

Ibidem. k Nam quid tam inhumanum, sicut eloquentiam ad salutem hominum datam ad honorum pernitiem conuertere?

Ibidem. l Eloquētia est idoneorum verborum & sententiarum ad pronuntiationem accommodatio: continens vocis, vultus, gestus moderationem cum venustate.

Sid. in epi. m Moris est eloquētib; viris ingeniorum facultatem negotiorum probare difficultatibus, & illic stylū paratū, quasi quendam fecundi pectoris fluuiū emanare: vbi materiæ sterilis argumentum, velut arida cespitis mater gleba ieiunat. Statuit mundus similibus exemplis, medicus in desperatione, gubernator intempestate cognoscitur, quorum famā præcedentia pericula extollunt: quæ profectò nigrescit, nisi, vbi proberetur, inuenit. Sic & magnus Orator, si negotium aggrediatur angustum, tūc amplum plausibilibus manifestat ingenium.

Ser. i epi. n Cicero noster, à quo Romana eloquentia exiliuit, gradarius, id est ordinari⁹, fuit, vir egregi⁹ & vita & sciētia: & qđ post ista est eloquentia: disputabātq; expedite magis

gis, & cōcitatē, vt possis dicere facilitatem esse illam, nō celeritatē: hoc ergo in viro sapiente exigo, vt oratio eius sine impedimēto exeat, & proferat magis, quàm profluat.

o Doctrinæ & eloquentiæ ornamenta sicut dicit Valerius, in pronuntiatione apta, & conuenienti corporis gestu consistunt: quibus qui se instruxit, tribus modis homines aggreditur: aures penetrando, oculos demulcendo & animos inuadendo. *Sen. in ep.*

p Eloquentia neque adhuc se vlli sic indullit, vt tota contingeret, satis felix est, qui in aliquam eius partem receptus est. *Sen. in li. 3. rhetori. sua.*

q Magna debet esse eloquentia, quæ in iudiciis placeat: cū ingenia fauor hominū ostendat, fauor alat. *Senec. lib. decimo rheto. Ibidem.*

r Quis medicus ægrotos in transitu curat, nec vllam quidē voluptatē habet, talis verborum ruentiū strepitus: quæadmodum procliuē currētium, nō vbi visum est gradus sistitur, sed incitato corporis pondere serpit, ac longius quàm voluit, effertur, Sic ista dicendi celeritas in sua potestate est: nec satis decora Philosophiæ, quæ ponere debet verba, non proiicere, & pederentium procedere, perennis vnda sit, non torrens. Circumspiciat se sermo noster & æstimet, & præbeat æstimandum: proferatur malo, quàm profluat.

Inqui

*Senec. de
senior.*

f Inquirenti cuidam quomodo optime possit dicere, Seneca respondit: Si nihil dixeris, nisi quod bene scieris.

Senec. ibid.

t Non scholā, sed assiduitatem legēdi, doctrinam vocat oratorem optimum esse dicere, qui plurima paucis diceret.

Plato.

v Totus sermo ab vno loco egreditur, sed ipsius forme eiusq; intēriones diuersificantur secundum diuersitatem formalem ipsius. Inter sermonem enim, qui egreditur leniter vel suauiter, ac vultu placido ac arridēte, & inter ipsum, qui egreditur cum ira & tristi vultu, differētia longa existit.

Vide etiā in ti. aduocati. k. doctrina. h. b. a. b. c. b. e. b. f. b. f. sanctitas. f. scriptura. b. c. v.

Error.

*Aug. in ep.
ad Marcellam.*

I Nterest in quantum, & quibus rebus erretur, & quā facile se quisquis corrigat vel quanta pertinacia suum defendere conetur errorem.

Aug. ibid.

b Nimis peruersē se ipsum amat: qui & alios vult errare, vt error suus lateat. Quāto est melius & vtilius, vbi ipse errauit, alij nō errēt, quorum admoniti errore careāt. Vos q̄ me multū diligitis, si talē me asseritis, vt nunq̄ in scriptis meis errasse dicatis, frustra laboratis, non bonā causam suscipitis, facile in ea, me ipso iudice, superamini: qm̄ non mihi placet, cum à charissimis
mei

meis talis esse existimor, qualis nō sum: p-
fectō nō me, sed p me aliū, sub meo noīe
diligūt: si nō qđ sū, sed qđ nō sū, diligunt.

c Nō enim placet sentētia Tullij maxi- *Ibidem.*
mi autoris Romani eloquij, qui nullū vn-
quam verbū, inquit, quod reuocare vellet,
emittit: quæ quidē laus quamvis præclaris-
sima videatur: tamen credibilior de nimiū
fatuo, quàm de sapiente perfecto. Sed si in
bonam partē accipiatur: vt quempiā fuisse
talem credamus, qui cūm sapienter omnia
loqueretur, nullū vnquam verbum, quod
reuocare vellet, emisit: hoc potius de ho-
miuibus Dei, qui à spiritu sancto locuti
sunt: quàm de illo, quem sic Cicero laudat,
saluberrima pietate credendum est. Ab hac
ergo excellentia tam longè absum, vt si
nullū verbū, quod reuocare velim, protu-
lero: fatuo sum, q̄ sapienti similior. Illius
quippe scripta summa sunt autoritate di-
gnissima: qui nullum verbum nō quidem
reuocare vellet, sed quod reuocare debe-
ret, emisit. Non mihi igitur Tulliana illa
blanditur: sed angit me planè illa Hora-
tiana sententia, Nescit vox emissa reuerti.

d Diligendi sunt homines, vt eorum nō
diligantur errores.

*Aug. i qua
dam epi.*

e Nonnullis errare profuit aliquando,
sed in via pedum, non in via morum.

Aug. ibid.

O quàm

Aug. de vnico baptismo. **f** O quàm detestandus est error hominū, qui clarorum virorum quædam non rectè facta laudabiliter se imitari putant, à quorum virtutibus alieni sunt.

Am. in li. de Cain & Abel. **g** Nihil grauius, quàm errantem adeo deleri, vt se renocare non possit.

Gre. li. 8. mora. **h** Nōnulli dū plus exquirunt cōtēplāto, quàm capiunt, vsque ad peruersa dogmata erūpūt: & dū veritatis discipuli esse negligunt humiliter, magistri erroris hūnt.

Ori. in ep. apolog. sic se excusat. **i** Quidā eorū, qui libenter habēt criminari proximos suos, adscribunt nobis, & doctrinæ nostræ crimen blasphemix, quod à nobis nunquā audierūt. Dicūt enim patrē malitiæ & perditionis eorū, qui de regno eiciuntur, id est diabolus me dicere, esse saluandū: quod nec aliquis quidē mēte captus & manifestè insaniens dicere potest. Sed nihil mirū videtur, si adulteretur doctrina mea ab inimicis: & illa corruptione corrumpatur, quali corrupta est epistola Pauli Apostoli. Nā quidam sub nomine eius falsam epistolam conscripserūt vt turbarent Thessalonicenses, quasi instaret dies domini. & seducerent eos.

Beda sup Esdr. **k** Multis, qui in pace ecclesiæ negligēter vixerāt, subito errasse, & in flagitia aliqua cecidisse profuit, dum post casum pœnitendo erecti vigilantius domino seruire cœperunt

perunt: & qui pigri ac delides in innocētia stare videbantur, per accidentem sibi ruinā admoniti, sunt solertiūs erga sui custodiā cōtra omnes antiqui hostis insidias accincti, ita, vt qui nec propriā vitam recurare ostenderant, postmodum etiam supernæ salutis cum sua erectiōne curam gerant.

I Ex eo error noster adparer, quod ea sola putamus emi, pro quibus pecuniam soluimus: ea gratuita vocamus, pro quibus nos ipsos impendimus, quæ emere nolumus si domus nostra pro illis esset danda: adeò nihil est cuique se vilius.

m Bonus animus nunquàm erranti obsequium accommodat. *Ibidem.*

Vide etiam in tit. discere. b. doctrina. f. a. k. a. l. hæresis & ignorantia & mendaciū. d. oratio. a. i. philosophia. k. l.

Eucharistia.

a **P**eccata si non tanta sunt, vt excōmunicandus quisque videtur, non se debet à quotidiana medicina dominici corporis separare. *Aug. ad Iacobinum lib. 1.*

b Faciat vnusquisque quod secundum suam fidem credit piè esse faciendum. *Aug. ibid.*

c Ille nō aulet honorādo sumere; & ille honorādo nō audet vllum siē prætermittere. Cōtemptum solum nō vult cibus iste. *Aug. i. li. de*

d Quotidie eucharistiæ communionem perci

percipere, nec laudo nec reprehendo. omnibus tamē dominicis dieb' suadeo, & hortor, si tamē mens sine volūate peccādi sit. Nā habētē adhuc voluntatē peccandi, grauari magis dico eucharistiæ perceptione, q̄ purgari: & ideo quāuis peccato quis moderatur, peccandi tamē de cætero non habeat voluntatē, & cōmunicaturus satisficiat lachrymis & orationibus, & confidēs de Domini miseratione q̄ cōfessione peccati pie peccata donare consuevit, accedat ad eucharistiam intrepidus & securus: sed hoc de illo, quem capitalia & mortalia peccata non grauant. Nam quem peccata vel crimina post baptismum grauant, hortor prius publica pœnitentia satisfacere, & ita sacerdotis iudicio reconciliatum cōmunicatione sociare, si vult non ad iudicium, sed ad condemnationem sui eucharistiam percipere, sed & secreta satisfactio

Aug. tra- ne solui mortalia crimina non negamus.
Etās illud e Accipe quotidie, quod quotidie tibi
Matt. 28. profit. sic viue, vt quotidie merearis accipe
Panē no- re: qui non meretur quotidie accipere, non
strū quoti meretur post annum accipere.
dianum. f Hoc sacramentum non immeritò co-
Aug. de ec secrantis, sed in verbo efficitur Creatoris:
ele. dog= nec bonorum dispensatorum meritis am-
matibus. pliatur, nec malorum attenuatur.

Quan

g Quanta est cordis contritio, & lachry- *Ambrosii in*
 marum fonte, quanta reuerentia & tremore, *ora. ante*
 quanta corporis castitate, atque animi puri- *missam di-*
 tate illud diuinum & caeleste mysterium esse ce- *cenda.*
 lebratum Domine Deus, ubi caro tua in veritate
 sumitur, ubi sanguis tuus in veritate bibi-
 tur, ubi summis in ma, humanis diuina iun-
 guntur! ubi adest sanctorum praesentia ange-
 lorum, ubi tu es sacerdos & sacrificium mira-
 biliter & ineffabiliter! Quis dignè hoc ce-
 lebrare mysterium potest, nisi tu Deus
 omnipotens offerentem feceris dignum?

h Si tantum valuit sermo Eliae, ut ignem *Ambrosii de*
 de caelo deponeret, non valebit sermo Chri- *sacramen-*
 sti, ut species elementorum mutetur? de *tis, lib. 3.*
 totius mundi operibus legisti: quia ipse di-
 xit: & facta sunt: ipse mandauit, & creata
 sunt. Sermo igitur Christi, qui potuit ex
 nihilo facere, quod non erat: non potest
 ea quae sunt, mutare in illud, quod non sunt?
 Non enim minus est nouas rebus dare for-
 mas, quam mutare naturas.

i Liquet, quia praeter naturae ordinem *Ibidem.*
 virgo generauit, & hoc quod conficimus
 corpus, ex virgine est. Quid quaeris natu-
 e ordinem in Christi corpore, cum praeter
 naturam sit ipse partus ex virgine?

k Vide quid agas Sacerdos, ne febrien *Ambr. de vi-*
 u manu Christi corpus attingas: prius cu- *uis lib. 1.*

rere, vt possis ministrare.

*Amb. de
sacramēto.*

I Verba Euāgelista: sunt vsq; ad Accipite, siue corpus siue sanguinē, inde sunt verba Christi: Accipite, & bibite ex eo oēs. & inde singula, q̄ pridie, inquit, quām pateretur in sanctis manib' suis accepit panē antē, q̄ consecratur. panis est: vbi verba Christi accesserunt, corpus Christi est. Denique audi dicentem: Accipite & edite ex eo omnes: hoc est corpus meū. Et ante verba Christi, calix vini & aquæ est plen', vbi verba Christi operata fuerunt, sanguis efficitur, qui plebem redemit.

Amb. ibi.

m Si quotiescunq; effunditur sanguis, in remissionem peccatorum funditur, deo illum semper accipere, vt semper mihi peccata dimittantur: qui semper pecco, semper habere deo medicinam.

Ibidem.

n Qui vulnus habet, medicinā requirit: vulnus est, quia sub peccato sumus: medicina est, cæleste & venerabile sacramentū.

Ibidem.

o Ne veluti quidā horror esset cruoris, sed maneret gratia redēptionis: ideo in similitudine qdē accipis sacramētū: sed vere naturā gratiā virtutēque consequeris.

*Hic super
Lucam.*

p Biberūt ex eo omnes: ebrietas felix: satietas salutaris: quæ quāto copiosius sumitur: tantò sobrietatē sumentibus donare dignatur. & Iudas bibit, sed non saturatur:

ratur: nec sitim extinguit ignis aeterni.
quia indignè iitiuit myſteria Chriſti.

q Accepit Ieſus panem, & benedicens *Ibidem.*
fregit, tradens & figurans corpus ſuum in
panem: quod eſt eccleſia præſens: quod ac-
cipitur in fide: benedicitur in numero, frã-
gitur in paſſionibus, datur in exemplis, ſu-
mitur in doctrinis, formans ſanguinem
ſuum in calicem vino & aqua cõmiſtum:
vt alio purgaremur à culpis, alio redime-
remur à pœnis. Sãguine nanque agni ſer-
uatur domus à percuffione angeli: & aqua
maris rubri extinguntur inimici, quę ſunt
myſteria eccleſiæ Chriſti.

r Meritò noſtræ reconciliationis cauſa *Hic. ibid.*
hoc ſacrificium conſtitutum eſt: & ſi ſacri-
ficij præcepta contempſeris, ſacrificij re-
medium ſentire non poteris.

ſ Hęc nãque ſingularis victima ab eter- *Greg. in*
no interitu animas ſoluit: quę illam nobis *dial. li. 4.*
mortẽ vnigeniti reparat: qui licet ſurgens
à mortuis, iã non moritur: & mors illi vl-
trà non dominabitur: tamen in ſeipſo im-
mortaliter atque incorruptibiliter viuẽs,
pro nobis iterum in hoc myſterio ſacræ
oblationis immolatur: eius quippe ibi cor-
pus ſumitur: eius caro in ſalutem populi
patitur: eius ſanguis non iam in manus
infidelium, ſed in ora fidelium funditur.

Hinc ergo pensamus quale sit pro nobis
istud sacrificiū quod per abolitionē no-
strā vnigeniti filij passionē semp imitat.

Gre. i ho. **¶** Cibus dulcis, est corpus & sanguis
Christi, quod Iudas accepit indignus.

Ber. in ep. **¶** Sacramētū Dei altī i ni suscipiendū
est, nō discutiendum: venerā dum, nō diudi-
candum, fide sortitum, non innatum: tradi-
tione sancitum, non ratione adinuentum.

Chry. ho. **¶** Sicut corporalis cibus, quum vētrem
5. super inuenit aduersis humoribus occupatum,
Matth. amplius lædit, magis nocet & nullum præ-
stat auxilium: ita & iste spiritualis cibus, si
aliquem reperit malignitate pollutum,
magis eum perdet, non sua natura, sed ac-
cipientis vitio.

Isid. li. 1. **¶** Qui sceleratē viuunt in ecclesia, &
de sū. bo. communicare non desinunt, putantes se ta-
licomunionem mundari, discant nihil ad
emulationem proficere sibi.

Remigius **¶** Vt tradētibz Christum ad crucifigē-
in glo. sup dum se l vā cum maligna conscientia sub
illud Ma. sacramento sumentibus illū: & si non tra-
Ve illi p dant iulxris ad crucifigē lū, tradunt tamen
quē filius ipsum membris inimici ad sumendum.

hominis Vide etiā in ti. mirabile. b. sacramētū. c.
tradetur.

Exactio.

Gre. in **¶** **E**Xigimus, quod debetur nostro cor-
mor. pori, sed non impēdimus quod sub-
iecto

lectorum debemus cordi.

b Non gaudent martyres, quando ex illis pecuniis honorantur, in quibus pauperes plorant. *hryf. sup Maitha.*

c Magnū scelus est, rē pauperū præstare diuitibus, & de sumptibus inopū acquirere fauores potētū. Aëri terræ aquā tollere, & flumina quæ non indigent, irrigare. *Isido. li. 3. de sum. bo.*

d Ministerialiū siquidem tanta est multitudo, quanta est locustarum, vt istis residuibus alij succedāt, quod ex parte fuerit deuoratum: alij deuorent exitialiter & consumant: impleturq; eis illud propheticum: Residuum erucæ comedit locusta. residuū locustæ comedit bruceus. residuū bruci comedit ærugo. Pauper enim veretur aperire malitiam exactorum, ne grauiora moliantur in eum, & fiant posteriora hominis peiora prioribus. *Pe. Rauē. in quadā episto.*

e Nulla fides pietasque viris, qui castra se iungunt, Venalesque manus, vbi fas vbi maxima merces. *Iuuenalis.*

Vide etiam in tit. Crudelitas. b. Ecclesia k. Prælatio. c. a. rapina.

Exercitatio.

a **C**VM sit utilis ad instruendū lectio *Isi. de sum* & adhibita collatione maiorē intelligētiam præbeat, melius est conferre *mo. bono libr. 3.* quàm legere: collatio docibilitatem facit.

Nam propositis interrogationibus cunctarum rerum, error excluditur, & sepe obiectiōibus latens veritas aperitur.

*Hugo, de institutio-
ne nouitiorum.* b Sæpe illa, quæ in publico nō valemus, necessariò queudā prius in secreto exercitationis vltimū exposcunt. quia si ea prorsus in occulto negligim⁹, vti postmodum eis, dum opus est, in publico non valemus.

Cass. li. 9. epist. c Constat omnē operam si longa intercapedine quiescat, egrè resumī. Quis enim ignoret, cunctis aut artificibus, aut artibus maximum decus vsu venire: cūmque studia cōsuetā non frequentantur, brachia in corporibus, ingenia pigrescere in artib⁹.

Cass. li. 4. epist. d Aegrescit profectō ingenium, nisi vigilatione reparetur: citò expediuntur horrea, quæ assidua non fuerint adiectione suffulta: thesaurus ipse, quàm facile profunditur, si nullis iterum pecuniis completur: sic humanus sensus cūm alieno non sarcitur, id est restauratur inuento, citò potest attenuari de proprio.

Veg. de re mil. li. 2. e Omnes artes, omniāque opera quotidiano vsu & iugi exercitatione proficiūt. Quod si in prauis verum est, quantò magis decet in maximis custodiri?

Tull. 2. Rhet. Se. 23. epist. f Exercitatio est assidu⁹ vs⁹, & cōsuetudo. g Quem in ipsa re trepidare nolueris, ante rem exerceas.

h Diligētia, cuiuslibet operis obtusitas *Boe. de di-*
 permollitur: sic prudentia sine iustitia pa *sciētia*
 rum vel nihil prodest: iustitia verò sine pru *schol.*
 dentia multum: sic sine vsu sciētia parum:
 vsus autem cum scientia multum.

i Cōstātia parit, icōstātia parta dissoluit. *Ibidem.*

k Scintillula difficilis veritatis facilius *Boe. ibid.*
 in disserēdo reperitur, quā si studio ob-
 seruantia: per multum tempus committe-
 retur: iuxta illud Aristotelis: Bona opinio
 facit videre verum.

Vide etiā in tit. Bellum, q r x a c a g. an.
 Discretio, a Doctrina, a c. Iuuentus e. Stu-
 dium. g i. Vita ai. *Excommunicatio.*

a **N**Os à communione quēquā pro- *Augus. in*
 hibere nō possumus, quāuis pro- *serm. 40.*
 hibitio hęc nondū sit mortalis, sed medi-
 cinalis: nisi aut sponte cōfessum: aut in ali-
 quo siue seculari siue ecclesiastico iudicio
 nominatum atque commotum.

b Fit vt ipsa ligandi ac soluēdi potestate *Gr. in ho.*
 se priuet, qui hanc pro suis voluptatibus &
 non pro subiectorum moribus exercet.

c Interdū fit, vt aliquis nō reſto iudicio *Orige. sup*
 eorū, qui præsunt ecclesię, depellatur, & fo *Leuiticu,*
 ras mittatur: sed non exitantè: hoc est, si *homi. 48.*
 non ita egerit, vt mereretur exire, nihil
 læditur in eo, quòd non reſto iudicio ab
 hominibus videtur expulsus, & ita fit, vt

interdū ille, qui foras mittitur, intus sit: & ille foris sit, qui intus retineri videtur.

Vide etiam in tit. Ecclesia, 2.

Excusatio.

Augus. de car. ser. 4. a **C**Oepisti nō defendere peccatū tuū, iā inchoasti iustitiā: p̄ficietur autē in te, quādo nihil aliud facere delectabit.

Augus. in quodā ser. b Defunt esse peccata, quæ propter grauiora vitanda suscipiuntur. Sicut enim in rebus vtilibus non vocatur damnum, quod propter maius lucrum amittitur, ne grauius aimitatur.

Augus. in epi. ad Pablic. c Absit, vt id, quod propter bonum ac licitum facimus, si ex hoc præter nostrā voluntatem quicquam mali acciderit, nobis impuretur.

Augus. de opere machorū. d Nō alligamus onera grauiā, & humeris vestris imponimus q̄ nos digito nō tāgimus: quāti officij nostri salua ratione possemus, nouit ille, qui nostra scrutatur corda: mallemus hæc agere, quæ vt agatis hortamur, q̄ ea, quæ vos agere cogimus.

Hie. i. qua dam epis. e Multitudo sociorum, impunitatē non facit criminum.

Hie. i. epi. ad Aug. f Superest vt diligas diligētē, & in scripturarū cāpo iuuenis senē non prouocet: nos nostra habuim⁹ tēpora, & cucurrimus quantū potuimus, nūc de currente & longa spatia transeunte nobis debetur otium.

g Non

g Nō enim vt aduersariis, sed vt amicis scriptimus: nec inuecti sumus in eos, qui peccāt, sed ne peccent, monemus: neque in illis tantū, sed in nosmetipsos seueri iudices sumus. Nullum lesimus, nullius nomē de mea scriptura vel sermone signatū est. neminē sermo noster specialiter pulsauit. generalis de vitiis disputatio fuit: sed qui mihi irasci voluerit, plus ipse de se, quō l talis sit confitetur.

h Non est facile malum de perfecta aetate credendum: quam vita praterita defendit, & honorat vocabulum dignitatis.

i Vitium generis humani vitium est, libendo peccatum committere: & cōmissum negando abscondere, & couictum defendendo excusare.

k Fit plerunq;, vt dum iniqui correcti in se mala defendere nequeāt, ex verecundia peiores fiāt: & sic in sua defensione superbiant, vt quædā vitia contra vitam corripientis exquirāt, & eo se criminosos non existiment: si crimina aliis imponant: qui quum vera inuenire nequeunt, fingunt: vt ipsi quoque habeant, quod non impari iustiti in increpare videantur.

l Peccatum peccato addit, qui culpæ, quā fecit, patrocina defensionis adiungit.

m Quidā dicere nōnūquā solēt, cōcessis

Hic. i. epi.
ad Nepot.

Hic. i. epi.
ad Rust.

Gr. li. 22.
mora.

Greg. 10.
mora.

Greg. 22.
mora.

Gre. in pa
storal.

vtimur, aliena non q̄rimus, & si digna misericordię retributione non agimus, nulla tamē peruersa perpetramus, quū tamē diuitē post hęc vitā vltiix gehēna suscepit, non quia aliquid illicitum gessit, sed quia immoderato vsu totum se illicitis tradidit.

*Ber. super
cāt. ser. II.*

n Noli iudicare p̄ximū, sed magis excusa. Excusa intētionē, si opus nō potes: puta ignorantia, puta surreptionē: puta casum. Quod si omnē omnino dissimulationē rei certitudo recusat, suade nihilominus tibi & dicito apud temetipsum: Vehemens fuit rētatio: quid de me illa fecisset, si accepisset in me similiter potestatem?

*Ber. de 12.
grad. ho.*

o In quacūq; hominū verberis frequētia, caue alienę cōuersatiōis esse aut curiosus explorator, aut temerarius iudex, & si p̄peratum actūmve quid depræhendes, nec sic iu lices proximum, magis autem excusa.

*Ber. de di
ligēdo Deo
in princ.*

p Ad hoc, vt verū fatear, ea mihi deesse video, quæ maximē necessaria vidētur, diligētiam & ingenium: quia nec doctis, nec indoctis pariter isti⁹ modi excusandi mos est, nec facilē scitur, qui vel experiētia, qui vel ex verecundia mos prodeat, si iniuncti operis obeditio non probat.

*Isid. lib. I.
foli.*

q Quāuis vera sint, credēda non sunt, nisi que certis indiciis cōprobātur, nisi que manifesto examine cōuincuntur, nisi que ordine

dine iudiciario publicantur. Nō enim qui accusatur, sed qui cōuincitur, reus est.

r Superbus vult se credi constantē, pro- *Prosper de*
 digus liberalē, auarus diligentem, temera- *vita cōtē.*
 rius fortem, inhumanus parcum, ignauus *lib. 4.*
 quietum, timidus cautum.

s Hoc enim maximū vitium est, quo la- *Cas. sup il*
 borat humanitas, vt post peccatum suū ma- *lud ps. ad*
 ximē ad excusationis cōfugium, quasi pœ- *excusādas*
 nitudinis se confessione prosternat, quod *excusatio-*
 facinus inter summa peccata cōstat nume- *nes in pœ*
 ratum esse, quia inde nascitur, vnde ad pœ- *catis.*
 nitentiam reus tardius venire videatur.

t Nemo se auarū intelligit esse, nemo cu- *Senec. 60.*
 pidū. cēci tñ, ducē quērūt. nos sine duce er- *epist.*
 ramus. dicimus, non ego ambitiosus sum,
 sed nemo Romæ aliter potest viuere. Non
 ego sumptuosus sum, sed vrbs ipsa magnas
 impensas exigit. Nō est meū vitium quod
 iracundus sum, adolescentia hoc facit. Qui
 quidē nos decipimus, non est intrinsecus:
 malum nostrū intra nos est, in visceribus
 ipsis sedet, & ideò difficulter ad sanitatem
 venimus, quia nos ægrotare nescimus.

v Intellige tua esse vitia, quę putas rerū. *Senec. ibid.*
 Quadā em̄ locis & tēporib⁹ ascribimus,
 at illa quocūq; transferimus, secutura sunt.

x Nullum putaueris locū sine teste ex- *Senec. in*
 cusatorem quærere. Vitium est, non posse *proverb.*
 præ

prærenditur, sed nolle in causa est. Emitte excusationem, nemo peccat inuitus, omne peccatum voluntarium est.

*Sen. i. que-
dã episto.* y Puerum ætas excusat, tœminam sexus, extraneum libertas, domesticũ familiari-
tas. amicus est scilicet qui offendit: fecit quod noluit: inimicus fecit, quod debuit, prudentiori remittamus.

Vide etiã in tit. Abusio. a. Acedia. a. Amicitia. b. c. b. d. Apostoli. f. Confessio. a. d. Correctio. b. c. Cupiditas, e. Diuitia. v. Error. b. Fides. a. m. Ignorantia. f. g. Intetio. t. Laus. g. Liberalitas. a. l. Prudentia. t. Venia. q. Verecundia. g.

Exemplum.

*Augu. lib.
de pasto.* a **Q**ui in conspectu populi malè viuit, quantum in illo est, eum à quo attenditur, occidit.

Ibidem. b Omnis qui malè viuit in cõspectu eorum, quibus præpositus est, quãtum in ipso est, occidit, & fortè qui imitatur, moritur: qui non imitatur, viuit. tamen quantum ad illum pertinet, ambo occidunt.

*Aug. in li.
de ouibus.* c Non tantum curemus habere bonam conscientia, sed quantum potest nostra infirmitas, quãtum vigilãtia fragilitatis humane, curemus nihil etiã facere, quod ve-

*Ambr. sup
Beati im-
maculati.* niat in malam suspicionẽ infirmo fratri.
d Est insitum bonis, vt castum pudicus, prudentem sapiens, misericors liberalem
affe

affectu pio diligit, & virtutes suas in aliis amet. In plerisque iusti aspectus admonitio correctionis est, perfectioribus letitia est.

e Domus episcopi & conuersatio, quasi *Hier. 7. epi.* in speculo posita magistra est publicæ di- *ad Eliodo* sciplina: quicquid fecerit, id sibi omnes fa- *rum.* ciendum putant.

f Sancta rusticitas solum sibi prodest, & *Hiero. in* quantum edificat exemplo, & vitæ meri- *quadã epì* to ecclesiam Christi, nocet, si destruētib; *sto & est* non relinquit. Innocens absque sermone cõ- *in glo. 1.* uersatio, quantum exemplo prodest, tan- *Tim. 3.* tum silentio nocet. Nam latratu canum, & baculo pastorum deterrenda est rabies luporum.

g Volantia animalia se vicissim feriunt *Greg. 24.* aliis suis, quia sanctorum mentes in eo, quod *moralium.* superna appetunt, consideratis inuicem alternis virtutibus excitantur. Ala enim sua me percussit, qui exemplo sanctitatis me ad melius accendit: & ala mea vicinum animal ferio, si aliquando alteri opus bonum, quod imiterur, ostendo.

h Qui in occulto bene viuit, sed alieno *Greg. sup* profectui minimè proficit, carbo est: qui *Exe ho. 5.* verò in imitatione sanctitatis positus, lumen rectitudinis ex se multis demonstrat, lipas est: quia & sibi ardet, & aliis lucet.

i Si sit opus in publico, quatenus inten- *Gr. ho. 11.* tio

tio maneat in occulto: vt & de bono opere proximis præbeamus exemplum, & tamē per intētionem, qua soli Deo placere quærimus, semper optemus secretum.

Gre. in ho mil. 25. k Perpendo Petrum, considero Latronē, aspicio Zachēum, & nihil in illis aliud video, nisi ante oculos nostros posita spei & pœnitentiæ exempla.

Gre. lib. 1. dialogor. l Sunt nonnulli, quos ad amorem patriæ cœlestis plus exempla, quàm prædicamenta succendunt.

Gre. i pas. m Plerunq; contingit, vt qui negligenter de se mala opinari permittant, per semetipsos nulla quidē vnquàm faciant, sed tamen per eos, qui se imitati fuerint, multipliciùs delinquant.

Gre. ibid. n Qui bona occultè faciūt, & cum quibusdam factis publicè mala de se opinari permittunt, quum seipsos recte virtute viuificant, alios in se per exempla malæ æstimationis occidūt, & cum salubris vini potum sorbeant, pestiferum veneni poculum aliis infundunt.

Gre. ibid. o Nemo amplius in ecclesia nocet, q̄ qui peruersè ageas, nomen vel ordinem sanctitatis habet. Delinquentem nanq; hūc redarguere nullus præsumit, & in exemplis culpa vehementius extēditur, quando pro reuerentia ordinis peccator honoratur.

p Nullū ego consiliū melius arbitror, *Gr. li. 102*
quā si exemplo tuo fratrem docere stu- *mora.*
deas, quæ oporteat fieri, prouocans eum ad
meliora & consulens ei, neque verbo neq;
lingua, sed opere & veritate.

q Quum clericum videmus, admonen- *Grego. he.*
dus est, quatenus sic viuat, vt exemplū vi- *quādā su-*
tē secularibus præbeat, ne si quid in illo re *per euāge*
prehenditur, ex eius officio ipsa religionis *lia.*
nostræ æstimatio grauetur.

r Nō tibi videtur grauiorē ab eo Christ^o *Ber. in ser*
sustinere persecutionē, qui suggestionē ma- *mo.*
ligna, exēplo pernicioso, scandali occasio-
ne, ab eo peruertit animas quas redemit,
quā à iudæo, qui sanguinē suum fudit?

s Noueris huius trinitatis sacramentum *Ber. i. epi.*
in nullo frustratū à te, si pascas verbo: pa-
scas exemplo, pascas orationum suffragio.
Manēt autem tria hæc, verbū, exemplum,
oratio, maior autem est oratio.

t Seminemus hominibus bonum exem- *Ber. i. serm.*
plum per aperta opera. seminemus ange-
lis gaudiū magnum per occulta suspiria.

v Sermo quidem viuus & efficax exēplū *Ber. i. ser-*
operis est, plurimū faciens suasibilem. tūc *mo. 56.*
quoque intēdimus quod dicitur, dum mō-
stratur scibile, quod suadetur.

x Pulcherrimus ordo est & saluberrimus, *Ber. i. epi.*
vt onus quod portandum imponis, tu *sta. 72.*

portes prior, & ex te discas, qualiter oporteat aliis moderari.

y Seminauit in terra nostra tota trinitas, pater scilicet de cœlo panē: filius veritatē, Spiritus sanctus ch̄ritatem. Seminauerunt angeli, quando aliis cadentibus ipsi steterunt: apostoli, quando ipsi domino adhaeserunt: martyres verò manifestum est fortitudinem seminasse, porrò confessores seminauerunt iustitiam, quam habuerunt in omni vita sua. Virgines sanctę planum est, quia temperantiam seminauerunt, quæ sic libidinem calcauerunt.

Leo papa in sermo. de ieiun. z Validiora sunt exempla, quàm verba, & plenius opere docetur, quàm voce.

Cesarius i admoni- tione secū. a b Quātis exemplū veræ humilitatis & perfectæ charitatis ostēderis, cum tantis & pro tantis æterni præmia possidebis.

Cesarius ibid. a c Bene licita à Deo illa anima, cuius humilitas cōfundit superbiam, cuius patientia proximi extinguit iracundiam, cuius obedientia pigritiam alterius increpat, cuius feruor inertiam alieni corporis exuscitat.

Hugo de claustro anima l. 3. Cap. 5. a d Sic luceat lux vestra coram hominibus & cætera. hoc autē fit, quū apparet misericordia in affectu, benignitas in vultu, humilitas in habitu, modestia in cohabitatione, patientia in tribulatione.

epist. a e Claras enim suas maculas reddunt, si illi

si illi, ad quos multi respiciunt, aliqua reprehensione sordescunt, alioquin expedit non videri, quam cunctorum irrisione signari. oēs ergo, qui grauiorū celsa petimus, vitiorū humilia deterramus, sit in nobis frōs libera, vt aliorū possimus emēdare peccata. equat crimen omne quod inquinat. & ideo dissimilis ab accusato debet esse, q̄ iudicat.

a f Exemplum vitiosum est, si aut falsum est, vt reprehendatur, aut si improbum, vt non sit imitandum, aut maius, aut minus, quam res postulabit.

Tull. lib. 2. rhetor.

a g Exemplum, est alicuius facti vel dicti præteriti cū certi autoris noīe propositio.

Tull. ibid.

a h Qui Imperator ob hoc ipso de prælio fugit, vt bene pugnaret exercitus? Non coēret vitia quis, sed prouocat.

Sen. lib. 2. rhet. sua.

a i Prodest sine dubio, custodem sibi imposuisse, & habere quē respicias, hoc quidem longē magnificentius sic viuere, tanquam sub alicuius boni viri ac semper præsentis oculis. cū iam profeceris tantum, vt sit tibi etiam tui reuerentia, & donec te eum feceris, cum quo peccare non audeas.

Senec. 25. epist.

a k Id agamus, vt meliorem vitā se quaeramus, quam vulgus, non vt contrariā, alioquin, quos emendare volumus, fugamus à nobis & auertimus. Illud quoque efficiamus, vt nihil imitari velint nostri, dum ti-

Sen. ep. 13.

anent, nec imitanda sint omnia. Hoc primum Philosophia promittit, secundum omnem humanitatē & cōgregationem, à qua professione dissimilitudo nos separabit. Videamus ne ista, per quę admirationē parere volumus, ridiculosa & odiosa sint.

*Seneca in
proem.*

a l Dignus tibi sit, coram te peccare pudeat: discipulus est prioris posterior dies. Ex vitio alterius sapiens emendat suum. optimum est maiorum sequi vestigia, si recte præcesserint.

*Idē de sen-
tentiis ora-
torum.*

a m Si bene egeris, ipse tibi personę auctoritatem dabis. Viri boni est, scire pati, nec facere iniuriam. Auctor malus bonam rem turpem facit.

Vide etiam in tit. Abstinētia, f. Apostoli-
t. Beatitudo, o. Clericus, a. Consuetudo, a b.
Conuersatio, l, a o. Correctio, a b, b f. De-
tractio, o, q. Doctrina, g, a, d, a e. Electio,
Hæresis, b. Laus, a g. Malitia, h. Nocumen-
tum, e. Peccatum, a m. Periculum, a. Prædi-
catio, a g. Prælatio, a p. Sacerdos, v, x.

Fabula.

*Aug. in li.
cōtra mē-
daciū, cir-
ca mediū.*

a **A** pud autores secularium literarum ut apud Horatium, mus loquitur muri, & mullela vulpecula, ut per narrationem fictam ad id, quod agitur, verax referatur significatio. Vnde & Aesopias fabulas ad eum finem relatas, nullus ineruditus fuit,

fuit, qui putaret appellanda mendacia. hæc & in sacris libris, vt in libro Iudicū, quum ligna sibi regem fecerunt, & loquuntur ad ficum & ad vitem, quod totum fingitur: ficta quidem narratione, sed veraci significatione hæc dicuntur.

b Fabula & si vim veritatis non habeat, tamē rationem habet, vt iuxta eam possit veritas manifestari. Referunt, inquit, seculares, virum quēdā fuisse, vt quoties beneficio virium suarum destitutus, amicam & nutricem terrā impulsu aduersarij cōtigisset, de solo surgens magis in aduersarium praualeret, & sic occasio prostrati, occasio fiebat triumphī. Dabat infirmitas fortitudinem, lapsus palmam, ruina victoriā. Cui hæc conueniunt, nisi Christo, qui ad hoc cecidit, vt gloriosior resurgeret?

*Amb. li. 3.
de offi.*

c Fabulæ à fando dictæ: quia non sunt res factæ, sed tantūmodo loquendo dictæ. quæ ideò sunt inductæ, vt ficto animalium mutorum inter se colloquio, imago quædam vitæ hominū nasceretur. Sicut mus loquitur muri, mustela vulpeculæ, & in libro Iudicū, ligna sibi regem requirunt. quod totum ad mores ordinatur, vt ad rem, quæ intenditur ficta quidem narratione, sed veraci significatione perueniatur. Sic enim Demosthenes vsus est fabula aduersus Phi-

*Isid. lib. 1.
etymolog.*

Lippum: qui ab Atheniensibus postulauit decē oratores, & ille finxit fabulam. Lupi suaserunt pastoribus, vt in amicitiam conuenirent. cūq; hoc pastoribus placuisset, petierunt lupi, vt primò sibi vice securitatis canes traderent, in quibus videbatur occasio iurgiorum: annuerunt pastores: & tunc lupi omni adēpta formidine, omnem gregem nō solum pro societate, sed etiam pro libidine lacerauerunt. Sic, inquit, Philosophus, sublatis oratoribus in populo Atheniensium facturus est. Oratores populi postulat, quo facilius possit opprimere spoliata custodibus urbem.

Gell. li. 1. d Aesopus, qui meritò sapiens æstimatus est, vtilia monita sua non seuerè neque imperiosè præcepit: sed, vt Philosophis mos erat, salubriter ad perspiciendum, mentes animasq; hominum causa audiendi quadam illecebra induxit.

Ibidem. e Apuleius Aulus de Deo Socratis introducit fabulam Aesopi, de coruo tenente carnem in ore. cui dum dixisset vulpecula, quòd cygno melius cantabat. & volēs cantare, amisit carnem de ore, ac potius crocitant, quàm cantauit. & sic suam defectiōnem publicauit: quod multis accidit, qui volunt se magnificare, & ultra mensuram virium suarum ostentare.

f In superficiali lyræ cortice, falsum re *Aianus de*
sonat fabula. lyra enim fabula poetica, in *complam-*
terius verò auditoribus intelligentiæ secre *Etho natu-*
tum altioris eloquitur: vt exterioris falli- *re.*
tatis abiecto putamine, dulciore nucleum
veritatis secreta intus lector inueniat.

g Fabulas existimo necessarias, non ex *Incertus*
eadem causa, qua poetis, sed vt imbecillita- *autor.*
tis nostræ adminicula sint, & vt dicentem
& audientem in rem præsentem adducant.
Vide etiã in ti. Doctrina, a, i. Mèdaciũ, d.

Fama.

a **C**Auete omnes suspiciones, & quic- *Augu. lib.*
quid probabiliter fingi potest seu *confess.*
dici, ne fingatur ante deuita.

b Sic doctõr bonam eligat vitã, vt etiam *Augu. de*
bonam non negligat famam. *doctrina*

c Duo sunt tibi necessaria: scilicet con- *Christia.*
scientia & fama: conscientia propter te, *Augu. lib.*
fama propter proximum. Qui conscientia *de cõmuni*
sua cõfidens, famam negligit, crudelis est. *serm. cle*

d Opera salutis sine fama boni odoris nõ *Hie. super*
satis relucet auditoribus, nec fama sine *illud mat.*
opere proficit, sine quibus forma veri sa- *4. Abiit o-*
cerdotis non commendatur. *pinio ei?*

e Inclyti animi signum est, fame diligere *Cass. lib.*
cõmodũ, & lucra causarũ, nã qui affectat fa- *1. epi.*
mã cõmoda, pecuniæ negligit augmenta.

f Regnãtis facultas tunc fit ditior, quum *Cass. ibid.*

remittit, & acquirit thesauros famæ, neglecta utilitate pecuniæ.

Cas. lib. 1. epist. g Nemo futurum putat diligentem, quem in ipsa nouitate operationi suæ non videt esse custodem. Prouidus institutor ortum suum fecundis nititur ornare plantariis: ut reddant fructus optatos, quæ sollicitis fuerant exulta laboribus.

Cas. lib. 2. epist. h Vbique cognoscitur, quisquis fama teste laudatur: dum enim copia plurimum solet habere fastidium, bonum nomen repetitum semper efficitur gloriosum.

Cas. lib. 2. i Melius est de perpetua vita, quam de fama cogitari. nostrâ enim post mortem non opuscula, sed opera sunt pensanda, quia si aliquid agimus, nostrum est: si quid habemus, alienum est.

Ter. Rau. epist. k Quidam laudes hominum vilipendunt, & in hoc sunt laudabiles. quidam omni tempore venantur famam seculi, & omni tempore sunt infames. quidam apud alios venerabiles, apud se vilescunt. quidam plus se de lingue adulatrici, quam conscientie suæ credunt.

Manus de com. lib. 2. epist. l Veræ famæ hæc est gloriosa proprietas, ut appetitores sui contemnat, appetat contemptores. famam fugiendo consequitur, quam perderet in consequendo.

Ter. Rau. epist. m Plures sepe magnum nomen falsis vulgi opinioneibus abstulerunt, quo quid turpius

pius potest excogitari.

n Templum Dianæ Ephesiæ decus adeò *Solinus de*
magnificum, quòd Xerxes, cum omnia Asia *mirabili-*
rica templi igni daret, huic vni pepercit, *bis mudi*
Sed hæc Xerxis clementia sacras ædes non *et situ ter*
diu à malo vindicauit, nam Erostratus, vt *rarum*
nomen memoriæ sceleris extenderet, in-
cendium fabricæ nobilis, manu sua struxit.
Requisitus cur hoc fecisset, respondit, Vo-
to adipiscendæ famæ latioris.

o Parète Deo fama nõ faciet ī populos di *Senec. 31.*
missa vel diffusa noticia, nemo nouit Deū: *epist.*
multi malè de illo existimant & impunè.

p Malè de te opinantur homines: bene *Senec. li. de*
autem loqui nesciunt, faciunt non quod *moribus.*
merearis, sed quod solent ipsi homines de
malis loqui, molestum siquid mentiuntur,
sic in merito minimæ innocentie nūc ma-
ximè gaudeo. Adparet enim illos vera ob-
iecturos, si possent.

q Malè autem de te opinantur homines, *Seneca de*
sed mali. Mouerer, si de me Marius, si Ca- *re: edit*
to, si Lælius sapiens, si alter Cato, si Scipio- *fore.*
nes duo, ista loquerentur, mouerer, si hoc
iudicio facerent, quod nūc morbo faciunt.

r Bona opinio hominum turior est pecu- *Ibidem.*
nia. Bonum quod est, supprimitur, nequa-
quam extinguitur: bona fama in tenebris
propriū splendorem tenet.

*Seneca. in
proverb.* f Damnum appellandum est, quum mala
fama lustratur. honestus rumor alterum
est patrimonium. Vis omnibus esse notus
prius effice, vt neminem naueris.

Vide etiam in tit. Conscientia, Conuer-
satio, d, e. Correctio, b, v. Detractio. Disce-
re, p. Exemplum, q. Gloria vana, x. Hypo-
crisis, b, f. Prælatio, c, k. Sacerdos, a, i.

FAVOR.

*Greg. lib.
8. moral.* a **Q**ui pro virtute, quam egit, huma-
nos fauores desiderat, rem magni
meriti vili pretio venalem portat.

Greg. ibi. b Valde perfectorum est, ostenso opere
authoris gloriam quærere, vt de illata lau-
de, priuata nesciant exultatione gaudere.

*Maximus
epi. in quo
dam ser.* c Non possumus simul pro vno & eodem
opere fauorem mundi expetere, & præ-
mium vitæ celestis acquirere.

*Tull. in li.
de offi.* d Vehementer amor multitudinis mo-
uetur ipsa fama, & opinione liberalitatis,
beneficentiæ, fidei, iustitiæ, omniumq; ea-
rum virtutū, quæ pertinet ad māsuetudinē
morū, ac facilitatē. Etenim id ipsum quod
honestum decorūque dicimus, animos
omnium natura & specie sua cōmouet.

*Senec. 29.
epist.* e Nunquam volui placere populo. nam
quæ ego scio, non probat populus: quod
probat populus, ego nescio. Quis enim
placere potest, cui non placet virtus? Malis
artib

artibus popularis fauor acquiritur. Similem te illis facias oportet. alioquin non probabunt, nisi agnouerint.

f Multo autē magis ad rē pertinet qualis tibi videaris, quā qualis aliis. Si te intrāte clamor & plausus obstrepuerint, ū fœminę pueriq; laudauerint, quid ni ego tui miserear, cū sciam, quæ via ad istū fauorē ducit? *Sen. ibid.*

g Nunquā multis placeas, sed quamlibet stude. Maximum in eo vitium est, qui non vult melioribus placere, sed pluribus. *Sen. de op.*

Vide etiam in ti. Adulatio, & Cōuitium, l. Eloquētia, q. Exactio, c. Fraus, c, d. Hospitalitas, h. Hypocrisis, a d. Laus, i, m, n, p, q. Prædicatio, i, l. Veritas, l.

Fides, siue fidelitas.

a **F**ides appellata est ab eo, quod fit. *Aug. in ser. 22.*
 dua syllabę sonāt, quum dicitur fides. prima syllaba est à factō : secunda à Deo. Interrogo te ergo, vtrum credas, dicis credo. fac quod dicis, & fides est.

b Mentis humanæ acies inualida in tam excellenti luce non figitur, nisi per iustitiam fidei emendetur. *Aug. 1. de trinitate.*

c Nullæ maiores diuitiæ, nulli thesauri, nulli honores, nulla huius mūdi maior est substātia, quā est fides catholica, quę peccatores hoīes saluat, cæcos illuminat, infirmos curat, hæcumenos baptizat, fideles *Aug. de verbis domini.*

iustificat, penitētes reparat, iustos augmē-
tat, martyres coronat, virgines & viduas
& conjugales casto pudore conseruat, cle-
ricos ordinat, sacerdotes cōsecrat, in æter-
na hæreditate cū sanctis angelis collocat.

Aug. in li. d. Ille apud Deum plus habet loci, qui
de ouib. plus attulit non argenti, sed fidei.

Au. 10. de e Cū dilectione fides Christiani, siue dile-
charitate. ctione fides dæmonis. Qui aut̄ nō credunt,
peiores sunt, quàm dæmones, & tardiores.

Augu. sus f Sicut in radice arboris nulla profus-
per Ioan. adparet pulchritudinis species, & tamen
quicquid est in arbore pulchritudinis vel
decoris, ex illa procedit; sic ex fidei humi-
litate quicquid meriti, quicquid beatitudi-
nis anima susceptura est, ex fidei funda-
mento procedit.

Ibidem. g Quid est fides, nisi credere quod non
vides? Vnde & quomodo capitur trinitas
rectè, o homo interrogas, quomodo credi-
tur non bene interrogas. imò ideo bene
creditur, quia citò non capitur. nam si citò
caperetur, nō esset opus vt crederetur, quia
videretur.

Ibidem. h Noli intelligere vt credas, sed crede vt
An. de sp̄ intelligas, intellectus merces fidei est.

ritu et lit. i Quod oportet, lex minando imperat:
Amb. li. de quod fidei, lex credendo impetrat.

virginit. k O thesauris omnibus opulentior fides.

h virtutibus corporeis omnibus fides for-
rior, medicis omnibus saluator!

I. Autem argumēta, vbi fides quaritur, in
ipsis gymnasiis suis iam Dialectica taceat,
piscatoribus creditur, non Dialecticis.

*Am. de trō-
nitate.*

m. Quid tibi fideles esse putas? quod aut
pecuniarum oblatione, aut blanda locutione
tibi æstimas obligatos?

*Amb. li. 2.
de offic.*

n. Citò fides in exercitata languescit, &
crebris otiosa tentatur incōmodis. Remis-
sis excubias callidus insidiator irrupit:
assuetū autē bello virū hesternā fraus in-
struit, & gloriosæ puehit palma victoriæ.
Pax ergo fidei corruptelæ materia est.

*Am. super
Beati immaculati.*

o. Diuina opatio si rōne cōprehendit nō
est admirabilis, nec fides habet meritum,
cui humana ratio præbet experimentum.

*Greg. ho.
26. super
euan.*

p. Tunc. n. veraciter fideles sumus, si quæ
verbis promittimus, operibus cōplemus.

*Greg. ho.
29.*

q. Quid nō inuenit fides? attingit inac-
cessa, deprehendit ignota, comprehendit
immania, apprehendit nouissima: ipsam
denique eternitatem suo illo vastissimo li-
nu quodammodo circūdedit.

*Ber. super
canō.*

r. In his quæ fidei sunt omnino cauenda
est confusio: ne aut incertū opinionis fides
singat: aut quod firmum fixūque est fidei,
opinio reuocet in quæstionē, Opinio enim
si habeat assertionē, temeraria est. si
si

*Ber. lib. de
cōsiderat.*

habet

habet hæſitationem, infirma eſt. Intellectus ſi ſigna fidei tentet irrumperè, reputatur effractor, ſeruator maieltatis.

Be. de 12. gradi. hu. militaris. f Fides aliquñ recipit, quod rō nō p̄ſumit: qualis ſit cuiuſque fides tribulatio probat.

Be. ſ. epi. t Sola fides, & mētis ad Deū cōuerſio ſine effuſione ſanguinis, & ſine perfuſione aquæ, ſalutē ſine dubio opatur volenti, ſed nō volenti, prohibente articulo baptizari.

Be. ſ. ſuper can. v Dicamus fidē vitem, virtutes palmitum, botrum opus, deuotionem vinum.

Be. ſ. ſerm. 67. x Trāſgreditur. n. fides fines rationis humanæ, naturæ vſum, experiētia terminos.

Be. ſ. ſerm. 12. y Nō fidei ſed perfidia, nō cōfidētia ſed diſfidētia eſt in ſemetipſo habere fiducia.

Be. ſ. ibid. z Is fidelis eſt, qui nec ſibi credit, nec in ſe ſperat, factus ſibi tāquām vas perditum: Sed ſic perdens animam ſuam, vt in vitam æternam cuſtodiat eam.

Chr. i. quoſdam ſer. a b Qui fidelis fuerit in vmbra memorix, lucem præſentię ſine dubio obtinebit.

Chry. ſ. ſ. per Mat. cap. 1. a c Rei quę videtur, facilis eſt fides, cuius autem quod nondum accepit principium, non facilis ſuſcipitur credulitas.

Chry. ſ. ſ. per Mat. cap. 2. a d Quā magna magnorū fides eſt! nō dicētes, ſi magnus eſt Puer hic: quæ neceſſitas fugæ eſt, & occultæ reſeſſionis? Hoc enim eſt verę fidei nō q̄rere cauſas eorum, quæ verē p̄cipiūtur, ſed ſuaderi ſolū ab eis.

a e Lapis quidē durus est, sed quū factū *Chr. sup il*
 fuerit de eo op^o, desistere nēscit. sic & gen- *lud Ma. 3.*
 tiles cū difficultate credunt, & tamen cre- *Potēs est*
 dentes in aeternum permanent in fide. *dis de la-*

a f Sicut semper discere signū est, nunq̄ *pid. istis.*
 posse pericere, sic testimonium semper *Chry. sup*
 querere, signum est nunquā velle credere. *ill. Ma. 12.*

a g Una est veritas, & nō partita, & sicut *Volumus*
 qui margaritā habet, ipse nouit quantū di- *à te signū*
 ues est, & tamē multis potest esse non co- *videre.*

gnitus: ita & qui fidei veritatē detinet, no- *Chry. sup*
 scunt q̄ diuites sunt. infideles autē thesau- *ill. Ma. 13.*
 rū nescientes hūc, diuitias nostras ignorāt. *Inuenta*

a h Similis est natura infidelitatis terræ *una scio.*
 arenosæ, quia quantumcunque pluuiam *Chr. ibid.*
 susceperit, non fructificat.

a i Talis est natura fidei, quantò magis *Chry. sup*
 vetatur, tantò magis accenditur. Virtus fi- *il ma. 20.*
 dei in periculis secunda est, in securitate pe- *At illi ma*
 riclitatur. Quid enim aliud sic laxat vigo- *ri clama*
 rem fidei, sicut longa tranquillitas. *bant.*

a k Fides religiōis catholicę lumē ē aīę, *Chry sup.*
 ostiū vitæ, fundamentum salutis aeternæ. *symbolū.*

a l Fides lampas est: quia sicut lampas *Chry. sup.*
 illuminat domum, ita fides animam. *Mat. 25.*

a m Ecce qd à te reqrat immēsa illa pie- *Chry. ibi.*
 tas, quod facile possit implere nuda pau-
 pertas, despecta mediocritas, indocta sim-
 plicitas. non per multas distraharis ambag-
 es,

ges, ne duris difficultatibus occupatus inuoluaris. Quod à te & pte reposcitur, intra te est, idest oris famular^o, & cordis affectus, secūdū illud: corde credit &c. In anima ergo tua reposuit omnia animæ tuæ præsidia Deus tuus: vt vnde peccatū egreditur, inde & peccati medicina peteretur.

Hugo.

a n Fides est volūtaria certitudo absentiū supra opinionē, & infra sciētiā constituta.

Ricard. lib. 1. de trin.

a o Vtinā attēderent Iudæi, vtinā attēderēt pagani, cū quāta cōscientiæ securitate pro hac parte ad diuinū iudiciū poterimus accedere. Nonne cū omni fiducia deo dicere poterimus, domine, si error est, à te ipso decepti sumus? Nā ista tantis signis, & prodigijs confirmata sunt, & talibus, quæ non nisi per te fieri possunt. & certè à summæ sanctitatis viris sunt nobis tradita, cum summa & autentica attestazione probata, te ipso cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.

Cal. su. il. lud psal.

Quia factus su si-

cut vter i-

pruina.

Pet. Ra. i.

quodā ser.

a p Tantum crescit calor fidei, quantum subtractum fuerit de flamma corporali.

a q Totū in se habet hō, q se habet: ipse autē se habet, qui Deum habet. Deum verò

habet, qui eū credit, & confiteretur autorem.

a r Fides, est perceptio veritatis rerū, cū assertione, sine causarum cognitione.

a s Fides sanctissimum humani pectoris bonum

bonū est: nulla necessitate ad fallendū cogitur, nullo corrumpitur p̄mio. Vre, inq̄, exde, occidemō perdam. sed quō magis secreta dolor quaerit, hæc illa alius conder.

a Malo mihi successū decisse, q̄ fidē. etiā *Se. in prō.*
hosti est æquus, q̄ habet in cōsilio fidē. Fidē qui perdit, nil potest ultra perdere. Fides vnanima vnde abiit, nunquā relit. Fidem nemo vnquam perdit nisi qui non habet.

a Viri boni est etiā nō pollicitā fidem *Cato.*
seruare: maximum maioribus nostris telū, fidem fuisse, ex quo plures pace susceptæ, quā bello gentes fuerint deuictæ. nocēs fit, vbi succumbit fides siue veritas.

Vide etiam in ti. Charitas. a b. Doctrina a c. Eleemosyna. b c. Eucharistia. b. Gloria æterna. a t. Hæresis. e. Lex. a. Prædicatio. b e. Resurrectio. o. Sal^o. d. Scriptura. m. Spes. a. d. o. Suspicio. d. *Fortitudo.*

a **Q**ui vera virtute fortis est, nec temere auerlet, nec inconsultè timet. *Au in epi. ad Hier.*

b Nemo est, qui nō magis dolorem fugiat, quā affectat voluptatem. quādoque quidem videmus immanissimas bestias a maximis voluptatibus exterreri dolorum metu, contra quæ firmiter stat fortis. *Amb. li. 83. quæstionum.*

c Nō mediocris animi est fortitudo, quæ sola defendit ornamenta virtutū omniū. 8: *Amb. li. 1. de offic.*
iusticiam custodit: quæ inexpiabili prælio aduers

aduersus omnia vitia decertat, inuicta ad labores, fortis ad pericula, rigidior aduersus voluptates, ut auaritiã fugiat, tanquam labem quandam, quæ virtutem extirminat.

*Amb. in ep.
ad Simpli-
cianum.*

d Stultus ut luna mutatur. Sapiens enim non metu frangitur, non potestate mutatur, non attollitur prosperis, non tristibus mergitur. Vbi enim sapientia, vbi virtus est, ibi constantia & fortitudo. Sapiens ergo idem est animo, non minuitur, non augetur rerũ mutationibus, nec ut paruulus fluctuat, ut circumferatur omni vento doctrinæ, sed manet perfectus in Christo fundatus charitate, radicatus fide.

*Amb. L. I.
de officiis.*

e In duobus generibus fortitudo spectatur animi. Primò ut exteriora corporis p̄ minimis habeat, & quasi superflua despicienda magis, quàm expetenda ducat. Secundo, ut ea, quæ summa sunt, omnẽsque res, in quibus est honestas, præclara animi intentione vsque ad effectum prosequatur.

*Hic. super
Ios.*

f Iusti & fortis viri est, nec aduersis frangi, nec prosperis subleuari: sed in vtroque esse moderatus.

*Hic. super
Hamos
lib. 2.*

g Fortitudo corporis est imbecillitas animæ, & rursus imbecillitas corporis, est fortitudo animæ.

Hic. 7. ep.

h Per bonã & malã famã à dextris & à sinistris Christi miles graditur, nec laude extol

extollitur, nec vituperatione frangitur,
nec diuitiis tumet, nec confunditur pau-
peritate, & lata contemnit, & tristitia.

i Fortitudo atque constantia via regia *Hic. in orb*
est, à qua declinat ad dexteram, qui temera *ginali sup*
rius est & pertinax: ad sinistram, qui for- *Isaiam.*
midolosus est, & pavidus.

k Tãtò enim vnusquisq; ad fortitudinẽ *Gre. lib. 5.*
profecisse veriùs demõstrat, quantò aliena *mo.*
mala robustiùs tolerat: nã minus in se cõ-
ualuit, quẽ iniquitas aliena sternit, qui in
eo conferre cõtrarietatem non valet pusil-
lanimitatis suæ gladio confossus, iacet.

l Fortitudo destruitur, nisi per consilium *Gre. ibi.*
fulciatur: quia quò plus se posse conspicit,
eò virtus sine moderamine rationis dete-
riùs in præceps ruit.

m Fortitudo iustorum est, carnẽ vincere, *Gre. li. 8.*
propriis voluntatibus cõtraire, delectatio- *mo.*
nẽ vitæ presentis extinguere, huius mun-
di aspera pro aternis præmiis amare, pro-
speritatis blandimenta contemnere, ad-
uersitatis metum in corde superare.

n Reproborũ fortitudo est trãsitoria si- *Ibidem.*
necessatione diligere: contra flagella cõ-
ditoris insensibiliter perdurare, ab amore
rerum tẽporaliũ, nec ex aduersitate quie-
scere, ad inanẽ gloriã etiã vitæ detrimento
peruenire, malitiæ augmenta exquirere

bonorum vitam nō solum verbis ac moribus, sed etiā gladiis impugnare, in semet-ipsis spem ponere, iniquitatē quotidie sine vllō desiderij defectu perpetrare.

Gre. Mid. O Nonnunquam culpa fortium occasio virtutis sit, & virtus infirmorum occasio peccati. Sicut influente aqua paulatim cōsumitur terra, sic leuiter surrepente vitio, mens etiam fortis absorbētur.

Greg in quadā ho. P Fortes facti sunt sancti: carnē domāt, virtutibus corruscāt, spiritum roborāt, terrena despiciunt, cœlestia appetunt, occidi possunt: sed cōtra auxē nequeunt. nec sustinere fallā per infirmitatē metuant, nec huiusmodi à veritate conuiciscunt.

Ber. in b. de confide ratione. q Bonus circuitus est, si iustitia quarit, prudentia inuenit, fortitudo vendicat, temperantia possidet, vt sit iustitia in affectu, prudentia in intellectu, fortitudo in effectu, temperantia in vsu.

Orti. super libri numerorum hom. 25. r Sicut continens vita, labor, perseuerantia, & agonum certamina faciunt vnum: quenque virum virtutis appellari: sic econtrario, vita remissa, negligens, & ignara, facit virum ignaum iudicari.

Cas. super ps. 1. Beatus vir. s Vir vocatur à viribus, qui nescit in aduersis tolerando deficere, aut in prosperis aliqua elatione se iactare: sed animo stabili defixus, & cœlestium rerum cōtemplatione firmatus manet semper impavidus.

r Fortitudo, cū ad aspera ineunda pro- *Tull. in*
 nō faciat, potius cōmunem vtilitatē quā *rheteri-*
 sua cōmoda attendi: Sicut enim scientia *cu.*
 remota iustitia, caliditas potius, quā sa-
 pientia appellanda est: sic animus ad peri-
 culum paratus, si sua cupiditate, non com-
 muni vtilitate impellitur, temeritatis po-
 tius nomen habet, quā fortitudinis.

v Fortitudo est immobilis iter aduersa, *Tul. ibid.*
 gloriosa animi claritudo, res arduas pul-
 chre administrās. q̄ nec aduersis infestādo
 frangitur, nec p̄speris blādiendo eleuatur.

x Cōstantia est inter fluctuātes causas & *Ibidem.*
 personas, nulla mētis cōcuti trepidatione.

y Fortis & cōpositus animus est, qui nec *St. 37. ep.*
 ablatum quicquā sibi sentit, nec abiectum:
 sed in eodem habitu stat, quocunque res ce-
 dunt, siue geruntur: vulgaria bona supra
 res suas eminent: siue aliquid ex istis vel
 omnia, casus excusserit: minor non fit.

z Quæris, an omne bonum optabile sit. *St. 68. ep.*
 Si bonum est, inquis, fortiter torqueri
 & magno animo vixi: & patienter agrota-
 re: sequitur, vt ista optabilia sint, distingue.
 Tormenta à me abesse vellem: sed si susti-
 nenda fuerint, vt me in illis fortiter hone-
 sè, animosè gerā, optabo. Velim non inci-
 dere in bellum. Sed si incido, & vulnera &
 fames, & omnia quæ bellorum necessitas

adfert: generose feram, optabo. Itaque non incommoda optabilia sunt: sed virtus, quæ perferuntur incommoda. Non pati tormenta optabile est, sed fortiter pati.

Se. 79. ep. a b Quemadmodum hostis est perniciosior fugientibus: sic omne fortuitum incommodum magis instat cedenti & aduerso. Parata tibi est pax, si in aliquo certamine debellata fortuna est. corpus conualetudo tenet, non animum.

Se. 8. opi. a c Fortes quidam, & paratissimi fundere sanguinem suum, alienum videre non possunt. Alij gladium facilius recipiunt quam videt.

Vide etiã in ti. Bellum. l. Cõsiliũ. f. Deuotio. d. Instabilitas. d. Magnanimitas, Mors, c r. Perseuerãtia. f. Prudẽtia. n. z. Sapientia. a z. Timor & tribulatio. m. z. Virtus. a f.

Fraternitas.

Reb. su. per Mat. vlt. a **V**era fraternitas est, que fratrem veneratur deuorum, corripit dissolutum: quæ presenti obsequitur, absentem non rodit, sano applaudit, infirmum non deserit, placatum non prouocat, iratum vniuersum metuit.

In colatio nibus patrum, & est abbas tis Ioseph. b Hæc est vera fraternitas, quæ nullis vnquam casibus scinditur, quam nõ solum dissociare vel delere locorum vel temporum interualla non proualent, sed nec mors quidem ipsa diuellit.

Hæc

c Hæc est vera & indirupta fraternitas, *Ibidem.*
 quæ gemina amicorum perfectione ac vir-
 tute concreuit: cuius semel initum fœdus,
 nec deuderiorum varietas, nec contentiosa
 dirumpet contrarietas voluntatum.

d Hihil prodest, si moribus ac proposito *Ibidem.*
 dissidentes, vna habitatione iungantur.
 Nec obest parili virtute fundatis, per loco-
 rum interualla disiungi. Apud Deū nāque
 morum cohabitatio, non locorum vnitas
 fratres habitatione coniungit: nec potest
 vnquam pacis integritas custodiri, vbi vo-
 luntatum diuersitas inuenitur.

e Huius primū fundamētū est, substan- *Ibidem.*
 tiam mundialem in cōtemptu habere. in-
 iustum enim atque impiū est, si post abre-
 nuntiatam mundi & omnium, quæ in eo
 sunt vnitatē: pretiosissimæ dilectioni fra-
 tris suppellex vilissima, quæ superfluit præ-
 feratur. Secundum est, vt vnusquisque ira
 suas refecet voluntates, ne se sapientem at-
 que cōsultum esse iudicās, suis malit, quàm
 fratris diffinitionibus obedire. Tertiu est,
 vt sciat omnia etiam, quæ vtilia ac necessa-
 ria æstimat, postponenda bono charitate
 & pacis. Quartum est, vt credat nec iustis
 nec iniustis de causis penitus irascendum.
 Quintum, vt aduersus se iracūdiam fratris
 etiam sine ratione cōceptam, eo modo quo

suã curare desideret , sciens aequaliter sibi
 perniciosã alteri esse tristitiã , ac si aduer
 sus aliũ ipse moueatur , nisi eam , quantum
 in se est , de fratris etiam mente depulerit ,
 Vide etiã in tit. Exẽplũ. p. Humilitas. h.
 Tra. g. Obedientia. q. r. Pax. a c. Societas.

Fraus & dolus.

*Augus. de
diffinitio.*

a **F**allacia est , per quã moribus dece
 ptoriis veritas palliata , vel odium
 alterius vel propriũ commodum intẽdit.

*Amb. Eli
de virgi.*

b Venena nõ dantur , nisi melle circun
 dita , & vitia non decipiunt , nisi sub specie,
 umbrãque virtutum.

*Grego. 9.
mora.*

c Sciendũ quoque est , quòd tribus modis
 fraus ipsa committitur , quia per hanc pro
 culdubio , aut tacita cordis humani gratia ,
 aut feruoris auaritia , aut res quælibet ex
 terior desideratur.

Gre. ibid.

d Sol^o in Dei ope fraudẽ nõ facit qui quã
 ad studia bonæ actionis inuigilat , nec ad
 corporalis rei præmia , nec ad laudis ver
 ba , nec ad humani iudicij gratiã anhelat.

Gre. 1. mo.

e Dolosus aduersarius ferire simul niti
 tur , & apertè scuiens , & insidiosè latens , vt
 dum occultò sagitta metuitur , minùs ante
 faciem hasta timeatur vel dum ante faciẽ
 haste resistitur , nequaquam ex occulto ve
 niens sagitta videatur.

Ibidem.

f Verba instituta sunt propterea , vt non
 se in

E inuicem homines fallant: sed vt ad alterius quisque notitiã cogitatiões suas proferat. verbis ergo vti ad fallaciam, non ad quod instituta sunt, peccatum est.

G Diurna fraudatio, tardiorum est natura *Ber. super*
 trix, suspicionum fomes, impatientiæ fax, *cantic.*
 nouerca amoris, desperationis mater.

H Facilior cautio est, vbi manifesta est *Cypria-*
 formido: & ad certamen minus tunc præ- *ma. hosi.*
 stituitur, quando se aduersarius confiteretur.
 plus timendus est & cauendus inimicus,
 quã latenter surreptit, quã per pacis ima-
 ginem fallens occultis accessibus serpit:
 vnde & nomen serpentis accepit.

I Dolus est, quum aliud agitur, & aliud *Isi. i. hno*
 simulatur. Callidus est, qui exitum virtutis *nymt.*
 dolo ac fraude imitatur.

K Quidã simpliciter viuunt, & in omni- *Petr. Ra.*
 bus prosperantur. quidam versantur in do- *in quada*
 lis, & eis quælibet aduersantur. *epist.*

L Insuperatũ bonũ est, si is, ad quẽ deceptio *Cassi. lib.*
 nis pertinet periculũ, sibi gratiæ procuret *5. epist.*
 augmentũ. Ius enim exigit, sagittas fraudis
 redire in dolosum verticem sagittantis.

M Occultum & insidiosum malum per- *Val. Max.*
 fidia, cuius efficacissimæ vires sunt, menti- *lib. 9.*
 ri & fallere. Fructus in aliquo admissio sce-
 dere cõsistit: qui mendaciis & fallacia qua-
 si præclaris artibus gaudet.

Seneca. in puerbis. n Fraus est, accipere quod non possis reddere. Repelli se homines facilius, quam decipi ferunt.

Vide etiã in tit. Amicitia. b v. Discretio. f. Doctrina. b o. Hypocritis. a k. a q. a s. b. a. Mendacium. o. Mercatio & simplicitas. a. Suspicio. d. Tentatio. v. x. Veritas. m.

Gaudium.

Aug. 5. 9. cōfessio.

a **E**st gaudiũ, qd̄ nō datur impiis, sed eis, qui te gratis colunt: quorũ gaudiũ tu ipse es. & ipsa est beata vita, gaudere de te propter te, ipsa est, & non est altera.

Augu. sup psal. 12.

b Temporalibus gaudet, qui bona æterna non norunt desiderare.

Augu. sup Ioañem.

c Cōparemus gaudia veritatis cū gaudio vnitatis, & si honoremus, doleamus: si dolemus, oremus: si oramus, exaudiamur: si exaudiimur, & illos lucratur.

Augu. de constrictu vniorum.

d Inepta læticia dicit: vt quid animi gaudium intus abscondis? Ingredere in publicũ latus, dic aliquid foris, vnde vel tu vel p̄ximi rideant, fac eos lætos tua læticia.

Hic super Isaiam.

e Animi læticia interdum corporis dolores mitigat. quòd si ad ægrotationẽ corporis accedat ægritudo animi, duplicatur infirmitas.

Greg. 12. mora.

f Dignum est itaque, vt in se semper homo mœrorẽ inueniat, qui de relicto creatore gaudium in se quærebat.

g Iure restat, vt quod prius in mundo in- *Gr. 7 mo.*
 columnes habuim⁹ gaudia, tot de ipso post- *Ibidem.*
 modum cogamur sentire tormenta.

h Fit plerūq; vt in ipsis piis fletib⁹ illa in *Ibidem.*
 rerum gaudij claritas erūpat, & mēs q̄ ī cor-
 pore pri⁹ cæca iacuerat, ad inspectionē ful-
 goris intimi suspiriis vegetata cōualescat.

i Nōnunq̄ qcqd gaudij, qcqd virtutis fa- *Ibidem.*
 cere videbatur, subitō in pauore tētationis
 amittit, & quasi euacuaturus eisdē virtuti-
 bus tristis animus solo mœrore possidei.

k Iubilū nanq; dicitur, quādo ineffabile *Greg. 24.*
 gaudiū mente cōcipitur, quod nec abscondi *moralū.*
 possit, nec sermonibus aperiri: & tamen
 quibusdam proditur moribus, quāuis nul-
 lis proprietatibus exprimatur.

l Iubilatio dicitur, quū cordis letitia oris *Gr. li. 28.*
 efficacia non expletur: sed quibusdam mo- *moralū.*
 dis gaudium prodit, quod ipse, qui gaudet,
 nec regere præualet nec explere.

m Solet letitia arcana mentis apire, atq; *Ibidem.*
 aperiēdo amittere: aduersa verò quum nos
 exteri⁹ deprimūt, interi⁹ cautiore reddūt.

n Illud est verū ac summū gaudiū, quod *Ber. 7 quo*
 non de creatura, sed de creatore cōcipitur: *dum ser.*
 quod quum acceperis, nemo tollet à te, cui
 aliūde cōparata oīs iocunditas mœror est:
 oīs suauitas dolor est: omne dulce amarū.
 est: omne decorū fœdum est: omne postre-

mò, quod delectari potest, molestum est.

Cesarij i. admoni- r Verū gaudiū nō possidetur, nisi pax & iustitia teneat. Prima. n. est, & quasi radix iustitia: secūda pax: tertia gaudiū. De iustitia nascitur pax, de pace gaudiū generatur.

Cassii. lib. 3. epist. p Mensura lætitiæ de magnitudine nū- tij venit. & tāta fit alacritas animi, quanta fuerit consideratio rei.

Ibidem. q Bonū insolitū pl^r amat, & sequēti gaudio confert dulcedinē tēpū pmissa tristitia.

Senec. 67. r Discimus nos magnū gaudiū ex illius cōsolatu, qđ nō est gaudiū: sed vt sæpe initiū futuræ tristitiæ. Gaudio em̄ iunctū est, nō desinere, nec in cōtrariū verti. Oēs tendūt ad gaudiū: sed vnde stabile & magnū cōsequāt, ignorāt. Ille ex cōuiuuiis & luxuriæ ille ex ambitioē & circūfusa cliētū turba: ille ex amica, ali^r ex studiorū liberaliū vana ostēratione, & nihil sonātib^r literis: oēs istos oblectamenta fallacia & breuia decipiunt, sicut ebrietas, quæ vnius horæ hilarē insaniā longi tēporis radio pensat.

Seneca. in. s Malū alienū, tuū ne feceris gaudium. *probr.* Vide etiam in tit. Contemptus. m. Iudex. t. Securitas & Tristitia. v.

Gloria bona.

Augus. de. a **G**Loria, est frequens de aliquo fama diffinitio. *a* Cum laude.

Ber. 7. epi. b Puritatis intimæ bono gloriari nō pōt vera

veraciter, nisi q̄ extrinsecus gloriari p̄fectè respuerit. nec em̄ parè valet Dei, vel proximi querere luca, q̄ p̄pria nō contēpserit.

c Si gloriari cupis, gloriam despice, & *Chr. bo. 4.* omnibus eris gloriosior.

d Magna est ei⁹ gloria, q̄ nullis laudib⁹ *Cassio. in* crescit, & nullius vituperatione minuitur. *quodā op.*

e Gloria est alicuius magnifici, vel bonæ *Tullius.* virtutis latè patens præconium, & vt perhibent, qui de magnis maiora loquūtur. Secundam vitam dat gloria.

f Siquis, dum ad gloriā assequendā laborat, talē se efficiat, qualis vult haberi. quòd si ostentationē inani & ficto sermone vel vultu, stabilem se gloriam assequi optatur, vehemēter errat. Vera enim gloria radices agit, ficta autem omnia celeriter tanquam flosculi decidunt, neque simulatum quicquam potest esse diuturnum. *Ibidem.*

g Expedita & cōpēdiaria via eos ad gloriā peruenire Socrates dicebat, qui id agerēt, vt quales videri vellēt, tales etiā essent. *Val. Ma. li. 7. ca. 2.* Qua quidē prædicatione aperte monebat vt homines potiùs ipsam virtutē haurirēt, quàm umbram eius consectarentur.

h Paterna nanque gloria nos reddit in- *Seneca.* glorios, quum ab eius vestigiis dissimililine resiliamus.

i Heu quàm difficilis gloriæ custodia est. *Sic. præm.*

Vide etiã in ti. Cōtēptus. k. Humilitas. b.

*Gloria mala sive vana.**Augu. lib.
confessio.*

a Saepe homo de ipso vanae glorię cō-
temptu vanus gloriatur: non enim
eam contemnit, dum gloriatur intus de
gloria, quam amplexatur.

*Augu. sup
psal. 7.*

b Qui bene didicit, vel expert⁹ est vitio
rū superandorū gradus, intelligit vitium
inanis glorię, vel solum, vel maximē cauē
dum esse perfectis. quo primo enim vitio
lapsa est anima, hoc vltimū vincit.

*Augu. sup
psal. 149.*

c Inanis gloria hui⁹ seculi fallax est sua-
uitas, & infructuosus labor, & perpetuus
timor, & periculosa sublimitas: initiū si-
ne providentia, finis cum pœnitentia.

*Augus. de
conflictu
vitiarum.*

d Inanis gloria dixit, age bonū quod va-
les: ostēde bonū cunctis quod agis, vt bo-
nus à cūctis dicaris, vt sanctus & venerabi-
lis ab hominibus prædiceris, vt Dei electus
voceris, vt nemo te despiciat, sed vniuersi
debitum tibi honorem persoluant.

*Ambro. in
suo pasto.*

e Non est tanti gaudij excelsa tenere,
quanti mœroris est de excelsis corruere.
nec tantam gloriam sequi post victoriam,
quantam ignominiam post ruinam.

*Hiero. in
quadā epi.*

f Gloria inanis, est inordinatus animi
motus, quo aliquis propriam desiderat ex-
cellentiam, vt alios honore præcellat.

Nepotis.

g Ne nimis religiosus velis videri, nec
plus

plus humilis, quàm necesse est. gloriam fugiendo non quaeras.

h Sub hoste, quem prostrerit, moritur. *Gr. 8. 20. moral.*
qui de culpa, quam superat, eleuatur.

i Qui ante oculos hominũ gloriã sequẽdo, eam apprehendere non possunt, studet plerunq; gloriam tenere fugiendo. Nonnulli præsentem gloriam amantes assequi non possunt: quia despicientes sequuntur.

k Tantò ad volandũ latiùs patet fouea, quãtò de semetipsa elatiùs gloriatur vita. *Gr. 2. 2. 2.*

l Quum bene viuitur, valde rimendum est, ne inès despectis cæteris de gloria singularitatis eleuetur. *Gr. li. 6. mora.*

m Nõ parua cõdēnatio est, ex eo, bono, quod cõmuniter datur, gloriari priuatim. *Gr. 5. ma.*

n Time sagittã, leuiter volat, leuiter penetrat. sed dico tibi, non leue infligit vulnus, citò interficit. nimirum sagitta hæc vana gloria est. *Ber. 5. ser.*

o Nõ bonæ sed pax hominibus bonæ voluntatis. iniquus est qui nequaquã pace contentus superbo oculo, & insatiabili corde, inquietus anhelat ad gloriã, nec pacẽ inde retinens, nec gloriam apprehendens: nec laus calami est laudabilis scriptura, nec gloria linguæ aut labiorũ sermo bonus. *Ber. super. cantic.*

p Non recti planè, sed peruersi animi est querere gloriã, & non exercere virtutẽ, & velle

velle coronari, qui legitime non certavit.

Ibidem. q Virtus mater gloriæ est: sola enim est,
cui gloria iure debetur, & securè impendi-
tur. Quæ autem est sine virtute gloria, pro-
fecto indebite gloria venit, propeere affe-
ctatur, periculose captatur.

Chryf. sup r Qui omniũ pecuniarũ contemptũ ha-
Ioannem. bent, & nulli imaginationi totius mudi se
iammiscuerint, & tyrãnicas corporum cõ-
cupiscentias sustinuerunt: hi multoties ca-
pti à vana gloria omnia perdidierunt.

Chr. ho. 5. s Vanitas vanitatũ &c. hũc verticulũ tũ sa-
perent, qui in potẽtia versantur, in parieti-
bus omnibus, & in vestibus suis scriberẽt,
in foro, in domo, in ianuis, in ingressibus,
& ante omnia in conscientiiis suis, vt sem-
per eũ oculis cernerẽt, & corde sentirent.

Chryf. sup t Tuba est omnis actus vel sermo: p quã
illud Ma. ipsa operis iactantia designatur. tuba ergo
Noli tuba canere est, pompã vanæ laudis appetere.

canere. v Nihil enim ita pecunias concupiscere

Chryf. sup facit vt gloriæ cupido, propter hoc nãque
Matth. famulorum greges, equos auro opertos,
& argenteas mensas expetũt homines, nõ
vt utilitatem aut voluptatem impleant, sed
vt multis ostendantur.

Ibidem. x Dicebãt apud se, Si bene fecerimus cũ
pauperibus, q̃s nõ videt? & si viderint, non
multi vident, & si multi vident, pro tempo-

re videt. transit tempus, & cū tēpore benefici-
cij memoria. Melius est ergo edificia face-
re, quæ aspiciāt homines non in hoc tem-
pore solūm, sed etiam in posteram. O in-
stipiens, quid tibi prodest ista memoria: sū
vbi es, torqueris, & vbi non es laudaris?

y Quisquis ex deteriore iam melior esse *Idem. Libr.*
cepit, caueat de acceptis extolli virtuti- *de sum-*
bus, ne grauius per vanā gloriam corruat, *mo bon.*
quā prius per lapsum vitiorum iacebat.

z Dic mihi, vbi sunt amatores mūdi qui *Hugo per*
ante pauca tempora nobiscum erāt? nihil *mede ani.*
ex eis remāsit, nisi cineres & vermes. Attē-
de diligēter quid sunt, vel fuerūt. homines
fuerunt sicut tu. comederunt, biberunt, ri-
serunt, duxerunt in bonis diēs suos, & in
puncto ad inferna descenderunt. Hic caro
eorū vermibus, & illic anima ignibus de-
putatur, donec rursus infœlici collegio
colligati sempiternis inuoluantur incen-
diis. qui socij fuerunt in vitiis, socij erunt
in pœnis. Vna nanq; pœna implicat, quos
vna amor in crimine ligat.

ab Quid profuit illis inanis gloria, bre *Idem*
uis lætitia, mundi potētia, carnis voluptas
& plenæ diuitiæ, magna familia & mala
concupiscentia? vbi risus? vbi iocus? vbi ia-
ctantia? vbi arrogantia? De tanta lætitia,
quanta tristitia. post tantā voluptatē, tam
gran

gravis miseria. de illa exultatione ceciderunt in magnâ ruinam, & magna tormenta.

Quicquid illis accidit, tibi accidere potest, quia homo es. homo de humo. limus de limo. de terra es, & de terra viuis, & in terrâ reuertêris, quâ veniet dies vltima, quæ subito venit, & forsitan hodie erit. certum est, quia morieris. sed incertum, quando, aut quò vel ubi. quoniam mors ubiq; te expectat. tu quoq; si sapiens fueris, ubiq; eam expectabis.

Pe. Ram. in quodam sermo.

a c Diuitias si quæ & honores, sollicitudo inseparabiliter comitatur: pompa mundi & fauor populi fumus est, & aura subito euanesces, quæ si plerumq; placeant, penitentiâ inducunt, & si delectant ad modicum productiore spatio displicebunt.

Val. Max. li. 8. de me moralib.

a d Nulla est tanta humilitas, quæ dulcedine gloriæ non tãgatur. quæ etiam à clariis viris interdum ex humilimis rebus petitur. ceterum gloria ab his quidem, qui contemptum eius inducere conantur, non negligitur: quoniam quidem ipsis voluminibus nomina sua diligenter adiciunt, ut quod professione negant, usurpatione memoriæ assequantur. Est enim gloriæ vanæ magnus appetitor, qui se à gloria abuisse gloriatur.

Hug. li. de vanitate mundi.

a e Vanitas est, quæ nec pulchritudinem confert, nec fructum laboranti, nec fulcimentum innitenti.

a f Gloria quàm falax sæpe, quàm turpis *Boetius.*
est! non iniuria tragicus exclamat: Gloria: *de consolatione.*
in milibus mortaliũ nihil aliud est, quàm *solatione.*
aurium inflatio magna.

a g Sic rerũ versa cõditio est, vt demum *Boetius.*
merito rõnis animal. nõ aliter sibi splẽdere *de consolatione.*
nisi inani supellectilis possessione videat. *solatione.*

a h Gloriam à Deo immoderato quæri- *Tullius.*
mus affectu, quòd boni magis videri quàm
esse, mali autẽ esse quàm videri, volumus.

Vnde Poeta: Falsus honor iuuat, & mendax infamia terret.

a i Qui sordido vehiculo erubescit, præ- *Senec. 88.*
tioso gloriabitur. Quid ad rem pertinent *epist.*
mula saginata? quid ista vehicula cellata?
qui l phalera deaurata? quid monilia de-
missa pectoribus? Ista nec Dominum pos-
sunt facere meliorem, nec mulam.

a k O quantũ erat seculi decus! Catonem *Senec. ibid.*
vno caballo esse cõtẽtũ, & ne toto quidem:
partem enim sarcinẽ ab vtroque latere de-
pendentes occupabant. O quàm cuperem
illi nũc aliquam occurrere ex his triusullis
in via, & multũ ante se pulueris agitãtib?.

a l Quæris qualis mensa, quali argento, *Ibidem.*
quàm parib? ministris, & leuibus afferatur
cibus. nil præter cibũ natura desiderat. Nun
quid tibi quũ fauces vrit sitis, aurea quæris
pocula? ambitiosa non est fames, contenta.

est de inere, quo desinat, non nimis curat.

Seneca de moribus. a m Nunquid fortis! e fortē gloriabitur, quem corporis ægrotudo efficit infirmum?

Ibidem. a n Nūquid diues in opibus suis gloria- tur, cuius spem fur vel tyrannus arripuit?

Ibidem. a o Nunquid nobilitas gloriabitur, effe- cta nonnunquam indignis & miserabilio- ribus seruiens.

Seneca in prouerb. a p Citò ignominia fit superbi gloria.

Vide etiam in tit. Ambitio, & Caro, a d. Consideratio, a. Curiositas, x. Diuitiæ, a f, a h, a x. Eleemosyna, a p, a x. Favor, & Gau- dium, r. Gloria bona, b, f, g. Honor, a b. Hy- potroisis, a n. Laus, a p. Mors, a d. Mundus, & Prosperitas, o, x. a g, a n, a o, a p. Sollicitudo, f. Tempus, k. Vita g, l.

Gloria æterna.

Aug. li. de moribus. a **T**Anta est pulchritudo iustitię, tãta est iocūditas lucis æternæ, hæc est incōmutabilis sapiētia, vt etiã si nō liceret in ea amplius manere, quã vni⁹ diei mora, ppter hoc solū. innumerabiles anni huius vitæ pleni delitiis & circūfluentia honorū temporalium, restè meritóq; cōtēnerētur.

Aug. lib. 22. de ciuitate Dei. b Verus honor, qui nulli negabitur di- gno, nulli deferetur indigno, sed nec ad eū ambiet nullus indignus, vbi nullus permit- tetur esse nisi dignus. Vera pax, vbi nihil aduersi, nec à seipso, nec ab alio quisquam patie

parietur. premium virtutis erit ipse, qui virtutem dedit, eique seipsum, quo melius & maius nihil posse esse promisit. Quid est enim aliud, quàm quod per prophetam dixit: Ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi plebs. vbi ego ero, vnde satientur, ego ero quacunq; ab hominibus honestè desiderantur, & vita, & salus, & vict⁹, & copia, & gloria, & honor, & pax, & omnia bona? Sic enim & illud rectè intelligitur, quod ait Apostolus, Vt sit Deus omnia in omnibus, ipse finis erit desideriorum nostrorum: qui sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur. hic munus, hic affectus, hic actus proculdubio erit omnibus, sicut vita aeterna communis.

c Facilius possumus dicere in illa vita *Augu. de aeterna, q. libi non sit, q. quid ibi sit. Nō est symbolo. ibi mors, non est ibi luctus, nō est ibi lassitudo. non est infirmitas, nō est fames, nulla sitis, nullus aëstus, nulla corruptio, nulla indigentia, nulla mœstitia, nulla tristitia. lib. 3.*

d Illuc festinate, vbi semp viuat. Si em̄ *Augu. de sic amatis istā miserā, fluidamque vitā, vbi vilitate cū tanto labore viuitis, & vbi vix curēdo, agenda satagēdo, si adēdo, suspirandō necessariis penitentia. corporis satisfacitis: quantō magis amare debetis vitam eternā, vbi nullum laborem sustinebitis? vbi semper summa securitas,*

summa felicitas, felix libertas, felix beatitudo: vbi implebitur illud, quod Dominus dicit in Euangelio: Erunt homines similes angelis. & illud: Fulgebunt iusti, &c.

Aug. sup per psal. 49. e Hæreditas inquam Christi, qua coheredes sumus, non minuitur copia possessorum, nec fit angustiior numerositate coheredum, sed tanta est multis, quanta paucis, tanta singulis quanta omnibus.

Aug. ibid. f Tantū emit vidua duob' minutis, quātū emit Petrus relinquens retia, quantū emit Zacheus dando dimidiū patrimoniū. Regnū Dei tantum valet, quantum habueris.

Aug. sup per psal. 100. g Hæc est otiosorū negotium, hæc opus vacantium, hæc actio quietorum, hæc cura securorum.

Aug. in epist. h Diuitiæ si diliguntur, ibi seruentur, vbi perire non possunt. honos si diligitur, illuc habeatur, vbi nemo indignus honoretur. salus si diligitur, ibi adipiscenda desiderēt, vbi adepta nihil timetur. vita si diligitur, ibi acquiratur, vbi nulla morte finitur.

Aug. ad Discor. i Tantò illud, quod valde magnum est, quod nec oculus vidit, quia non est color, nec auris audivit, quia non est sonus, nec in cor hominis ascendit, quia cor hominis debet illuc ascendere, sumemus capaciùs, quantò illud & fideliùs credimus, & speramus firmiùs, & desideramus ardentius.

k Talis

k Talis erit illa delectatio pulchritudinis, vt semper tibi presens sit, & nunquam fatieris: imò vt semper fatieris, & nunquam fatieris. Si enim dixerò, quòd non satiaberis, fames erit. si dixerò quòd satiaberis, fastidium times. vbi nec fastidium erit nec fames. Quid dicam, nescio. sed Deus habet quod exhibeat.

*Aug. s. u.
per Ioan.
homi. 3.*

l Ecce venale est regnum Dei. eme si vis, nec multum existimes de te magna propter pretij magnitudinem. tantum valet, quantum habes. noli querere quid habeas, sed qualis sis. Res ista valet tantum, quantum es tu: te da, & habebis illam. sed malus sum, inquires, & forte me non accipiet. dando te illi, bonus eris.

*Aug. de
spiritu &
anima.*

m Regnum caelorum vim patitur: ideo quia reatus, quod litera sine spiritu iubendo faciebat, credendo soluitur, & violentia spiritus sancti impetratur.

*Aug. de f.
de & ope
ribus.*

n Non erit aliqua inuidia disparitatis. quoniam regnabit in omnibus vnitas charitatis.

*Aug. s. u.
per Ioan.*

o Incomparabiliter superna ciuitas clara est. vbi victoria, vbi veritas, vbi dignitas, vbi sanctitas, vbi vita, vbi aeternitas.

*Aug. de
vita aet.
na*

p In ciuitate Dei rex veritas, lex charitas, lignitas aequitas, pax felicitas, vita aeternitas. sed in ciuitate diaboli e contra. Rex falsitas, lex cupiditas, dignitas iniquitas, lux felicitas, vita temporalitas.

*Aug. de ci
uitate
Dei.*

Augu. sup. per Ioan. in ho. Ego sum pa- stor bon. q Ibi hymni dici angelorū chori: ibi so- cietas ciuiū supernorum: ibi dulcis solen- nitas à peregrinationis huius tristi labore releuentium: ibi festiuitas sine fine, æter- nitas sine labe, serenitas sine nube.

Grego. in homi. r Si consideremus, quæ & quanta sunt, quæ sanctis dabuntur in die iudicij, quæ & quanta, quæ nobis promittuntur in cœlis, vilescunt omnia quæ habentur in terris. Terrena nanque substantia superne felici- tati comparata, pondus est, non subsidium.

Grego. in homi. s Temporalis vita æternæ vitæ cōparata, mors est dicenda potius, quàm vita. Ipse enim quotidianus defectus corruptionis quid est aliud, q̄ quædā prolixitas mortis? Quæ aut lingua dicere, vel q̄ intellectus capere sufficit, illa supernæ ciuitatis quāta sint gaudia, angelorū choris interesse, cum beatissimis spiritib⁹ gloriæ cōditoris assi- stere, præsentē dei vultū cernere, in circūscri- ptum lumē videre, nullo mortis dolore af- fici, incorruptiōis perpetuæ munere letari?

Augu. lib. 22. de ciui- tate Dei. t Ibi quicquid amabitur, aderit: nec desi- derabitur, quod non aderit. omne quod ibi erit, & quod est bonū, erit: & summus Deus summū bonū erit omnino beatissimū, ita semper fore certū erit. Ibi vacabimus & vi- debimus, videbimus & amabimus, amabi- mus & laudabimus esse, quod erit in fine.

sine

¶ sine fine. Nā quis alius noster est finis, nisi
peruenire ad regnum, cuius nullus est finis?

v Quod Deus præparauit diligētibus se, *Augu. ibi.*
fide nō capitur, spe nō attingitur, charitate
nō apprehenditur, desideria & vota trans-
greditur: acquiri potest, estimari nō potest.

x Ibi tota virtus erit videre, qđ amas, & *Augu. de*
summa felicitas amare, quod videas, & ibi *cimitate*
beata vita in suo fonte bibitur, vbi verita- *Dei.*
tis visio clarissimē aperitur.

y Regnum cœlorū nō est dantis, sed acci *Hic. super*
ipientis. Nō est enim personarum acceptio *psal. 68.*
apud Deū, sed quicumque se talē præbuerit,
vt regni cœlorum dignus fiat, hic accipiet,
quod non personæ, sed vitæ paratum est.

z Null^o labor dur^o, nullū tps lōgū videri *Hiere. in*
debet, quo gloria æternitatis acquiritur. *epist.*

& Regnum cœlorum vim patitur. gran- *Hierou.*
dis violentia est, generatos in terra cœlum
quærere, & possidere per virtutem, quod
non tenuimus per naturam.

a b Quantalibet intentione se humana *Greg. su-*
mens tetenderit, etiā si phantasias imaginū *per Exp.*
corporalium à cogitatione cōpescat. Si oēs *hom. 8.*
circumscriptos spiritu ab oculis cordis ad-
moueat, adhuc tamen in carne mortali po-
sita videre gloriam Dei nō valet, sicut est.
sed quicquid de illa est, quod in mente re-
splendet, similitudo, & non ipsa est.

Grego. in moralib. a c Curramus & sequamur Christum, nō sunt hīc vera solatia, sed ibi ponuntur, vbi vera vita.

Grego. in homil. a d Regnum cœlorum rapi vult nostris fletibus, quod nostris meritis non debetur. Videte si negare debemus, quod petimus, quum patroni sunt, qui petunt.

Grego. in moral. a e Tanta vis in illa pace nos sociat, vt quod in se quisque nō acceperit, hoc se accepisse in alio exultet. Vna cūctis erit beatitudo lætitiæ, quāuis non vna sit in oībus sublimitas vitæ. Erit & in illa beatitudine culpæ memoria, non quæ mentem polluat, sed quæ nos lætitiæ armis adstringat.

Grego. in moralib. a f Solis iustis cœlestis patriæ debentur præmia, vt humiles, casti, mites, atque misericordes ad gaudia æterna perueniant.

Greg. lib. 4. dialogo vno. a g In domo patris mei mās. mul. sunt. Si em̄ dispar retributio in illa latitudine æterna nō esset, vna potius māsio, quàm multæ essent. Multæ ergo māsiones sunt, ī qb' & distincti bonorū ordines ppter meritōrū cōfortiū cōiter lætētur: & tñ vnū denarium oēs laborātes accipiūt, qui in multis māsionibus distinguūtur, quia & vna beatitudo, quā illic percipiūt, & dispar retributionis qualitas, quā per opera diuersa sequuntur.

Greg. lib. 4. moral. a h Quoniam electis in hac vita est dilectio operum, in alia quoque vita erit proculd

culdubio discretio dignitatum, vt quo hic alius alium superat, illic alius alium retributione transcendat, & quauis in illa retributione, dignitas eadem non sit, vna tamen omnibus vita beatitudinis erit.

a i Corona xij. stellarum in patria, prima *Bern. quo*
 stella memoria sine obliuione: secunda ra- *dam ser.*
 tio sine errore: tertia voluntas sine omni
 perturbatiōe: quarta impassibilitas, in qua
 corpus nrm surget sine corruptiōe. quinta
 charitas, qua cōfigurabitur claritati corpo-
 ris Christi. sexta agilitas, vt secundū mobi-
 litatē cogitationū nrarū sit agile. septima
 subtilitas: vt quātūlibet spissum vel solidū
 erit impenetrabile. octaua est, diligere pro-
 ximū suū, in oī veritate, tanq̄ seipsum. nona
 est, videre proximū suū in puritate diligē-
 tem se, sicut diligit semetipsum. decima est,
 Deū perfectè diligere, sed plus q̄ seipsum.
 Vndecima est, diligere, seipsum tātummo-
 do propter Deū. duodecima est, videre deū
 diligentē se supra quā diligat seipsum.

a k O verè felix & gloriosa societas! *Berna. in*
 sanctum conuiuium! *serm.* *o desiderabiles epu-*
 lz! vbi nimirum anxietas nulla, nullū po-
 terit esse fastidium, quin satietas summa
 & summum inerit desiderium.

a l Illud verum & summum gaudium
 est, &c. Vbi gaudium, a.

Bernar. a m Festinemus ad locum tutiorē, id est ad agrum vberio rem, ad partem sanio rem, vt habitemus sine metu, abūdemus sine defectu, epulemur sine fastidio.

Berna. in a n O beata regio paradisi! ō beata regio deliciarum, ad quā suspiro de valle lachrymarum, vbi sapiētia sine ignorātia, vbi memoria sine obliuione, vbi intellectus sine errore, vbi ratio sine obscuritate fulgebit. Beati qui habitant ibi, & laudabunt Deum in secula seculorum, amen. Regnum Dei conceditur promittitur, ostenditur, percipitur, conceditur in prædestinatione. promittitur in vocatione. ostenditur in iustificatione, percipitur in glorificatione.

Chryso. de a o Nulla erit ī futuro discordia, sed cū reparatio. ōta cōsona, cūctā cōueniētia. oīm em̄ sancto ne lapsi. rū erit vna cōcordia. nullus ibi diaboli metus, nullæ insidiæ dæmonū, terra gehennæ procul. mors neq; corporis nec animæ, sed īmortalitatis munere met⁹ vterq; resolut⁹.

Ibidem. a p Intuere cœtū, nō solū ex hoībus, sed ex angelis, atq; archangelis: thronis & dominationibus: principatibus ac potestatib⁹ cōuocatū. de rege aut, qui horū medius residet, dicere vox nulla sufficiet: effugit oēm sermonem, atque omnem sensum humanę mētis, excedit decus illud, illa pulchritudo, illa virtus, illa gloria, illa magnificentia.

a q Si quotidie oporteret nos tormenta *Ibidem*
 perferre, si ipsam gehennam paruo tempore
 tolerare pro eo, ut Christum videre posse-
 mus in gloria venientem, & sanctorum eius nu-
 mero sociari, non erit dignum pari ratione,
 omne quod triste est modo, ut tanti boni
 tantamque gloriae participes haberemur.

a r Futura vita, ubi creditur esse beate *Prosper*
 sempiterna, sempiternam beatam, ubi est certa *de vita*
 securitas, securam tranquillitatem, tranquilla iocun- *contem-*
 ditas, felix aeternitas, aeterna felicitas: ubi *plativa.*
 amor perfectus, timor nullus, dies aeternus.
 alacer motus, & vnus omnium spiritus.

a f Futura vita, ubi ipsa ciuitas quae est an- *Prosper*
 gelorum sanctorumque omnium congregatione *ibidem.*
 beata, meritis fulgentibus micat, aeterna sa-
 lus exuberat, veritas regnat, ubi nec fallit
 quisquam, nec fallitur, ubi nullus beatus
 eiicitur, ubi nullus miser admittitur.

a t Ad finem plures veniunt, ad caeleste re- *Rab. su. il.*
 gnum pauci perducuntur, omnes enim canonici *Matt. 20.*
 vocantur ad electionem, sed vnus eligitur. *multi e-*

a v Patriam nostram, paradysum computemus: *nim sunt*
 parentes patriarchas iam habere coepimus. *vocati,*
 quod non properamus, & currimus, ut patriam *pauci ve-*
 nostram videre, ut patres salutare possimus: *ro electi.*
 Magnus nos illic charorum numerus ex- *Cyp. ep. 6.*
 pectat parentum, fratrum, filiorum frequens *de morta-*
 nos & copiosa turba desiderat, iam de sua
 incol

incolumitate secura, adhuc de nostra salute sollicita. Ad horum conspectum & complexum venire quanta & illis & nobis in commune læticia est?

Cas. super a x Bñ dicitur, Dñm cœlũ extẽdere, vbi
psa. exten- meretrices & publicanos eũ cõstat admit-
dẽs cœlũ si tere. nã cum sint rei per iustitias, cœli iusto
sue pellẽ. rũ facti sunt: & gratiẽ largitate peccãtium.
Boëtius.

a y Aeternitas, est diuturnitas sine initio & fine, & carens omni mutabilitate.

Vide etiã in ti. Acedia, g. Amor, q, a l, b g. Angelus, b a. Anima, r. Beatitudo, b, l, m, p. Consolatio, e. Delitiã, g. Desideriũ, c. Diuitiã, q. Gaudium, a. Infernus, r. Innocentia, p. Tempus, a. Vita, e.

Gratia.

Augu. su- a **H**omo tunc peccatis vincitur, dum
per epist. viribus suis iustẽ viuere conatur
ad Ro. sine adiutorio liberantis gratiã Dei.

Augu. su- b Si gratiam ideò tibi dedit Deus, quia
per Ioan. dedit gratis, gratis ama: noli ad præmium diligere Deum: ipse sit præmium tuum.

Augu. de c Si leuis morbus esset contemneretur
verbis au- medicus, non quæreretur: si medicus con-
postoli. temneretur, morbus nõ finiretur. Ideò vbi abundauit peccatum, superabundauit & gratia.

Augu. in d Sola gratia discernit redemptos à per-
enchiri- ditis, quos in vnũ coaceruat massa perdi-
dion. tionis ab origine ducta creationis.

e Dei

e Dei gratia cur ad istū veniat, ad illū nō *Aug. de*
veniat, occulta cā esse pōt, iniusta non pōt. *baptisma.*

f Lex, Dei ciuitas est. lex data est, vt grā *paruulor.*
q̄reretur: gratia data est, vt lex impleret. *Au. de spi.*

g Talis est gratia spiritus sancti, vt si in- *ritu et lit.*
corde tristitiam inuenerit, cōsumit & dis- *Au. 3 quo-*
solut: si desiderium, permansiuum facit, si *dā jer.*
trepidationem, etiam abiicit.

h Vberior est gratia. q̄ precario. semper *Am. super*
enim Dominus plus tribuit, quā rogatur. *Lucam.*

i Gratia vehemētiore ad diligēdū, q̄ na- *Ambr. de*
tura, reddēdo vacuatur pecunia: gratia autē *offic.*
& habendo soluitur, & soluēdo retinetur.

k Dum nos gratia diuini respectus illu- *Gre. li. 8.*
minat, cuncta mentis nostræ nobis ab- *mora.*
scōdita manifestat.

l Filij Israel māna deserētes cū peponi- *Greg. in*
bus & carnibus porros capāsque desidera- *mo.*
uerunt, quia videlicet peruersæ mētes gra-
tiæ dona despiciunt, & pro carnalibus vo-
luptatibus laboriosa huius vitæ itinera, &
lachrymi plena concupiscunt.

m Quū per semetipsum loquitur Deus, *Gre. ibid.*
de verbo eius sine verbis & syllabis cor do-
ceat: quia virtus eius intima quadam sub-
leuatione cognoscitur, ad quam mens ple-
na suspenditur, vacua grauatur: pondus
quoddam est, quod omnem animam quam
tangit replet.

Ber. de l. arbit. r Gratiã in tribus cõsistere arbitror. In odio præteritorum, contemptu præsentium bonorum, & desiderio futurorum.

Bernard. ser. 77. o Præoccupatũ quippe secularibus desideris animum delectatio sancta declinat, nec misceri poterũt vana veris, æterna caducis spiritualia carnalib⁹, summa imis, vt pariter sapias, q̄ sursũ sunt, & q̄ super terrã.

Ber. super eã. ser. 54. p In veritate didici nihil equè efficax esse ad gratiã promerendã, retinendã & recuperandã, q̄ si omni tẽpore corã Deo inueniaris nõ altũ sapere: sed timere, sicut scriptum est: Beatus homo, qui semper est pavidus. Tunc ergo quum arriserit gratia, time: quum abierit: time quũ denuo reuertetur. & hoc semper pavidum est.

Ibidem. q Gratia balsamũ purissimũ est, & ideo purũ, solidum, & profundum vas requirit.

Chr. sup. epi. ad he. r Aliquãdo pleriq; & vitã habẽtes mūdã, nõ accipiũt gratiã, quare? ne in supbiã eleuetur, ne inflentur ventositate iactantię, ne altitudo muneris negligentiores efficiat.

Prbs. 29. glo. Bede. f Pauper & creditor obuiauere sibi, vtriusque illuminator est Dominus.

Bede in glosa. t Pauper, est humilis auditor, creditor, prædicator, qui sibi obuiant quum in vnã pietatis gratiã cõueniũt: Vtriusque illuminator est Dominus. quia nec iste prædicat, nec ille credit sine Dei munere. Vnde,
sine

sine me nihil potestatis facere.

Vide etiã in tit. Aduentus. b. Anima. o. Cor. d. Creatio. b. Deuotio. h. Maria. t. Pœnitentia. m. Prædicatio. a e. Salus. a.

Gratitudo, siue gratiarum actio.

a **Q**uid est tota die? id est sine inter- *Au. super*
 missione laudare. in prosperis quia *illud psal.*
 consolari, in aduersis quia corrigis ante, *Tota die*
 quam essem, quia fecisti me. cum essem, quia *repletur*
 salutem dedisti. cum peccassem, quia igno- *os meum*
 uisti. cum conuersus essem, quia adiuuisti. *lau.*
 cum perseuerassem, quia coronasti.

b Nō est ista superbia elati, sed cōfessio *Au. super*
 nō ingrati, & habere te cognosce: & nihil *ps. custo-*
 ex te habere, vt nec superbus sis, nec ingra- *di animã*
 tus. Dic Deo tuo: sanctus sum, quia sancti- *meã quo-*
 ficasti me, quia accepi, non quæ habui: *niã san-*
 quia tu dedisti, quæ ego non merui. *ctus.*

c Omnia peccata sic habēda sunt, tãq̃ di- *Au. ad sã*
 mittantur à quibus Deus custodit, ne cōmit- *etas vir.*
 tātur. Noli modicum diligere, quasi à quo
 modicū dimissum est: sed potius multū di-
 lige, à quo tibi multū tributū est. Si enim
 diligit, cui donatū est, ne redderet: quantò
 magis debet diligere, cui donatum est, vt
 haberet? Nam quisquis ab initio pudicus
 permanet, ab illo regitur: & quisquis ab
 impudico pudicus factus est, ab illo corri-
 gitur, & quisquis vsque in finē impudicus
 est

est, ab illo deseritur. Hæc autem ille occulto iudicio facere potest: iniquo non potest, & fortasse ideò latet, vt plus timeatur, & minus superbiatur.

An. in ep.
ad Marcellinum.

d Quid meli⁹ & animo geramus, & ore p̄mam⁹, & calamo explanem⁹, q̄ Deo gratias? hoc nil dici breuius, nec audiri lætius, nec intelligi grati⁹, nec agi fructuosi⁹ p̄t.

Bern. ad Imericū cæcellari.

e Dāti rependi quicquàm gratius ab accipiente nō potest, quàm si gratum habuerit, quod gratis accepit. nam spiritui gratiæ contumeliam facit, qui beneficium dantis grata mente non suscipit.

Chry. sup. Matt. ho. 25.

f Optima beneficiorum custos, est ipsa memoria beneficiorum, & perpetua confessio gratiarum.

Chry. in tract. de symbolo.

g Admoneo vos, vt dominū semper benedicatis, si venerint mala, benedicite: & dissoluentur mala. si prospera venerint, benedicite, & perseuerabunt bona & prospera.

Cass. sup. ps.

h Iugiter sibi subuenire facit, cui collatū beneficium ante oculos semper assistit.

niā miser cordiatua ante ocu.

i Præstita dona numerātur, vt ad beneficia cōsueta anim⁹ boni iudicis inuitetur.

Ca. su. ps.

k Meliora meretur suscipere: q̄ collata bona de corde non probatur amittere.

Ibidem.

l Si bene merērib⁹ aliena gratia nō respō

Cass. in quadā ep.

det, merces tamen sua virtuti non deerit: q̄ potius fructus lucra satis habet, simpliciter

apud

apud se de bono felici cōscientiæ testimo-
nio gloriari. nec enim subiecta est exter-
næ dispositionis arbitrio, sed in sua pro-
pria potestate maiestate consistens, ab in-
dignioribus præmia non requirit.

m Qui quāta sibi gratia collata sit, nescit: quantas largitori grates debeat, non intelligit. non enim potest quis plene intelligere quod accepit, nisi meminerit. *Ibidem.*

n Omnis pfectus ad diuinitatis est munera referendus: quia nihil constat fore bonum, nisi quod ab ipso dignoscitur esse collatum. *Ibidem.*

o Inuitat ad magna, qui gratanter suscipit modica: & spem de futuris recepit, qui transacta beneficia recognoscit: nec desperatione frangitur, qui magnorum munerum consolatione roboratur. *Cas. 4. ep.*

p Nullum officium magis quā referenda gratia, necessarium. nā si Hesiodus iubet reddere maiore mētura, quā acceperis vtenda, quid debemus facere prouocari beneficio? imitari agros fertiles, qui multo plus reddunt, quā acceperint: quia si non dubitamus bona conferre his, quos speramus nobis profuturos, quales debemus esse in eos qui iam profuerunt? Nam demus vel non demus, in nostra potestate est. non reddere verò bono viro non licet, si absque iniuria id facere possit. *Se. in qua-
dam epi.*

Sen. 3. de beneficiis. q Ad reddēdū gratiā opus est, & tempore & facultate, & aspirante fortuna: nihil tam necessarium, aut cū maiori cura dicēdum, quàm beneficium dare, & gratias agere.

Sen. 2. de beneficiis. r Quidam furtiue gratias agunt, & in angulo, & ad aurem, verentur palam ferre: vt sua potius virtute, quàm alieno adiutorio habere dicantur.

Ibidem. Γ Nūq̄ tibi gratiā referre potero. tamen illud certè nō desinam, vbique cōfiteri, me referre non posse. Nam qui gratè beneficium accipit, primā eius pensionem soluit.

Se. 80. ep. t Sapiens omnia examinabit secū quantum accipit, à quo, & quando, vbi, quemadmodum. Itaque negamus, quenquam scire gratiam referre, nisi sapientem.

Se. 83. ep. v Hoc certè iustitiæ conuenit, suam cuique reddere beneficio gratiam: iniuriæ talionem, aut certè malam gratiam.

Ibidem. x Nō oēs grati sciūt debere beneficium. potest etiā imprudens & rudis, & vnus de turba, ignorat autē quātum pro re debeat.

Ibidem. y Sapiēti notū, quāti res quæcunque taxāda sit: nam stultus etiā si bonæ voluntatis est, aut minus, quàm debet: aut tempore, aut quo non debet, reddit loco: aut in quod reddendum est, effundit, atque abiicit.

Ibidem. z Nemo etiam referre gratiam scit, nisi sapiens: stultus autē quemadmodū potest, refert: sciētia illius potius, quàm voluntas

deest, velle non discitur. Sapiēs omnia inter se comparabit. maius enim aut minus fit, quamuis idem fit tempore, loco, causa.

a b Gratus sum, non vt alius mihi libētius præstet priori irretitus exemplo: sed vt rem iocundissimam faciam. *Ibidem.*

a c Credam⁹ itaq; nil esse grato aīo honestius. oēs hoc vrbes, oēs etiā ex barbaris regionibus gentes conclamabunt. in omni iudiciorum diuersitate referēdā benemerētibus gratiam, omnes vno ore afirmabunt: in his discors turba consentiet. *Ibidem.*

Vide etiā in tit. beneficentia & Creatio. e. f. Dilectio. d. o. Homo. l. Ingratitudo. & Lachryma. n. Laus. ah. Nocumentum. h. Patientia. c. a r. Virtus. i.

Gula.

a **V** Entris ingluuies dicit ad esum: dominus omnia munda creauit, & qui saturari cibo respuit, quid aliud, quam diuinæ ordinationi contradicit. *Aug. li. de conflictu vitiorum.*

b Nō ppter porcū, sed ppter pomū, mortem primus hō inuenit, & Esau primatum suum nō ppter gallinā, sed ppter lēticulā pdidit. Scio eñ Noë omne genus carnis, quod cibo esset vsui, māducare concessum. Eliā cibo carnis resectum. Ioānē mirabili abstinentia peditum, animalibus idest locustis in escā cedentibus non fuisse pollu- *Aug. in gl. sup. ill. ad Ro. 14. No li propter escam destruere opus Dei. omnia qui*

de munda sunt. tū. Et scio Esau lēriculæ cōcupiscentia deceptū. Et David propter aquæ deāderium à seipso reprehensum, & regem nostrum non de carne, sed de pane tentatum.

Am. 7 ser. de ieiū. c Malæ dominæ seruitur gulæ q̄ semper expetit, nūq̄ expletur. Quid em̄ insatiabilius vētre? hodie suscipit, cras exiget. quū impletus fuerit, disputatur de continentia. quum digesserit, vale virtutibus dicitur.

Ambro. in serm. 40. d Fames amica virginitati est inimica lasciuia. Saturitas verò castitatem prodigit, nutrit illecebram.

Hic. in ep. ad Pauli. e Sit vilis & vespertin⁹ cibus, olera & legumina, interdūque pisciculos p̄ summis ducas delitiis. Qui Christū desiderat, & illo pane vescitur, non quærit magnopere, quā de pretiosis cibus stercus conficiat.

Hic. 7 epi. f Hippocrates in Aphorismis docet crassa & obesa corpora, quæ crescendi mensuram impleuerunt, nisi citò ablatione sanguinis minuantur, in paralysin & pessima morborum genera erumpere: & idcirco necessariam esse demptionem: vt rursus habeant, in quæ possint crescere. Non enim manere in vno statu naturam corporum, sed aut crescere semper, aut decrescere: non posse viuere aliās, nisi crescendo capax fit. Vnde & Galenus vel doctissimus Galeni interpret, Adeps quorum
vita

vita, & ars sagina est (dicit in exhortatione medicina) nec viuere posse diu: nec sanos esse. animasque ita nimio sanguine & adipibus quasi luto inuolutas, nihil tenue, nil cœleste, sed semper de carnalibus eructare, & ventris ingluuiem cogitare.

g Legimus quosdam morbo articulari, *Hie. i ep.*
& podagræ humoribus laborantes, proscritpione bonorum, ad simplicem mensam, *ad Ioni.*
& pauperes cibos redactos conualuisse. Caruerunt enim sollicitudine dispensante domus, & epularum largitate, quæ & corpus frangunt & animam.

h Semper saturitati iuncta est lasciuia, *Hie. i quo*
Vicina sunt igitur venter & genitalia. pro *dum ser.*
membrorum ordine, ordo vitiorum.

i Non cibus sed appetitus in vitio est. *Greg. lib.*
vnde & lautiores cibos plerūque sine culpa sumimus, & abiectiores non sine reatu *30. mor.*
conscientiæ degustamus.

k Dominante gulæ vitio, omne, quod homines *Gre. ibid.*
fortiter egerunt, perdunt. & dum veter non restringitur, simul omnes virtutes obruuntur.

l Cocorum princeps muros Ierusalem *Gre. i pa.*
deiecit: quia dum venter ingluuie tenditur, virtutes animæ luxuria destruuntur.

m Penè semp epulas comitant voluptas. *Gre. lib. i.*
nā dum corp⁹ in refectionis delectatione *mora.*
resoluitur, cor ad inane gaudiū relaxatur.

*Gre. 30.
mora.*

n Nō ad conflictū spiritualis agonis affurgitur, si nō prius intra nosmetipsos hostis positus, gulæ videlicet appetitus edomatur. quia si nō ea, quæ nobis sunt viciniora, prosternimus: inaniter ad ea quæ longius sunt, impugnanda transimus. In casum nanque contra exteriores inimicos in campo bellum geritur, si intra urbis mœnia civis insidians habetur.

*Gre. li. 7.
mora.*

o Sape edēdi rō seruit gulæ, & seruire se simulat indigētia: naturæ: quūq; venter ingluvie se extēdit, mēbra in luxuriā erigit.

*Greg. lib.
30. mora.*

p Sic voluptas plerūque sub necessitate se palliat: ut vix eam perfectus quisque discernat. nam dum solui debitum necessitas petit, voluptas expellere desiderium suppetit, & tātō gula securiūs in præceptis ruit, quantō sub honesto nomine necessitatis explendæ se contegit.

*Ber. i apo
logetic.*

q Melius est exiguo sanguine ad vsum vesci, quàm vëtofo legumine vsque ad ructum exsaturari, præcipuè cum & Esau nō de carne, sed de lente sit rephensus, & de ligno Adam nō de carne damnatus. & Ionathas de gustu mellis, non carnis mori iudicatus. Econtrà verò Elias innoxie carnem comedit, Abraham angelos gratissimè carnibus pavit: & de ipsius sua fieri sacrificia Deus præcepit.

r Paulus Timotheo modicè vino vrèdum *Ber. ibid.*
 consuluit: & Domin⁹ ipse bibit, ita vt vini
 potator appellatus sit. Apostolis quoque
 bibendum dedit, insuper ex eo sacramen-
 tum sui sanguinis edidit.

s Ipsa deinde qualitas rerum talis de fo *Ber. ibid.*
 ris apparère curatur, vt non minùs aspe-
 ctus, quàm gustus delectetur: & cū iam sto-
 machus crebris ructibus repletum se iudi-
 cet, necdum tamen curiositas satiatur: sed
 dum oculi coloribus, palatum saporibus
 illiciuntur, infelix stomachus, cui nec colo-
 res lucent, nec sapores demulcent, dum o-
 mnia suscipere cogitur, oppressus magis
 obruitur, quàm reficitur.

t Inter prandendū quantum fauces dapi *Ber. super*
 bus, tantū aures pascatur rumoribus, qbus *cantic.*
 totus intentus modū nescias, in edèdo. in-
 terim autē fercula ferculis apponuntur, &
 pro solis carnibus, quibus abstineretur, grā-
 dia piscium corpora duplicantur.

v Gulæ saturitas nimia aciem mentis *Isi. li. 1. de*
 obtundit, ingeniūmque euertere facit. *summo bo.*

x Quibuslibet escis refectus venter, se- *Io. Cassia*
 minaria luxuriæ parit: nec praualer mens *nus de Isi*
 discretionū gubernacula moderari. cibo = *tutiõe mo*
 rum pōdere præfocata. Non enim sola cra *nach.*
 pula vini mentē inebriare cōsuevit: verūm
 etiā cunctarū escarū nimietas vacillantem

eā, ac nutabundā reddit, omnique integri-
tatis ac puritatis contēplatione dispoliat.

Ibidem. y Nunquā poterit ardētis cōcupiscētiæ
stimulos inhibere, quisquis desideria gulę
refrænare nequiverit. Interioris hominis
castitas, virtutis huius consummatione di-
scernitur: nunquam enim robustioribus
æmulis colluctari posse confidas eū, quem
in leuiori cōfliktu conspexeris ab inferio-
ribus paruisque superari.

Ibidem. z Impossibile est saturum ventrem pu-
gnas interioris hominis experiri. nec bel-
lis robustioribus attentari dignū est eum,
qui potest deici leuiori cōfliktu.

*Hugo in
suo claustr.* ab Quidā quum ad edendū assederint,
inquieta quadā agitatione mēbrorum, in-
temperantiā animi sui designāt, caput ex-
cutiunt, brachia exuunt, manus in altum
expandunt, & nō sine magna trepidine,
quasi totū epulū simul sint absorturi. Ingē-
tes quoslā conatus & gestus satis indeco-
ros ostēdunt in vno loco sedētes, oculis &
manibus, quæ propè & longè sunt, omnia
circuncurrūt, simūlq; panes comminuunt,
vina in calices infundunt, discos in gyrum
circūducunt, anhelāt & suspirant præ an-
gustia, ita vt existimes eos, alium rugienti
ventri patientiorem aditum quærere, quasi
angustia fauciu non possint esurienti sto-
mac

macho satis sufficienti abūdātia ministra-
re. & velunt super obsessam ciuitatē allul-
tum facturus, dubitans vbi primū expu-
gnationē aggrediatur, dum simul in omni
parte irruptionem facere concupiscit.

a c Supertitiosum quidē nimis in suis præ- *Ibidem.*
parādis cibis adhibēt studiū, infinita deco-
ctionū, frixurarū & condimentorū genera
excogitantes, modò mollia, modò dura,
modò frigida, modò calida, modò cocta,
modò assa, modò pipere, modò allio, mo-
dò cymino, modò sale cōiūta: secundū cō-
suetudinē prægnantiū mulierum deside-
rantes: ita quòd ibi desudant coquorum ar-
tes, & fiunt variæ quæstiones, utrū fieri de-
beāt assata, vel frixa, vel elixa, & tāta soli-
citudine præparātur, vt deuoratis quatuor
vel quinque ferculis, prima non impediāt
nouissima, & quū iam stomachus, crebris
eructibus repletum se indicat, nondum ta-
men curiositas faciat. Isti videntur cole-
re ventrem, tanquam Deum.

a d Solēt diis tēpla cōstrui, altaria erigi, *Hug. ibid.*
ministri ad seruiendū ordinari, immolari
pecules, tura cōcremari: Deo si quidē ven-
tri, templū est coquina: altare mēsa, mini-
stri coqui, immolatæ pecudes, coctæ car-
nes, fumus incensorum, odor saporum.

a e Gulæ est solius corporis causa, ille- *Hugo.*

cebroſus & auidus ciborum appetitus.

Ibidem. a f Gula vel Caſtrimargia, eſt vorax edacitas nauſeanti ſtomacho applaudens, naturalibus finibus non contenta.

*Alanus de
cōplacitu
natura.*

a g Hæc peſtilētia non vulgari humilitate cōtēta, profundius ſe porrigit in prælatos, q̄ ſalmones, lucios, cæterōſque piſces æquipollenti generoſitate præſignes, variis decoctionum cruciatos martyriis, baptizati adulterantes officiū, ſacri piperis foete baptizant: vt ex tali baptiſmate baptizati multiformē ſaporis gratiam cōſequantur: In eadem menſa teri eſtre animal piperis inūdatione ſubmergitur, piſcis natat in pipere, auis eiſdem viſcoſitate ligatur: dūmq; tot animalium genera vno ventris ergaſtulantur in carcere, aquatile animal ſecum, pedeſtre aëreūmq; genus in eodem ſepulchro intumulari miratur: quibus ſi detur licentia exeundi, egreſſui vix portæ ſufficit amplitudo.

*Senec. 10.
Rhetoric.* a h Quicquid auiū volitat, quicquid piſciū natat, q̄cquid ferarū diſcurrit, noſtris ſepelitur ventribus: quære nunc, cur ſubito moriamur? quia mortibus viuimus.

*Senec. epi-
ſto. 61.* a i Vētri obediētes, animalium numero computantur, non hominum.

Sen. ep. 7. a k Multos morbos fercula multa ferunt innumerabilēſque morbi, innumerab

rabiles coquos munerant.

a l Vna tyliua pluribus elephātibus suffi- *Ibidem.*
cit: homo verò pascitur vix terra & mari.

a m Venter præcepta non audit: poscit & *Senec. 21.*
appellat: non est tamen molestus creditor: *epist.*
paruo contentus est, si das illi, quod debes,
non quod potes.

a n Initiū vitę hominis aqua & panis: gu *Inn. de vř*
oñs autē nō sufficiunt fructus arborū: non *litate cōdi*
genera leguminū, non radices herbarum, *tinis hu-*
non pisces maris, nō bestię terrę, nō aues *mana.*
coeli: sed quaruntur pigmenta, parantur a-
romata, & nutriunt altitia, capiuntur obesa.
quę studiosè coquuntur, ante coquos, quę
lautè parantur, officio ministrorum alius
contundit & colat, alius confundit & con-
ficit. substantiam conuertit in accidens, na-
turam mutat in artem: vt saturitas trāseat
in esuriem. reuocet ad appetitum ad ir-
ritandum gulam, non ad sustentandam
naturam, non ad necessitatem supplen-
dam: sed ad auiditatem explendam.

a o Gula paradisum clausit, primogenitū *Inn. ibid.*
vendidit, suspendit pictorē, decollauit Ba-
ptistam. Nabuzardam princeps coquorum
templū incendit, & Ierusalē totam euer-
tit. Balsazar in conuiuio manum contra se
scribentē aspexit, mane thecel phares. &
eadem nocte interfectus est à Chaldæis.

Vid

Vide etiã in tit. Abstinẽtia, & Auaritia. a
 s. conuersatio. a c. a d. a f. a g. delitiã. n. De-
 uotio. m. Discretio. m. Diuitiã. a c. Ebrie-
 tas. & Gloria vana, & Ieiunium. q. Peccatũ.
 o. Sobrietas, & Tẽperantia. d. Vitium. b. f.

Hære. s.

*Aug. de
 definitio.* a **H**æreticus est qui pro alicuius tẽ-
 po alis commodi & maxime glo-
 riã principatũque sui gratia, falsas ac no-
 uas opiniones gignit, vel sequitur.

Augusti. b Hæreticus est qui cõceptã noui erro-
 ris perniciam pertinaciter defendit.

*Aug. con-
 tra falsũ.* c Schisma est eadẽ opinãtẽ atq; eodẽ ri-
 tu colẽtem, quo ceteri, solo aggregationis
 delectari desiderio. Hæresis vero diuisa opi-
 natur ab his, quã catholica credit ecclesia.

Aug. ibid. d Si qui sententiã suã quãuis falsam atq;
 peruersam nulla prinaci animositate de-
 fendũt, quarũ autẽ tanta sollicitudine ve-
 ritatẽ, corrigi parati, quum adinuenerint,
 nequaquã sunt inter hæreticos deputandi.

Hic. i. epi. e Hæc est fides Papa beatissime, quã in
 catholica discimus ecclesia, in qua si minus
 peritẽ, aut parum cautẽ fortẽ aliquid posi-
 tum est: emendari cupimus à te, qui Petri
 fidem & sedem tenes. Si autem hæc nostra
 confessio apostolarum tui iudicio compro-
 batur, quicumque me culpate voluerit, se
 imperitum vel maleuolum, vel etiam non

catholicum seu hæreticum comprobabit.

f Resecandæ sunt putridæ carnes, & scabiosa ouis ab ouili repellanda est, ne tota domus massa & pecora ardeat, corrumpatur, putrescat, intereat. Arrius in Alexandria vna scintilla fuit, sed quia non statim oppressus est, totum orbem eius flamma populata est.

Hierony.

g Quicumq; aliter scripturâ intelligit, qui sensus spiritus sancti exflagitat, à quo scriptura est: licet ab ecclesia non recesserit, tamen hæreticus appellari potest.

Hierony.

h De intelligentia hæresis, non de scriptura est: sensus, & non sermo fit crimen.

Hilarius

i Plus lōgè nocet falsus catholicus, quàm si verus appareat hæreticus.

2. de trinitate.

k Sicut cauendi sunt, qui habent speciẽ bonæ vitæ, propter dogma nequitia: sic & hi, qui integræ fidei & doctrinæ sunt, & turpiter viuunt.

Bern. sup cantos.

Chry. sup Matth.

l Schisma est error pertinax catholicam pacem in singulari perturbans ecclesia.

Hugo.

Vide etiam in tit. Derractio. c. & in tit. Error. per totum. *Homicidium.*

a **Q**ui sine publica administratione maleficũ interfecerit, velut homicida iudicabitur, & tanrò amplius quàm rò sibi potestatem à Deo non concessam vsurpare non timuit.

Aug. lib. 1. de ciuitate Dei.

*Augu. sup.
per Ioan-
nem.* b Homicida dicitur diabolus, nō gladio
armatus, non ferro accinctus ad hominem
venit, verbum seminavit & occidit. Noli
ergo te putare non esse homicidam, quā-
do fratri tuo mala persuades.

*Gr. super
Ezechiel.* c Tot occidimus, quot ad mortem ire
quotidie tepidi, & tacentes videmus.

*Ber. i quo
dam ser.* d Qui bonum odit in homine, nunquid
homicida poterit appellari? adhuc viuit ho-
mo, & ille iam reus est mortis.

*Cas. super
psal. 62.* e Non interest, quis occidat, si innocen-
tem aliquis occidendum esse pronuntiet.

Homo.

*Ambr. lib.
de Ioseph.* a **P**rocliuus & mutabilis est in vtrūq;
humana cōditio, vt quocūq; inten-
derit, eò perpendat & vergat, vel ad studia
virtutum, vel ad illecebras delictorum.

*Gre. li. 4.
moralium.* b Ad hoc homo positus erat in paradi-
so, vt si se ad conditoris sui obedientiam
vinculis charitatis adstringeret, ad cœle-
stem angelorum patriam, quandoque siue
carnis morte transiret.

*Ber. super
cantica.* c Homo cū in honore esset, nō intel-
lexit. In quo honore habitabat? in paradi-
so & in loco voluptatis. conuersatio eius
nihil molestiæ nec indigentiæ sentiebat: odo-
riferis stipatus malis, sulcitus floribus, glo-
ria & honore coronatus, & constitutus su-
per opera manuum plasmatoris. magis au-

tem

re ob insigne diuinæ similitudinis præcelebat, & erat illi fors ac societas cum plebe angelorum, & cum omni militia cælestis exercitus, sed mutauit istam gloriam in similitudinem vituli comedētis fœnū.

d Heu tristis & lachrymosa mutatio, vt *Bern. ibid.*
homo paradisiicola, terræ dominus, cæli ciuis, domesticus Domini Sabaoth super Deorū spirituū & cœlestiū virtutum coheres repentina se cōuersione inuenit, & propter infirmitatē iacentē in stabulo, & propter pecorinam similitudinē indigentē fœno, & propter indomitā feritatē alligatū præsepio, sicut scriptū est, in chamo & fræno maxillas eorum constringe, &c.

e Video hominem prius quatuor virtutibus amictum, quid huic deerat, quem misericordia custodiebat, veritas docebat, iustitia regebat, pax fouebat. *Bern. ibid.*

f Animalia fecit Deus propter hominē, *Chryl. sup Matth.*
hominē propter seipsum. Si ergo animalibus ministrat propter hominē, quomodo hominib⁹ nō ministrabit ppter seipsum.

g Omnē creaturā sensibilem Deus armatā & munitam creauit, alios veloci pedum *Chryl. sup Matt. 7.*
cursu, alios vnguibus, alios pennis, alios cornibus, hominē solū sic disposuit, vt virtus illius sit ipse Deus & in eo, quo inferiore eum fecit, in ipso fortiore esse voluit in se,
vt ne

ut necessitate infirmitatis coactus, semper
neceffe habeat dominum suum requirere.

*Chryf. sup
Matt. 10.* h Præ omnio' malis, homo est p'ctissimū
malū. Quælibet bestia vnū habet, & pro-
priè malum, homo autem omnia. diabolus
enim ad iustum accedere nō audet, sed ma-
lu. homo non timet, sed coate'mnit.

*Chryf. in
bo. de as. è
sione.* i Cōparatus est homo iumētis & c. Peius
est comparari, quàm nasci: naturaliter non
habere rationem, tolerabile est. hominem
verò ratione decoratum irrationabili na-
turæ comparari, voluntatis crimen est.

*Hug. i di-
dasc. li. 1.* k Qui vsum vestimētōrū prius adinue-
nit, considerauit, q' singula quæq; nascen-
tiam, propria quædā habebant munimēta,
quibus naturam suam ab incommodis de-
fendunt. Cortex ambit arborem, penna te-
git volucrum, piscēs squamma operit: lana
ouē induit, pilus iumenta & feras vestit.
concha te iudinem excipit, ebur elephan-
tem iacula non timere facit. nec tamen si-
ne causa factum est, quòd cū singula anima-
lium naturæ suæ arma habeant secum na-
ta solus homo inermis nascitur & nudus.
Oportuit enim vt illis, quæ sibi præuidere
nesciant, natura consuleret homini autem
ex hoc etiā maior experiendi occasio præ-
staretur: cū illa, quæ cæteris naturaliter
data sunt, propria sibi ratione inueniret.

mul

multò enim magis enitet nūc ratio hominis, hæc eadē inueniēdo, q̄ habēdo claruifet. nec sine causa prouerbiū sonat: quòd ingeniosa fames omnes excuderit artes.

Vide, homo, dicit mūdus, quomodo amauit te, qui propter te, fecit me. seruo tibi, quia factus sum propter te, vt seruias illi, qui fecit & me & te, me propter te, & te propter se. Si sentis beneficiū, redde debitū: si accipis benignitatem, redde charitatem.

I Principiū iure tribuetur homini, cuius causa videtur cūcta animalia genuisse natura, magna & sæua mercede, contra tanta

sua munera, vt non satis æstimare parens melior homini, an tristior nouerca fuerit. ante omnia vnum animantiū cunctorum, alienis velut opibus, cæteris variè tegumēta tribuit, testas, cortices, coria, spinas, pilos, plumā, pennas, squamas, vellera: Truncos etiam arborēsq; cortice, interdum gemino à frigoribus & calore tutata est. hominem tantum nudum, & in nuda humo, natali die abiicit ad vagitum statim & ploratum, nullumq; tot animalium aliud ad la chrymas, & hoc protinus vitæ principio.

Ne feras quidē inter nos genitas vincula excipiunt, & omniū mēbrorū nexus: at homo infeliciter natus iacet manibus pedibúsq; deuinctis. Flens animal cæteris

imperatorii, & à supplicis vitâ aspiciatur, vnâ tantû ob culpâ, quia natum est. heu demeritiâ ab his initiis existimatiû ad superbiâ se genitos. prima roboris spes, primum tēporis munus quadrupedi similem facit

Plin. ibid.

n. Cætera videntur sentire naturâ suam: alia pernicitatem vsurpare, alia præpetes volatus, alia vires, alia nare. hominē nihil scire sine doctrina, non sari, nō ingredi, nō vesci, breuiterque nō aliquid naturæ sponte, q̄ flere. Itaque multi exiteret, qui nō nasci optimam censerēt aut quàm ocysimè aboleri. Vni animantium luctus datus est, vni luxuria, & quidē innumerabilibus modis, ac per siagula membra: vni ambitio, vni auaritia, vni immensa viuendi cupido, vni superstitio, vni sēpulturæ cura, atque etiam post se defuturæ. Nulli tamen vita fragilior, nulli rerū omniû libido maior, nulli pavor confusior, nulli rabies acrior.

Plin. ibid.

p. Cætera animantia in suo genere propriè degunt. congregari videmus & stare contra dissimilia. leonam feritas inter se non dimicat: serpentum morsus non petit serpentes, nec maris quidem beluæ ac pisces nisi in aduersa genera sauiunt, at homini plurimè ex homine sunt mala.

Pet. Rau.

sup illud

q. Infructuosa intricat, cespitē, necat spacia, exhaurit terræ vires, cultorem cōficit, damno

damno afficit possidentem. ac si excidere istam lucrum est, istā nō habere, cōmodum est. sic homo utique qui naturæ donum, munus animæ, rationis beneficium, excellentiam sensus iudicium mentis artis industriā, culturę bonum, in steriles atque inopes actus euertit, occupat, mergit auctori fructum, cultori gratiam negat. vnde sicut arbor è terra, sic iste vita meretur excidi.

r Fuit quoddā tēpus, cum in agris homines passim bestiarū more vagarentur, & libi victu ferino vitam propagabāt, nec animi ratione quicquā: sed pleraque viribus corporis administrabāt. nōdum diuinæ religionis, nō humani officij, ratio colebatur. Nemo nuptias viderat legitimas, nōa certos liberos inspexerat: quisquam nō ius æquabile quid utilitatis haberet, acceperat.

f Quo tēpore vir quidā magnus & sapiēs cognouit, quæ materia esset, & quanta admaximas res opportunitas animis inesset hominum: si quis eā possit elicere, & precipiēdo meliorē reddere. qui dispersos homines in agris & in rectis syluestribus abditos, ratione quadā cōpulit in locum vnum, & congregauit, & eos in vnāquaque rem vitilē atque honestā inducēs, ex feris & immanibus mires reddit & māsuetos. at mihi videtur quidē hoc nec tacita nec inops di-

*ex Cicerō
in uētione:
Arborē si-
ci quidam
plātatam
habebat,
&c.*

*Tullius in
prologo de
in uētione.*

Cice. ibid.

cendi sapientia pericere potuisse, vt homi-
nes à consuetudine subito conuerteret, &
ad diuersas rationes vitæ traduceret.

Sene. 77. epi. ad Lucillum. c Omnis suo bono constat vitę fertilitas,
cōmendat vinū sapor: & velocitas ceruum.

quàm fortia dorso iumenta sūt, quæris. In
cane sagacitas prima est, si feras inuestiga-
re debet: cursus, si consequi: audacia, si mor-
dere, & inuadere. Illud cuiq; optimum esse
debet cui nascitur, quo censetur in homine
optima quidē est ratio. hæc antecedit ani-
malia cætera, Deos sequitur. Ratio ergo
perfecta, propriū hominis bonū est, cætera
illi cum animalibus satis superq; cōia sunt.
Est fortis, videlicet & leones. formosus est,
& pauones. velox est, & equi: corpus habet,
& arbores. habet impetum ac motū volūta-
riū, & bestix & vermes: habet vocē, sed quā-
to clariorē canes. acutiore aquila, grauior-
em tauri, dulciore & nobiliore luscinix?

Sene. ibid. v Quod in homine proprium ratio, hæc
recta & consummata felicitatem hominis
impleuit. ergo si omnis res, quum bonum
suum perfecit, laudabilis est, & finem sue
naturæ tetigit. hæc ratio perfecta virtus.
eadēque honestum est. Id itaque vnum
bonum in homine est, quod hominis est.

Sene. ibid. x Siquis omnia alia habeat: valitudinem,
diuitias, imagines multas, frequēs atrium:
sed

sed malus ex cōfesso sit, improbabis illum. Itē si quis nihil quidē illorum habeat, quæ retuli: careat pecunia, cliētum turba, nobilitate auorum & proauorū serie, si ex cōfesso bonus sit, probabis illū. Ergo hoc vnum bonum hominis, quod qui habet, in omnium aliorum copia dānatur ac reicitur.

y Quæ cōditio rerū, eadē hominum est. *Sene. ibid.*
 Navis bona dicitur, non quæ pretiosis coloribus picta est, nec cui argēteum aut aureū rostrū est: nec cuius tutela ebore celata est, neque fiscis atque opibus regiis pressa est: sed stabilis & firma & vincituris aquam excludētibus spissa, ad ferendum incursum maris solida, gubernaculo parens, velox & nō sentiēs ventos. Gladium bonum dices, non cui deauratus est balteus, nec cuius vagina gēmis distinguitur, sed cui ad secandum subtilis acies est & mucro munimentum omne rupturus. Regula nō quā formosa, sed quā recta sit quæritur. eo quidē laudatur, cui cōparatur, quod illi proprium est. Ergo in homine quoque nihil ad rem pertinet, quantum aret, quātum fceneret, a quā multis salutetur, quā pretioso incumbat lecto, quā perlucido poculo bibat, sed quā bonus sit. bonus autē est: si ratio explicita & recta est. & ad naturę suę voluntatem accōmodata. Hæc vocatur virtus:

hæc est honestū & vnicū hominīs bonum.

Sen. ibid. a z Quid autē sit vir bonus dicam. Vir bonus, quod honestē se facturū putauerit, faciet sine pecunia. si laboriosum erit: faciet, etiā si damnosum sit. faciet etiā si periculosum erit. Rursus quā turpe erit non faciet, etiā si pecuniā afferat, etiam si voluptatem, etiam si potentiam. ab honesto nulla re deturbitur, a turpia nulla spe inuitabitur.

Seneca in prouerb. a b Quies tibi, non desidia sit. & quum ab aliis luditur, tu sancti aliquid honestāque tractabis.

Seneca ibid. a c Sicut formosa pictura est, quum nulla pars errat: sic & formosus homo, in quo nulla pars peccati fœda est.

Vide etiam in titu. Ascensio, t. Bonum, d. Misericordia, h, k, l, m, n, o. Mors, b, d. Natura, d. Regimen, i. Voluntas, f.

Honor.

Augu. lib. 3. de ciuitate Dei. a **R** Emotis obstaculis insanę opinionis, scelera nuda pensentur: nuda inspiciantur, fallacia tegmina, & vanę laudes & glorię auferantur: & adparebunt miserię peccatorum.

Aug. ibid. lib. 5. b Gloriam & honorem non debet sequi virtus, sed ipsa virtutem. Vnde honores quos expetunt multi, Cato petere non debuit, sed eos ciuitas ob eius virtutem non perenti dare.

c Rerum, gētiū nationūque imperium *Augu. lib. 4. de ciuitate Dei.*
 penes reges erat. quos ad fastigium hono-
 ris non ambitio popularis, sed spectata in-
 ter bonos moderatio prouehēbat.

d Vbi honor non est, ibi contemptus est. *Hiero. in epist.*
 vbi contemptus, ibi frequens iniuria: ibi
 & indignatio. vbi indignatio, ibi quies
 nulla. vbi quies non est, ibi mens à propo-
 sito saepe deiicitur. vbi autē per inquietudi-
 nem aliquid aufertur ex studio, minus fit
 ab eo, quod tollitur. & qđ minus est, per-
 fectum dici non potest. Ex hac supputatio-
 ne illa sententia nascitur, Monachum in
 patria sua perfectum esse non posse. perfe-
 ctum autem esse nolle, delinquere est.

e Non est dignum, vt inde exigas hono- *Hiero. in
 rem, vnde refugis laborem. epi ibid.*

f Deiecisti eos, dum alleuarentur. quum *Grego. in
 alleuatur, deiicitur, qui honoribus profi- registre.*
 cit, & moribus cadit.

g Dum mali prapōsiti suum contra veri- *Grego. in
 tatem honorem exigunt, ab omni rectitu- moralib.*
 dine sequentium corda subuertunt.

h Prædicatores boni & honorem pro- *Gre. ibid.*
 pter elationem fugiunt: & honorari tamē
 propter imitationem volunt.

i Differentia dignitatis facta est inter san- *Chryf. su-
 ctos, vt vn^o fit episcopus, alius minister, cō per Mat.*
 tumacia carnis coëgit, & peruersitas mūdi

& operatio inimici, honores vt videantur esse, sed re vera non sunt, imò ministeria.

Chry. ibi. k Quicumque desiderat primatum cœlestem, sequatur humilitatē terrestrem: non enim qui maior fuit in honore, ille maior: sed qui iustior, ille maior.

*Chryso. de reparatio
de lapsi.* l Honor verus virtus animi est. hic honor nec à Cæsaribus præstatur, neque adulatione conqueritur, neque pecunia præparatur. nihil fucati in se habet, nihil simulati, nihil occulti. huius honoris successor est: nullus est accusator: nullus ingratus.

*Chryso. sue
per Mat.* m Honoris magnitudo his, q̄ nō digno uiuunt honore, stimulu⁹ incipit esse poenarū.

Ibidem. n Episcopus si debitū honoris non acceperit à presbytero, aut presbyter si non acceperit à diacono, aut diaconus à lectore, irascitur & turbatur. si autē viderit episcopus presbyterū, aut presbyter diaconū circa obsequium ecclesię nō permanētem, aut aliàs peccātem in Deum, neq; irascitur ei, neque curat. quia oēs quidē de suo honore solliciti sunt, de honore autem Dei nullus.

Beda. o Xps ad sanādum filiū reguli ire noluit, ne diuitias honorare videretur. ad seruum vadit. ne seruilē conditionē spreuisse putaretur. In hoc superbia nostra retūditur: q̄ in hoībus nō naturā, qua ad imaginē Dei facti sunt, sed honores & diuitias veneramur.

p Qui

p Qui primatus sui auctoritatem perdit, *Gl. sup ill.*
 in despectionem & angustia se mittit: qui *ecc. 23. Me*
 autem locum suum sapienter custodit, se ac *lius est rō*
 suos ad profectum dirigit. *fily. &c.*

q Quidā honores fugiunt, vt honoribus *Huga.*
 obuiēt. subesse fugiunt, vt possint præesse.
 Sæpe enim gloria vt acquiratur, contēni-
 tur: & mundus vt obtineatur, relinquitur.

r Parati filij hominum ad honores ange- *Huga.*
 licis humeris formidandos: non tamē vir-
 gula debet esse, cui domus innititur. nec
 vitulus, sed bos ad aratrum ponitur.

s Decet quidem cunctos patriæ suæ au- *Cass. libr.*
 gmēta cogitare sed eos maximē, quos ref- *4. epi.*
 publica sibi summis honoribus obligauit:
 quia rectum est, vt eum necesse sit plus de-
 bere, qui visus est maiora suscipere.

t Dignū enim videtur, vt qui est scientia *Ibidem*
 præditus, reddatur honore reuerendus.

v Gloriā & honorē & imperiū bonus & *Salust.*
 ignauus æquē sibi exoptat. Bonus, vera via
 nititur: sed ignau⁹, quia bonæ artes desunt,
 dolis atque fallaciis contendit.

x Abstrahunt nos à certo diuitiæ, hono- *Senec. 82.*
 res, potētia, & cætera, quæ in opinione no- *epist.*
 stra chara sunt, pretio suo vilia. nihil habēt
 magnificū, quo mētes nostras in se trahāt,
 præter hoc, quòd mirari illa consueuimus.
 nō enim quæ cōcupiscēda sunt, laudantur:

sed concupiscuntur, quia laudata sunt.

Senec. 85. epist. y **Q**uęcunque videtur eminere rebus humanis, quantum pusilla sint, & cōparatione humiliorū, difficiles ac arduos tramites habeāt, confragosa in fastigium dignitatis via est. hac tamen scandere hunc verticē liber: cui fortuna se submitit. omnia quidem sub te, quę pro excellentissimis habentur aspice, & tunc venies ad summā per planū.

Senec. 77. epist. z **C**um velis verā hominis estimationem habere, & scire qualis sit, nudum inspice. deponat patrimonium, deponat honores & alia fortunę mendacia. corpus ipsum exuat. animum intueri: qualis, quantum sit, alieno aut suo magnus.

Sen. epist. a b **H**omines candidatos viros bonos dicimus, quomodo obuios, si nomen non occurrit, duos salutamus.

Sen. in ep. a c **P**ecunia ex quo in honore esse cępit, verus rerum honor cecidit.

Vide etiam in titu. Acceptio, a, h. Adulatio, x. Ambitio, l. Amicitia, a, h, a, k. Avaritia, a, v, a, x. Creatio, b, d. Diuitię, n, a, h. Gloria vana, d, v, a, c, a, d. Homo, c, i. Martyriū, a. Prędicatio, a, c. Pręlatio, b, q. Reuerentia, & Sacerdos, a, d. Solennitas, d. Sollicitudo, f.

Honestas.

Augu. lib. 2. de ciui- a **T**anta est probitatis vis & honestatis, vt omnis vel penę omnis eius laude

laude moueatur humana natura, nec vsque ad eam fit turpitudine vitiosa, vt totum amittat sensum honestatis.

b Tantus splendor honestatis est, vt vitam beatam efficiat tranquillitas conscientiarum, & securitas innocentiarum. *Ambr. lib. 2. de offi.*

c Nihil turpe faciendum bono viro, etiam si ex omni parte lateat: etiam si oēs deos hominesque celare possimus. Nihil tamen in nobis auarè, nihil iniuste, nihil libidinosè, nihil incōtinenter esse faciendum. Sapientis enim est proprium, nihil quod poenitere possit, facere, nihil iniuste, sed splendide, constanter, grauitè, honestè omnia. *Tull. 3. de offi.*

d Ecce torpent ingenia desidiōsa iuuentutis, nec in vnius honestæ rei labore vigilat. Somnus languorque & somno & languore turpior, malarum rerum industria inuasit animos, catadi saltandique obscæna studia effœminatos tenet: & ad muliebres blanditias extenuare vocem, mollitia corporis certare cum foeminis, & immundissimis se extollere immunditiis, nostrorum adolescentium specimen est qui sunt expugnatores alienæ immunditiæ, pudicitia negligentes suæ. *Sen. in thetorica.*

e Ita viue, vt nihil tibi committas, nisi quod committere etiam inimico tuo possis. *Sen. in ep.*

f Melius probas honesta, quam sequaris. *Sene. 20. epist.*

peru

peruenire non audes.

Vide etiã in tit. Clericus. a. Cõscientia. r.
Cõuersatio & Diuitiã. l. Doctrina. b. i. Ho-
mo. y. z. a c. Lasciuia. d. e. Modestia & tem-
perantia. r. *Hospitalitas.*

*Am. cõtra a
heres. 5.*

Disce, christiane sine discretione ex-
hibere hospitalitatem, ne fortè cui
domum clauferis, cui humanitatem nega-
ueris ipse sit Deus.

Ibidem. b Obsecutus Loth angelis tanq̃ peregrini-
nis cõsuetudine hospitalitatis, liberatus à
periculo ciuitatis, & tẽporale euasit incen-
dium, & æternum cõsecutus est præmium.

*Ambr. de
offic.*

c Tãta est apud Deũ hospitalitatis gratia,
vt ne potus qdẽ aquæ frigide à premiis re-
munerationis immunis sit. Vides q̃a Abra-
hã Deũ recepit hospicio, dũ hospites q̃rit,
vides quia Loth angelos recepit: vnde scis
an & tu quum suscipis hominem, suscipias
x̃pm, licet in hospite x̃ps sit: quia christus
in paupere est, sicut ipse ait: Hospes fui. & c.

Ibidem. d Est publica species humanitatis, vt pe-
regrinus in hospicio non egeat: suscipitur
officiosè, pateat aduenienti ianua.

*Am. in suo
pust. sup.
illud ad
Tit. 1. Ho
pitalita.*

e Vt humanitatis intuitu hospicio reci-
piat nō habentes hospiciũ, & egenum si-
ne reãto inducat in domũ suam: nec solus
deuoret bona Christi, quæ ei largita sunt
bonitate Christi, vt cum hilarem datorem
dili

diligat Christus, sine murmure tribuat pauperibus Christi.

f Hospes per famam eligendus est populi: & iudicio vitiorum: ne predicationis dignitas suscipientis infamia deturpetur. *Hic. super Mat. 10.*

g Qualem mercedem habet qui propter Deum peregrinatur, talem habet qui suscipit peregrinantem. & fiunt ambo æquales, & qui propter Deum refrigerat, & qui propter Deum laborat. *Chry. sup. Mat. 11.*

h Socrates cum hospites suo satis tenui cœna susciperet, & amicus eius hoc ei improperaret, respondit: Si boni viri sunt, æquanimiter ferent. si mali, non curabunt. Si res tua tibi non sufficit, tu parcendo fac, ut rei sufficiat tua. *Seneca.*

Vide etiam in *ti. Sapia. g. christiana. c.* *Humilitas.*

a **D**iscite à me non mūdum fabricare, non cuncta visibilia & inuisibilia creare: non in ipso mundo miracula facere, & mortuos suscitare: sed quòd mitis sum & humilis corde. Cogitas magnam constituere fabricam celsitudinis, de fundamento prius cogita humilitatis. *Au. de verbis dom.*

b Omnes delectat celsitudo, sed humilitas gradus est. Quid tendis pedem ultra te? cadere vis, non ascendere. à gradu incipe & ascendisti. *Ibidem.*

Ibidem. c O medicinā omnibus cōsulentem, oīa tumentia cōprimētē, oīa tabescentia reficientē, omnia superflua refecātē, omnia deprauata corrigētē! quæ superbia sanari potest: si humilitate filij Dei nō sanatur? Quæ auaritia sanari potest, si paupertate filij Dei non sanatur? Quæ iracundia sanari potest, si patientia filij Dei non sanatur?

Am. in ep. ad Dioscorum. d Non aliā tibi ad capescendā & obtinendā veritatis viā inuenias, quā quæ mōstrata est ab illo, qui gressuum nostrorum tanquam Deus vidit infirmitatem. Ea autē prima est humilitas, & quoties interrogares, secunda humilitas, & tertia humilitas, & quoties hoc interrogares, dicerem: alludes dicto cuiusdam petentis à quodā philosopho, quod esset melius in rhetorica, respondit: prima eloquentia, secunda eloquentia, tertia eloquentia. & sic &c.

Am. super Ioānem. e Excelsa est patria, humilis est via. ergo qui querit patriam, quid recusat viam?

Am. super Luc. li. 7. f Qui paupertate cōrētus est, nō est cōtentus iniuria: & q̄ pōt ferre verberū pœnas, exagitur verbo cōtumeliæ: & qui potest administrationes contēnere, dolet sibi aliquē honorificētia esse prelatū. Grāde est in hominibus tenere humilitatis mensuram.

Ibidem. g Bona humilitas nihil appetendo, totum quod contemnit adipiscitur.

h Nihil excellius humilitate, quæ quasi *Ibidem*
semper superior nescit extolli: quia nemo
id affectat, quod infra se iudicat.

i Quisquis cupit diuinitatis tenere fasti- *Am. 1. quæ*
gia, humilitatis ima secretur. *dam ser.* Quicumque
vult fratrem præuenire regnando, prius illum
præueniat obsequendo: sicut ait Apostolus,
honore inuicem præueniētes. Vincat eum offi-
ciis: ut possit vincere sanctitate. Si enim te
non læsit frater, obsequium meretur, ut dili-
gas. Quod si forsitan læsit, magis obsequium
meretur, ut vincas. Hæc enim nostræ chri-
stianitatis summa est, ut amantibus vicif-
situdinē, lædētibus patientiā rependamus.
Qui erga fuerit patientior ad iniuriam, is
potentior constituetur in regno.

k Non inducta humilitas, sed quæ habeat *Amb. l. de*
sui modestiā & sciētiam, laudatur. Scio hu- *officiis.*
miliari: id est in quo loco, qua moderatio-
ne, quo fine, in quo officio, in quo munere.
nesciuit Phariseus humiliari: ideo deiectus est,

l Nihil est quod nos ita & hoībus gratos *Hiero. ad*
& Deo faciat, quæ si vitæ merito, non magna *Celantiā.*
sed humilitate infimi sumus. Humilitatem
sequere, non quæ ostenditur, aut simulatur
gestu corporis, aut fracta voce verborum,
sed quæ puro cordis affectu exprimitur.
Aliud enim est virtutē habere: aliud virtu-
tis similitudinē. Multo illa deformior est.

superbia, quæ sub quibusdam humilitatis signis latet. nescio enim quomodo turpia sunt vitia, quum virtutum specie celantur.

Hic super in Humilitas sola est obseruatrice custos
Mat. 19. que, & nihil est, quod ira Deo gratum faciat & hominibus, quã si vitæ merito non magni, sed humilitate infirmi videamur.

Gre. 1. 18. in Tãtò sit quisque utilior Deo, quantò
moral. pretiosior sibi, tanto pretiosior Deo, quantò propter eum vilior sibi.

Greg. lib. o Quum per tentationẽ humilitas pro
26. mora. spicit, prospera est illa aduersitas, quæ mentem ab elatione custodit.

Greg. lib. p Quia origo virtutis humilitas est, illa
27. mora. in nobis virtus veraciter pullulat, q̄ in radice propria, i. in humilitate p̄durat: à qua nimirũ, si abscinditur, arescit: quia viuificantẽ se in infimis humorẽ charitatis perdit.

Greg. ho. q Qui sine humilitate virtutes congregat, quasi in ventum puluerem portat.

Greg. ho. r Certè si nos cuiuspiam seruus rogaret,
27. vt ad eum ire deberemus protinus nobis nra supbia in cogitatione tacita responderet dicẽs: nõ eas, quia temeripsum degeneras. honor tuus despicitur, locus vilescit. Ecce de cœlo venit, qui seruo in terra occurrere non despicit, & tamẽ humiliari in

Gre. super terra contemnimus, qui de terra sumus,
Ezechie. s Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni

n̄. aliter olet flos vuar: quia magna est virtus eius: & opulens prædicatorū, q̄ inebriat mētes audientiū. aliter flos oliuæ, quia suave est opus misericordiæ, quæ refouet & lucet, aliter flos rosæ quia myrrha est fragrans, quæ rutilat & redolet ex cruore martyrum. aliter flos lilij, quia candida vita carnis de incorruptione virginitatis: aliter flos violæ, quia virtus humilium, qui vltima loca tenentes, se à terra in altum non subleuant, & caelestis regni purpuram in mente seruāt. aliter redolet spica, quum ad maturitatem producitur, quia bonorum operum perfectio societatem eorum, qui esuriunt iustitiam, præparat.

t Humilitas vera est, qua quis de se parua æstimat, & bona alterius sine inuidia & liuore commendat. *Gregori.*

v Describitur Iob tentatus, sed non tentatione prostratus, vt & maiorem virtus spem nostram foueat, & maiorum casus ad cautelam nos humilitatis attingat. quatenus dum illa gaudentes subleuant, ista metuentes premant. *Gre. in mor.*

x Quisquis nunc sponte se nō humiliat, nequaquam hunc sequens gloria exultat. *Gre. li. 8. moral.*

y Perit omne, quod agitur, si non in humilitate custoditur. *Ibidem. Ber. de 12.*

z Humilitas est virtus, qua humo veris- *gra. hum.*

fima sui cognitione sibimetipsi vilefcit.

*Per. super
Miss^o est.*

a b Non magnum est esse humilem in
abiectione. magna prorsus & rara virtus
humilitas honorata.

Ibidem.

a c Gloriosa res humilitas, qua ipsa quo-
que supbia palliare se appetit, ne vilefcit.

Ber. in ep.

a d Cùm ex aliis quibuscũque bonis, ca-
pere soleat incrementum superbia, sola
humilitas omnium propugnaculum, tur-
risque virtutum, eius forsitan resistit mali-
tia, obuiat præsumptioni.

Ibidem.

a e Bona humilitas, quæ & impræsenti
ab huiusmodi mordacibus curis mentem
facit quietam: & à minacibus pœnis in fu-
turo securam reddit conscientiam. Humi-
liatio via est ad humilitatem: sicut pacien-
tia ad pacem, sicut lectio ad scientiam. Si
ergo virtutem appetis humilitatis, viam
non refugias humiliationis. Solus, qui ve-
rè humilis est, parcit animæ suæ: qui ne pu-
tetur, quod non est, semper, quantum in se
est, vult nesciri, quod est.

Ber. su. cã.

a f Humilis debet esse & verecunda sa-
tisfactio, qua emendatur superba trãsgres-
sio. nec sterilis verecũdia grata est, nec hu-
militas præter veritatem illaudabilis est.

Ber. ibidẽ.

a g Oportet humiliter sentire de se nitẽ-
rẽ ad altiora: ne dũ supra se attollitur, ca-
dat à se. nisi in se firmiter p verã humilita-
tem

tem fuerit solidatus, quia nisi humilitatis merito maxima minime obtinentur.

a h Quum te humiliatum videris, habeto illud signum in bonū oīno argumētuna gratiæ propinquātis. Alij cū rācore humiliantur, alij patiēter, alij & libenter. primi rei sunt, sequentes innoxij, vltimi iusti.

Ibidem.

a i Est humilitas, quā veritas nobis parit & nō habet calorem. & est humilitas, quā charitas format, & inflammac. hęc quidem in affectu, illa in cogitatione cōsistit. In eo, qui grauiter peccauit, & si amanda, nō tamen admiranda humilitas. Sed si quis innocentiam retinet, & nihilominus humilitatem iungit, nōne is tibi videtur geminum animæ possidere decorem? Rara avis in terris, aut sanctitatem non perdere: aut humilitatem sanctimonia non excludi. & ideo beata, quæ vtranque retinuit.

*Ber. super
c. 3. ser. 45.*

a k Fode in te fundamentū humilitatis, & peruenies ad fastigium charitatis. Vis capere celsitudinem Dei? cape prius humilitatem Christi. Sola est virtus humilitatis, reparatio læsæ charitatis.

Ber. in ep.

a l Nulla splēdidior gēma in omni præcipuè ornatu summi Pontificis, quàm humilitas. nempe si amittitur, illa virtutum aggregatio non nisi ruina est.

Ibidem.

a m Sola, quæ nō solet gloriari nō nouit

*Bern. in
epi. 42.*

præsumere: cōtendere non consuevit: gratiā inuentura est in oculis pietatis humilitas. non contendit iudicio: non præten- dit iustitiam, quæ verè humilis est.

Chr. sup. Ma. ho. 3. a n Velle eē sup oēs, vitupabile est: susti- nere aut alterū super se, nimis gloriosum.

Cbrysos. a o Qui humilis est corde, & indigno- ré se aliis arbitratur, nunquā desiderat su- perior apparere. primatus enim fugien- tem desiderat, desiderantem se horret.

Chr. i suo polierati cio. lib. 4. a p Quisquis gradus propriæ celsitudi- nis amat, humilitatis cultum in moribus diligentissimè teneat. Nam qui ab humi- litatis operibus recedit, à dignitatis fasti- gio tumoris pondere cadit.

Hug. li. 3. de clar. stro ani. a q Discite à me, quia mitis sum & humi- lis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Ecce mel humilitatis, cū dulcedine mansueti linis: sicut enim mel concordat in cōfectionibus medicinæ cū omnib⁹ di- uer⁹itatib⁹ specierū: sic ex humilitatis dul- ce line cōstuntur omnia genera virtutum.

Hugo. a r Humilitas est ex intuitu propriæ conditionis, voluntaria mentis inclinatio.

Joā. Cass. lib. 12. de spiritu su- perbia. a s Nullo modo poterit in aīa nra virtu- tū structura cōsurgere, nisi prius iacta fue- rint veræ humilitatis in corde nro funda- menta quò firmissimè collocata perfectio- nis & charitatis culmen valeant sustinere.

Vera

a t Vera discretio nō nisi vera humilitate acquiritur. Hæc erit prima probatio si vniuersa nō solū q̄ agenda sunt, sed etiam quæ cogitantur, referantur seniorū examini: vt nihil qui suo iudicio credens, illorū per omnia definitionibus acquiescat, & quod bonum, vel malum debeat iudicare, eorum traditione cognoscat.

a v Humilitas in paupere grata est, in diuite gloriosa, humilitas inter inimicos blāda: superbia verò inter amicos ingrata. Blanda est & officiosa semper humilitas, in amicitiiis grata: in cōtumeliis otiosa, non extollitur prosperis; non mutatur aduersis, non extorquet seruitium, non requirit voces adulantium, nisi quàm se laudatione nouit indignum.

a x Tria sunt, quæ radicata nutriunt humilitatem, scilicet assiduitas subiectionis, consideratio propriæ fragilitatis, & consideratio rei melioris.

a y Eubescant elati: vbi credunt locum habere superbiam, cū cœlum & terrā ab humilitate videant occupatam.

a z Per humilitatē mēbra Christi sciunt diaboli vicisse superbiam. Per hanc fideles supra regna proficiunt. per hanc superbia tyrannica superatur. per hanc in æternum martyres coronantur: nec potest dici

In collationibus patrum collatione. Moyse.

Valerius episcopus in quodā sermone.

Basilii in hexame.

Cassi. sup illud psal. & hu. respic.

Cassi. sup illud psal. Humiliatus sū vsquequaq̄.

perfectus, qui hac virtute est priuatus.

Vide etiã in tit. Confessio. i. Conscientia. i. Cõsideratio & Contemplatio. b. Correctio. q. a r. Exemplũ. a c. Honor. k. Iustitia. i. Iuuentus. b. Laus. l. Maria. a l. Modestia. h. Paupertas. t. Periculum. s. Prædicator. a o. Prælatio. a r. Sapientia. a. o. Superbia. i. a k. b a. Voluntas. a h.

Iactantia.

Angu. de ser. domini & morte. **A** Nimaduertendum est, non solum rerũ corporearũ nitore atque pompa, sed etiam in ipsis sordibus lutuosis esse posse iactantiam, & eò periculosiorem, quò sub specie seruitutis Dei decipit.

An. 12. de ciuit. Dei. **b** Iactantia nõ est vitium laudis humanæ, sed vitium animæ perversæ amãtis humanã laudem, spreto testimonio conscientiæ.

Greg. in morali. **c** Hostes ad rapinam prouocat, qui suas eorum notitiæ diuitias denudat.

Chr. sup. Matth. **d** Si vis sublime ostendere virtutis, noli sapere sublime, & tunc illud, quod egeris, esse monstrabis excelsius. Noli te putare quicquam fecisse, quum feceris, & plenissimè cuncta fecisti.

Isi. de sũ. bono li. 3. **e** Dum causa iactantiæ pauper pascitur, etiam ipsum misericordiæ opus in peccatum conuertitur.

Isi. de cõsuetudinibus. **f** Occulta, quod agis, in quantum vales, quòd si ex toto non vales, sit in animo occult

cultandi voluntas, & non erit de ostentatione vlla temeritas.

g Nihil est quod magis diminuat laudis præconium, q̄ suos a sibi iactare. successus, & singulis diebus anni videri diē vnū. Legitur de Mario, q̄ cū plurima fecisset egregiè, vna sui iactatione gloriam famæ perdidit. & quia sibi præsumpsit ascribere, qd̄ ex ore alieno captare debuerat, publicæ commendationis vota demeruit.

Vide etiā in tit. Cōsideratio. h. n. o. Eleemosyna. a. b. Gloria vana. h. t. y. Mors, ag. Ornatus. b. Sapientia. ag. superbia. a. q. as.

Ieiunium.

a Ieiuniū magnū & generale est, abstinere ab iniquitatib⁹ & illicitis voluntatibus seculi, quod est perfectū ieiuniū. *Augu. sup Ioannem.*

b Ieiuniū purgat mentem, subleuat sensum, carnem spiritui subiicit, cor facit cōtritum & humiliatum, concupiscentiæ nebulas dispergit, libidinum ardores extinguit: castitas verò lumen accendit. *August. in ser. de ieiunio.*

c Ieiuniū verbositatē non amat, diuitias, superfluitatem iudicat: superbiam spernit: humilitatē cōmēdat: præstat homini seipsum intelligere, quod est infirmū, & fragile. *Aug. ibid.*

d Quāuis abstineat quis certis diebus, quāuis ciborum dulcia alimenta non sumat: non tamen illius fertur acceptum ieiunium. *Am. i. ser. quadragesima.*

iunium, qui non diebus xl. ieiunat. pudet dicere, senes & aniculæ quadragesima. n. faciunt: diuites iuuenēsque non faciunt.

Amb. ibid. e Ille quadragesimā facit, qui ieiunando & vigilando ascendit ad pascha. nā sicut reliquo anno ieiunare præmiū est, ita in quadragesima nō ieiunare, peccatum est. Illa enim voluntaria sunt ieiunia, & ista necessaria: illa de arbitrio veniunt, ista de lege. ad illa inuitamur, ad ista compellimur.

Ibidem. f Qui constitutum numerum vna die manducando præterit, nō vt vnus diei violator accusatur: sed vt totius quadragesimæ transgressor arguitur.

'Ambr. de g Ieiuniū, mors culpæ, excidiū delictorū,
Elia & le remediū salutis, radix græ, fundamentū est
iuuio. castitatis: hoc gradu ad eum citius puenit.
hoc gradu antē quā in curru Elias ascendit.

Ambro. de h Ieiunij labor compensatur mentis pla
offi. cilitate, leuatur vsu, sustentatur otio, aut fallitur negotio.

Hic. super i Non sanat oculum quod calcaneo ad-
Marcum. hibetur. ieiunio passiones corporis, oratione pestes sanandæ sunt mentis.

Hiero. ad k Tārum tibi ieiuniorū impone modū,
Nepotia. quātū ferre potes. Sint tibi pura, simplicia, casta, moderata ieiunia, & non supstitiosa. Quid prodest oleo non vesci, & molestias quasdam & difficultates ciborum quærere?

l Sic debes ieiunare, vt nō palpites & re-
spirare vix possis, & comitū tuorū vel por-
teris vel traharis manib⁹, sed vt fracto cor-
poris appetitu, nec in lectione, nec in psal-
mis nec in vigiliis solito q̄ minus facias.

m Ieiunium non solū perfecta virtus,
sed ceterarū virtutum fundamentum est,
& sanctificatio & pudicitia atque pruden-
tia, sine qua nemo videbit Deum.

n Ardētes diaboli sagitte ieiuniorum &
vigiliarum frigore restringendæ sunt.

o Sint moderata & sc̄tā in oī mētis humi-
litate ieiunia, quæ ita attenuent corpus, nō
mentē eleuent, ne res humilitatis gignat
superbiam, & vitia de virtute nascantur.

p Prudenter enim Deus vult sibi seruire,
non vt nimietate debiles fiant, & post me-
dicorum suffragia requirant: temperandū
enim est: vt, si fieri potest, cœptū obsequiū
gradatim prouehatur, potiū quàm incon-
siderantia minuatur.

q Sanctificate ieiunium. Ieiuniū sancti-
ficare est, adiunctis bonis aliis, dignā Deo
carnis abstinentiam ostendere.

r Nō Deo sed sibi ieiunat, qui quæ vētri
ad tēp⁹ subtrahit, nō in opibus tribuit, sed
ventri postmodū offerenda custodit.

s Illud ieiunium Deus adprobat, vt hoc
quod tibi subtrahis, alteri largiaris: vt

vnde tua caro affligitur, inde egenis proximi caro reparatur.

Gre. ibid. t Bene ieiunat, qui alimenta corporis, quæ sunt cõmunia dona cõditoris, cū indigentibus percipit, & qui ea quæ sibi ad tẽpus subtrahit, nequaquam ventri offerenda custodit: sed pauperibus tribui.

Bern. ser. mo. 38. v Si sola gula peccauit, sola ieiunet, & sufficit. Si verò peccauerūt & mēbra cætera, cur nō ieiunēt & ipsa? Ieiunet igitur ocul⁹ à curiosis aspectibus, & omni petulãtia, vt bene humiliatus coërceatur in poenitētia, qui male liber vagabatur in culpa. Ieiunet auris nequiter pruriens, à fabulis & rumoribus, & quæcūque ociosa sunt, & ad salutem minimè pertinētia. Ieiunet lingua in detractiōe & murmuratiōe, ab inutilibus & variis atq; scurrilibus verbis, interdū quoq; ob grauitatē silētij, ab ipsiis, quæ videri poterant necessaria. Ieiunēt manus ab ociosis signis, & ab operibus omnibus, quæcunq; non sunt imperata, sed & multò magis anima ipsa ieiunet à vitiis & à propria voluntate sua. Erenim sine ieiunio hoc cætera à Domino reprobantur, sicut scriptū est: quia in diebus ieiuniorum vestrorum voluntates vestræ inueniuntur.

Ibidem. x Dignum reor aliquatenus exponere quo fructu & quemadmodum oporteat ieiua

sanare. Primum quidem, pro eo quod ab ipsis quoque licitis abstinemus, ea nobis, quæ prius cõmisimus, illicita condonantur. Quid est condonari commissa, nisi ieiunio breui ieiunia redimi sempiterna? Gehēnam enim meruimus, vbi nullus vnquam cibus est, nulla cõsolatio, nullus terminus, vbi guttam aquæ diues postulat, & accipere non meretur.

y Bonũ & salutare ieiunium, quo redimuntur æterna supplicia, dum remittuntur peccata. Non solum autem ablutio est peccatorum, sed etiam extirpatio vitiorũ. non solum obtinet veniam, sed meretur gratiam: non solum delet peccata præterita, quæ commisimus, sed etiam repellit futura, quæ committere poteramus. *Ber. ibid.*

z Ieiunium orationem, deuotionem & fiduciam donat. oratio virtutem impetrat ieiunandi, & ieiunium meretur gratiam orandi. Ieiunium orationem roborat. oratio sanctificat ieiunium, & repræsentat Domino. *Ibidem.*

a b Oratio iusti, vt ait scriptura, penetrat cœlos. Sint ergo ieiunio nostro, vt facile cœlos penetrent alæ duæ, orationis scilicet atque iustitiæ. Non est magnum, si ieiunat cum Christo, qui sessurus est ad mensam patris cum Christo. *Ibidem.*

a c Qui

*Chry. sup
Matth.* a c Qui peccat, & ieiunat, non ad gloriã
Dei ieiunat, nec se humiliat, sed suã sub-
stantiã parcit.

*Leo papa
de ieiunio
septimi mē-
sis.* a d Non culpatur infirmus, ieiuniũ sol-
uens, à quo cibos accipit pauper esuriens:
nec escã sumendo polluitur, qui eleemosy-
na in percipiendo mundatur.

Ibidem. a e Non in sola abstinentia cibi stat no-
stri summa ieiunij. haud fructuose corpo-
ri esca subtrahitur, nisi mens ab iniquita-
te reuocetur, & ab obrectatiõibus lingua
cohibeatur.

*Casa. i ad
monitiõẽ
secunda.* a f Aliis diebus ieiunare, aut remedium
aut præmiũ est, in quadragesima verò non
ieiunare, peccatũ est. Alio tẽpore qui ieiu-
nat, accipiet indulgentiam: in his diebus
qui potest, & non ieiunat, sentiet pœnam.

*Casarius
ibidem.* a g Tale ieiunium sine eleemosyna est,
quale sine oleo lucerna.

*Fulgẽtius
ad Prob.* a h Ieiuniis sic est adhibenda temperies,
vt corpus nostrũ nec saturitas excitet, nec
inedia immoderata debilitet.

*Maxi. in
natali do-
mini.* a i Ieiuniũ Christiani, egẽtis debet esse
refectio. ieiuniũ pacem debet nutrire, non
iurgia. Quale illud est autem, quòd non
vesceris carnibus & de ore tuo, omni esca
sordidiũs egre litur maledictum? Quale
est illud quòd sanctificatur venter ieiunio,
& polluitur lingua mendacio?

a k Non

a k Non tantum est ieiunij lucrū quan- *In collatio*
 tum iræ dispendium: nec tantus fructus le- *ne abbatis*
 ctione capitur, quantum detrimentum cō- *Moyfi.*
 temptu fratris incurritur.

a l Pulchrè abbas Macarius cuidam per- *In colla-*
 cunctanti, cur fame ab hora tertia pulsare- *tione Sea-*
 tur, qui in cœnobio hebdomadis integris *rapionis.*
 refectioñe sæpe contemnens nō sensisset
 efuriē, respondit: quia hīc nullus est ieiu-
 nij tui testis, qui te suis laudibus nutriat
 aut sustentet. Ibi autem digitus hominum
 & Xenodochiæ refectio saginabat.

a m Ieiuniū scimus esse Dei arcem, Chri *Pet. Rau.*
 sti castrū, murū spiritus sancti vexillum fi- *in quodā*
 dei, castitatis signum, sanctitatis trophæū. *sermo.*

a n Ieiuniū quāuis auferat vitiorum mor- *Pet. Rau.*
 bos, carnis amputet passiones, criminum *ibidem.*
 causas propellat: tamen sine misericordiæ
 vnguento, sine pietatis riuo, sine eleemo-
 synæ sumptu, perfectam salutem menti-
 bus non reponit. Ieiunium sanat vulnera
 peccatorum, sed cicatrices vulnerum sine
 misericordia non emendat.

Vide etiā in tit. Abstinētia, Caro. d. Di-
 cretio. m. n. Oratio. t. a. e. Satisfactio. d. Ser-
 uitium. f. Christus. l. *Ignorantia.*

a **M**elius est nescire, quā errare. *August.*
 melior est fidelis ignorantia,
 quā temeraria scientia.

b Pessi

Aug. ibid. b Pessimæ matris ignorantia, pessimæ
 itidem dux filia sunt: scilicet falsitas & du-
 bertas: illa miserior, ista miserabilior: ista
 pernitionior, ista molestior.

*Amb. sup
 Beati im-
 maculati.* c Ordinis ignorantia cōturbat negotiorū
 naturā, formāq; meritōrū. Statutis facere
 cōtraria, non est intelligere, sed ignorare.

Gre. 1^{mo}. d Qui enim lucem videt, scit quod de te-
 nebris æstimet. nā qui cādorēs lucis igno-
 ras, etiam obscura pro lucidis approbat.

*Gre. lib. 1.
 mora.* e Quam nostram ignorantiam cogno-
 scimus, leui' aliena onera toleramus: nū-
 quam Deus mentem deserit, qui in pecca-
 tis se veraciter cognoscit.

*Ber. super
 12. gra. hu-
 milita.* f Non est parum scire, quòd nescias. fru-
 strā sibi de infirmitate vel ignorantia blan-
 diantur, qui, vt liberiùs peccent, libenter
 ignorant vel infirmantur.

Ber. 7^o epi. g Multa sciēda nesciuntur, aut sciēdi in-
 curia, aut discendi desidā, aut inquirendi
 verecundia. & quidem huiusmodi ignorā-
 tia non habet excusationem.

*Ber. super
 cantica.* h Vtraque cognitio, Dei scilicet & tui, ti-
 bi est necessaria ad salutem. quia sicut ex
 notitia tui venit in te timor Dei, atque ex
 Dei notitia itidem amor: sic econtrā, de
 ignorantia tui, superbia: ac de Dei igno-
 rantia venit desperatio.

Elugo. i Hebetudo mētis est acutæ rationis ob-
 tusio

tusio, carnalis intemperantiæ crassis sensibus inducta.

k Tolerabilior est pœna, viuere nō posse, quàm nescire. *Seneca. in pron.*

l Nō est leuius omnino nescire, quod licet, quàm facere aliquid, quod scias non licere. *Seneca. ibid.*

Incarnatio.

a **N**on liberareretur humanū gen⁹, nisi sermo dei dignaretur esse human⁹. nā & ille homo dicitur esse huma- *Augus. de verbis apostoli.*

n⁹, qui se exhibet hominē, & maximè hospicio suscipit hominē. Si ergo human⁹ dicitur, q̄ in domo sua suscipit hominē, quā human⁹ est, qui in seipso suscipit hominē?

b Si ergo homo non periisset, filius hominis non venisset. *Ibidem.*

c O Iudæe citharā respice, vt musicum melos tonis dulcibus reddat. Tria pariter adesse videntur, ars, manus, chorda, & tamen vnus sonus auditur. ars diētat, manus tangit, chorda resonat. tria pariter operantur. sed sola chorda resonat, nec ars, nec manus sonum reddunt. sed cum chorda pariter operantur. Sic nec pater, nec spiritus sanctus susceperunt carnem: & tamen cum filio pariter operantur. Sonum sola chorda excutit: carnē solus Christus accepit. operatio tribus constat. Sed quomodo pertinet ad solam chordam soni redditio

Augus. de incarnatione domini contra Iud.

rio, sic pertinet ad solum Christum carnis humanæ susceptio.

Ibidem. d Dicit mihi iudæus incredulus, quem admodum arida virga fronduit, & floruit, & nuces protulit, & ego dicā illi, quomodo Virgo concepit, & peperit. Sed profecto Iudæus nec virgæ poterit explicare cōceptum: nec ego Virginis partum.

Aug. cōtra Fast. e Formam viri assumentis & de fœmina nascendo, verumque sexum hoc modo honorandum indicauit.

Aug. in 2. epi. ad Voluntianū. f Si ratio queritur, non erit mirabile, si exemplū poscitur, non erit singulare. deumus Deum aliquid posse, quod nos fateamur inuestigare non posse. In talibus rebus tota ratio facti est potentia facientis.

Gr. ho. 39. tractās il lud e. mti corum 2. Ecce iste venit sa- g Vultis, inquit, eius saltus agnoscere? de cœlo venit in vterum, de vtero venit in præsepium, de præsepio venit in crucem, de cruce venit in sepulchrum, & de sepulchro rediit in cœlum.

liēs in mō tibus. h Deus pater vnicū filiū suū in vtero virginis humanæ naturæ cōiungēs, Deū ante secula sibi coæternū fieri voluit hominem

Gre. li. 2. & 1. mo. in fine seculorū: & quē sine tēpore genuit, saluandis hominibus cum tēpore ostendit.

Gre. lib 3. mor. lii. i Mediator Dei & hominum, vt culpas nostræ transgressions extingueret, venit mortalitatis nostræ flagella tollerare. & q

patri

patri æqualis est per diuinitatem, propter nos venit ad flagella per carnē, quæ nimirū flagella nō susciperet, nisi formam hominis damnati redimendo sumpsisset: & nisi primus homo delinqueret, secundus ad passionum probra minimè veniret.

k Christus in carne natus de Virgine, *Ibidem.* contagione culpæ inquinatus nō est: & tamen vitio culpæ depressus est: admissa propria non habuit, & tamen pœnam carnalium sine culpa suscepit.

l Christus mediator, &c. vt quia per ima *Greg. lib. 20. moral.* nostra longè distabamus à summis, in seipso vno, iungeret ima summis, atque ex eo nobis via redeundi fieret, in qua summis suis ima nostra copularet.

m Tria opera, tres misturas fecit, omnipotens illa maiestas in assumptione nostræ *Bern. sermo. 10.* carnis, ita mirabiliter singularia, & singulariter mirabilia, vt talia nec facta sint, nec facienda ampliùs super terram. Coniuncta quidem sunt ad inuicē, Deus & homo, mater & virgo, fides & cor humanum. Verbū enim anima & caro in vnā cōuenēre personā. & hæc tria vnum, & hoc vnū tria sunt: nec in cōfusione substantiæ, sed in vnitae personæ. Hæc est prima & superexcellens mistura. Secunda, est virgo & mater vtique & admirabilis & singularis, à seculo nō est:

21. sit im, quòd virgo esset, quæ peperit, & mater esset, quæ virgo permanit. Tertia est, fides & cor humanum, & hæc quidem inferior, sed non minùs fortitâ fortis. Mirum enim quomodo cor humanû his duobus fidem accommodavit, quomodo credi potuit, quòd Deus homo esset, quòd virgo fuerit, quæ peperisset? Sicut ferrum & tellus iungi nō possunt, sic hæc duo nequeūt commisceri, si nō misceat glutinû spiritus scilicet Dei, & hæc quidē mistura excellēs, secūda excellentior, sed tertia excellentissima.

Bern. ser.
22. n. Quantitate fecit Deus ex his, quæ pro te factus est, agnosce: vt adpareat tibi benignitas eius in humanitate. Quantò enim minorē se fecit in humilitate, tantò maiorem exhibuit in bonitate: & quātò pro me vilior, tantò mihi charior. Aduerte homo, quia limus es: & non sis superbus, & quia Deo iunctus es, non sis ingratus.

*Bern. ad
mi. templi
in ser.* o Venit medicus ad ægrotos, redēptor ad
venditos, ad errantes via, ad mortuos vita.
*Ber. i qua
dam epi.* p Nemo hominum nouit, nec noscere
potest ad plenum, quid boni ad gratiã, quid
congruentiæ ad sapientiam, quid decoris
ad gloriam, quid commodi ad salutem, pe-
nes seipsam cōtineat huius venerandi my-
sterij, scilicet humanæ redemptionis in-
scrutabilis altitudo.

q Scio quòd caro verbum factum est, & *Chryso. in*
 quomodo factum sit, nescio. iam, quia ego *hom. 5.*
 nescio, omnis creatura ignorat,

r Salua proprietate vtriusq; substantiæ & *Leo papa*
 in vnâ coeunte personâ, suscipitur à maie- *in ser.*
 state humilitas, à virtute infirmitas, ab eter-
 nitate mortalitas, & ad rependēdum con-
 ditionis nostræ debitū. Nā inuiolabilis na-
 tura est vnita passibili, Deusque verus ho-
 mo verus in vnitate domini temperatur: vt
 cō nostris remediis cōgruebat, vnus atque
 idem Dei & hominū mediator mori pos-
 set ex vno, & resurgere posset ex altero.

f Vbi incarnatio hoc facienda contulit *Leo papa*
 quod facta, & sacramentum salutis huma- *ibidem.*
 næ in nulla vnquam antiquitate cessauit:
 quod prædicauerunt Apostoli, hoc annun-
 tiauerunt prophetæ. nec serò est impletū,
 quod semper est creditum. nec minùs ade-
 pti sunt, qui in illud crediderunt promif-
 sum, quàm qui susceperunt donatum.

t Tempus restorationis, est incarnatio *Hugo in*
 Verbi, cum omnibus sacramentis suis ab *lib. de sa-*
 initio seculi, & quæ sequuntur. *cramētis.*

v Nulla causa veniendi fuit, nisi peccato- *Hugo. ibi*
 res saluos facere. Tolle morbos, tolle vul-
 nera. & nulla causa est medicinæ.

Vide etiam in rit. Aduentus, & Amor, n.
 Angelus, l. Ascensio, l, v. Humilitas, l, q.

Maria, f, f, a c, a m. Necessitas, c, g, h, q.

Infernus.

*Augu. de
Gen. li. 8.*

Melius est dubitare de occultis, quã
litigare de incertis. Illũ quippe di
uitem in ardore pœnarũ, & illũ pauperem
in refrigerio gaudiorum esse intelligẽdos
non dubito. Sed quomodo intelligẽda sit
illa flamma inferni, ille sinus Abraham, illa
diuitis lingua, ille digitus pauperis, illa si
tis tormenti, illa stilla refrigerij, vix for
tasse à mansuetè quærentibus, contentiosè
autem certantibus nunquam inuenitur.

August.

b Neque enim fatigare nos debet incer
ta eorum pulchritudo, quorum erit certa
& sempiterna damnatio.

*Augu. de
fide ad Pe
trum.*

c In inferno etsi erit stimulus pœnitendi
nis, nulla tñ ibi erit correctio voluntatis, à
q̃b^o ita culpabitur iniquitas sua, vt nullaten^o
ab eis possit diligi, vel desiderari iustitia.

*Augu. de
cura pro
mortuis
habenda.*

d Ita diuiti illi, qui apud inferos torque
batur, fuit cura de viuis, quanuis quid age
rent, omnino nesciret: quemadmodum est
nobis cura de mortuis, quãuis quid agant,
vtique nesciamus.

*Greg. lib.
9. moral.*

e Illa vltrix flamma vitiorum cõcrema
tionem, & lumen nõ habet: quia quo illos
gehennæ flamma deuorat, à visione veri
luminis cæcat, vt foras eos dolor combu
stionis cruciet: & intus pœna cæcitatatis ob
scuret

scuret

sciret, quatenus qui auctori suo corpore & corde deliquerunt, simul corde & corpore puniantur. & utrobique pœnas sentiant: qui dum hîc viuerent, prauis suis delectationibus ex utroque seruiebant.

f Vnus gehennæ ignis credendus est, sed *Grego. 4.* non vno modo omnes cruciat peccatores. *Dialog.* Vnius cuiusque enim quantum exigit culpa, tantum illic sentiet pœnam.

g Gehennæ ignis cum sit corporeus, ut in *Greg. 20.* semissos reprobos corporaliter exurat, nec *moral.* studio humano succeditur, nec lignis nutritur: sed creat⁹ semel durat inextinguibilis, & succésiõe nō indiget, & ardore nō caret.

h Quisquis ad toleranda inferni mala *Grego. 9.* descendit, nequaquam ulterius ad lucem *moral.* redibit: quia nequaquam ultrà misericordia parentis liberat, quos semel in locis pœnalibus iustitia iudicantis damnat.

i Tunc edax flamma comburit, quos nūc *Greg. ibi.* carnalis delectatio polluit: tunc infinitum patens inferni barathrum deuorat, quos inanis elatio nunc exaltat, atque qui olim ex vitio voluntatem hîc callidi persuasoris expleuerunt, tunc eum duce suo reprobî ad tormenta perueniunt.

k Iuxta modum culpæ pœna distinguitur, & secūdū modū criminis, vnusquisque *Greg. lib. 20. mora.* damnatus in inferni igne cruciabitur.

Greg. lib. 4. dialog. ¶ Sicut in hoc mundo multi sub vno Sole cōsistūt: nec tamen eiusdē Solis equanimiter ardorem sentiūt: quia alius plus æstuat, alius autem minūs: ita illic in vno igne nō vnus est modus incēdij, quia qđ hīc diuersitas corporum, hoc illic agit diuersitas peccatorum, vt & ignē nō dissimilem habeāt, & tamē eisdē singulos dissimiliter exurat.

Greg. sup. per illud Matt. 8. Eiciētur in tenebras. &c. ¶ In Eiciētur in tenebras exteriores, vt illic dentes strideant, qui hīc de edacitate gaulebant. Nam fletus de ardore, stridor solet excitari de frigore. ibi duplex ostenditur esse gehenna, scilicet nimij frigoris, & intolerabilis feruoris.

Ibidem. ¶ In inferno erit frigus intolerabile, ignis inextinguibilis, vermis immortalis fætor intolerabilis, tenebræ palpabiles, flagella cædentium, horrida visio dæmonum, confusio peccatorum, desperatio omnium bonorū. Erit enim miseris mors sine morte, defectus sine defectu: quia mors ibi semper incipit, & deficere nescit.

Ber. 7. quo dam ser. ¶ Ibi clamabit pilosus ad pilosum, vnus ad alium, dæmon ad dæmonem: Percute, dilacera, interfice, velociter spolia detrahe, citò prædare, infer prunas, & ebullientibus impone lebetibus.

Ber. ibid. ¶ Prius benedicti vocabūtur in regnum, quā in maledicti in caminū ignis deliciantur

erunt aeterni, quo videlicet acrius doleant videntes, quid amiserint: & iusti videbunt & letabuntur considerantes, quid euaserint. q Ibi erit fletus & stridor dentium, fletus quidem ob ignē, qui non extinguitur, stridor ob vermen, qui non moritur, planē fletus ex dolore, stridor dentium ex furore.

r Intolerabilis res est gehenna: quis nesciat illud supplicium horribile? tamen si mile aliquis ponat gehennas, nihil est tale dicturus, quale est à beatæ illius gloriæ honore propelli, exorsum esse Christo & audire ab illo, Non noui vos.

f Ignis gehennæ lucebit miseris ad augmentum, vt videant, vnde doleant: & non ad consolationē, ne videāt, vnde gaudeant.

r Infernus, lacus est sine mēsurā, profundus sine fundo, plenus ardore incomparabili, plenus fœtore intolerabili, plenus dolore innumerabili. ibi miseria, ibi tenebrę, ibi ordo nullus, ibi horror aeternus, ibi nulla spes boni, nulla desperatio mali.

Vide etiam in tit. Auaritia, c. Mors, Cb, a. Poena. m, n, q, x, a c, a d. *Infirmitas.*

a **Q**ui veram ostendit corporis infirmitatem, humanē tractandus est: qui autem falsam prætendit, & conuinci non potest, Deo dimittendus est.

b Corporis debilitas nimia etiam vires quadā ep.

animæ frangit, mentis quoque ingenium marcescere facit. Quicquid cum modo & temperamento sit, salutare est.

Gre. li. 4. c Considerata infirmitas propria, nobis *moral.* excusat aliena.

Hugo lib. 2. de auis. ma. d Quosdam præsciens Deus multa peccare posse, flagellat eos infirmitate corporis, ne peccent, ut eis utilius sit frangi languoribus ad salutem, quam remanere incolumes ad damnationem.

Pet. Ras. in quadã epi. e Qui tam pro libito suo viuunt, & semper sunt vegeti, quidam à regulis Hippocratis non deuiant, & assidue sunt infirmi.

Senec. 72. epi. f In oī morbo tria graua sunt: metus mortis, dolor corporis, intermissio voluptatis.

Senec. ibid. g Morieris, non quia ægrotas, sed quia viuis. Quum conualueris, nō mortem, sed valetudinem effugies.

Seneca in epi. 2. h Nihil æquè sanitatem impedit, sicut remediōrū crebra mutatio: nō cōualescit plāta, quæ sæpe trās fertur. Nihil magis ægris pdest, quàm, ab eo curari, à quo voluerint.

Sen. i epi. i Bona valetudo iocundior est eis, qui de graui morbo curati sunt, quàm qui nunquam ægro corpore fuerunt.

Seneca in proverb. k Bñ dormit, q nō sentit, q malè dormit. Vide etiā in tit. Caro, a c, a d. Consideratio, k. Dolor, d. Gaudium, e. Gratia, b. Gula, m. Medicina, & Sanitas, & Senectus, f.

Inimicitia.

a EA eleemosyna nihil est maius, quã *Augu. ho.*
 Equã ex corde dimittimus, quã in nos *Enchirid.*
 quisque peccavit. Min⁹ igit bonũ est, erga *die.*
 eũ esse benivolũ, qui tibi nihil mali fecit.
 illud multò grãdius & manifestissimẽ bo-
 nitatis est, vt tuũ quoque inimicũ diligas,
 & qui tibi malũ vult, & si p̄t, facit: tu sem-
 per ei bonum velis, faciãsq; quod possis.

b Quãdiu tibi inimic⁹ es, inimicũ habes *Augu. de.*
 sermonẽ Dei. Esto tibi amicus, & concor- *verbis de*
 das cum ipso: sicque nõ solũ nihil perdidisti, *mihi serm.*
 sed & teipsum, qui perieras, inuenisti. *mo. 1.*

c Si is, qui non relinquit parentes pro- *Ambr. sup*
 pter nomen Dei, nõ est Deo dignus: quan- *per Ecclã*
 tõ magis qui diligit eius inimicos, acce- *immacu-*
 ptus Deo esse poterit. Ipsi enim grauiores *lati.*
 inimici facti sunt.

d Virtus est coram hominibus tolerare *Grego. in*
 inimicos, sed virtus coram Deo diligere. *pastorã.*
 quia hoc solũ Deus sacrificium accipit,
 quod ante oculos eius in altari boni operis
 charitatis flamma incendit.

e Inimicos etenim Dei profecto odio *Greg. ibi.*
 odisse est, & quod facti sunt diligere, & *Perfecto*
 quod faciunt increpare. mores prauorum *odio ode-*
 premere, vitã prodesse. *ram illos.*

f Humana mens omnẽ quem inimicum *Grego. in*
 tolerat, etiam iniquum & impiũ putat. *moral.*

*Chryso. in lib. de cō-
punctione
cordis.* g Vbi amicitia permanet, nihil facile cre-
ditur, nihil facile recipitur, quo dissidium
possit operari. Si verò inimicitiaē semel
occupauerint animos, omnia quæ fiunt,
quæ dicuntur, ita accipiūtur & intelligun-
tur, vt ad maiores & longiores proficiant
inimicitias. Si quid enim boni dicatur de
inimico, non creditur. si quid autem mali,
hoc solūm creditur & confirmatur.

*Cas. super
psal. 54.
Boët. 3. de
cōsolatiōe.* h Grauisimū inimicitiaē genus, esse cor-
de aduersarios, & lingua simulare deuotos.
i Nulla pestis efficacior ad nocendum,
quàm familiaris inimicus.

*Sen. lib. 1.
de morib.* k Quid est homini inimicissimum? alter
homo. Inimicitias tardè suscipe, amicitias
moderatè exerce.

*Seneca in
proverb.* l Cum inimico nemo in gratiam citò re-
dit. de inimico ne dixeris malè, sed cogites
grauior est inimicus, qui latet in pectore,
grauius malum est omne, quod sub aspectu
latet. Inimicum vlcisci, vitam est accipere
alteram. Inimicum quāuis humilem, docti
est metuere. Inimicum cūm retineas, exire
incites. Quidam occiderūt quosdā inimi-
cos, non quia habebāt, sed quia metuebāt.

Ibidem. m Nullæ sunt occultiores insidiæ, quàm
hæ, quæ latent in simulatione officij, aut in
aliquo celsitudinis nomine. Nam eum, qui
palam est aduersarius, facilè cauēdo vitare
possis

possis, & Troianos equus idcirco fefellit,
quia formam misericordiae mentitus est.

n Sumere vindictam ex inimico, si te *Ibidem*
inimicum senserit, perdidisti. grauius ad-
uersarium securitate decipies. nocere nes-
cit, qui se velle nocere prodiderit.

Vide etiã in ti. Adulatio. e. Amicitia. h. a.
b. a. c. a. r. a. t. Dilectio. n. Diuitie. b. g. Mira-
bile. f. Odium. b. Oratio. a. n. Venia. f.

Ingenium.

a **N**ihil per aliquod ingenium ita ad-
struitur, quin ita acre ingenium e-
contra inueniat.

b Apis acriter pugit, & mel cõficit: sic in
paruo corpore anima ingeniosa, & acerri-
ma viget, & doctrinae suauitatem profert.

c Ingenij acumen, vel tarditas præmi-
um vel pœnam in futuro non collocat.

d Abscõdere talentum in terra est, acce-
ptum ingenium in terrenis actibus impli-
care, & non lucrum spirituale acquirere.

e Dum ingeniosi per negligentiam in
malis remanēt, simplices, quos ingenij pœ-
na non adiuuat, ad obtinenda regni ater-
ni mœnia, virtus operationis leuat.

f Semper in robusto & vegeto corpore
animus mollior iacet, atque tepidum cor-
& rursus in corpore debili & infirmo for-
tior viget, & promptior spiritus.

Au. in ser.
Glo. Hie.

sup. illud

Ec. II. Bre

uis in vo-

latilibus

apis. & c.

Hie. 7. epi.

Chr. su. it.

Matt. 25.

Abiēs fo-

dit in ter-

ram.

Gre. sup.

il. pro. 30.

Stellia ma-

nib⁹ nitit.

Bern. in

apologe.

*It. de sã.
bono.*

G Sicut qui tardus est ad capiendum, pro intentione tamẽ boni studij, præmium percipit: ita qui præstitum ex Deo sibi ingenium negligit, condemnationis reus existit: quia donum, quod acceperat, despicit, & per desidiã derelinquit.

Ibidem.

H Qui Dei iudicio donum scientiẽ, quia negligũt, accipiũt, vt durius de rebus creditis puniãtur: tardiores autem, ideò quòd scire cupiunt, difficulter inueniunt, vt pro maximo exercitio laboris, maximum præmium habeant retributionis.

*Sens. epi.
77.*

I Potest ingenium fortissimum ac beatissimum sub qualibet cute latere: potest ex deformi humilique corpusculo formosus animus ac magnus exire. Nõ enim deformitate corporis fœdatur animus, sed pulchritudine animi corpus ornatur.

*Se. de trã
quiritate
anmi.*

K Nullũ ingenium potest esse magnũ antequam habeat aliquid admistũ de furia.

*Pet. Rau.
in quadã
epist.*

L Nõ semper ingenij vena respondet ad votum: & quandoque dicta laudabiliora casu aliter scribenti se offerunt, quæ per studij vehementiam, & indaginem laboriosa meditationis inueniri non possunt.

*Ber. in me
ditationis
hno suis.*

M Magno cõsilio factũ est, vt post hominis casum, non ilico Dei filius mitteretur. Reliquit enim Deus primum hominẽ in libertate sua in lege naturali: vt sic vires

natur

naturæ suę cognosceret, vbi cum deficeret, legem accepit : qua data inualuit morbus, non legis vitio, sed naturæ, & ita cognita sua inimitate clamaret ad medicum & diceret: Exurge Domine, adiuua nos.

Vide etiam in ti. Exercitatio & Sobrietas. b. Studium. e. f. a. h. a. i. Vita. d.

Ingratitudo.

a Sicut boni per contumelias meliores *Gre. in* exiunt: ita semper reprobī de be- *mora.* neficio peiores fiunt.

b Ingratitudo inimica est aīę, exinanitio *Ber. super* meritorū, virtutum dispersio, beneficiorū *can.* perditio, ventus vrens, siccans fontem pietatis, rorem misericordiar, fluenta gratiæ.

c Gratiarum cessat decursus, vbi recur- *Bernar.* sus non fuerit: nec modò nil augetur in- *ser. 35.* grato, sed quod accepit, vertitur ei in perniciem: fidelis autem in modico censetur dignus munere ampliori.

d Peruersi cordis est, occasiões ingrati- *Bernar.* dinis inuestigare, nemo id facit, nisi q̄ etiā *ser. 52.* gratis est ingratus. Perēptoria res est ingrati- tudo. hostis gratiæ, inimica salutis: quoniam nihil ita displicet Deo: præsertim in filiis gratiæ: quemadmodum ingrati- tudo.

e Est superbia & delictū maximum, vti *Ber. de di* datis tanquàm inanis, & in acceptis be- *ligē. Deo.* neficiis gloriam vsurpare beneficij.

Quan

Chr. super f Quātō maiora beneficia sunt hoībus
Matt. cōstituta, tāto grauiora peccātibz iudicia.
Pet. Rau. g Nihil est quod adeo indignationem
in quadā prouocet altissimi, sicut ingratitude. ipsa
epist. est malorum prouocatio, beneficiorum
 exinanitio, meritorum exterminatio.

Plinius in h Est enim benignissimi, ut arbitror, &
ploto de pleni ingenij pudoris, fateri p quos pfece
naturali ris: obnoxij pfecto animi & felicitis inge-
historia. nij, deprehendi in furto malle, q̄ mutuū
 reddere, cum praesertim fiat ex usura fors.

Tul. de of. i Gratiarū actio est, pro gratia suscepti
 muneris nociua munerantis laudatio.

Hugo. k Gratias Deo agere est, totum Deo &
 nihil homini attribuerē.

Sene. 1. de l Ingratus est aduersus vnum benefi-
beneficiis. cium, aduersus alterum non erit. duorum
 oblitus est, tertium in memoriam eorum,
 quæ exciderunt, reducet.

Se. 48. ep. m Quidam quō plus debent, magis ode-
 runt, leue æs alienum, debitorem facit
 grauem inimicum.

Ibidem. n Quereris incidisse te in hominem in-
 gratum: si hoc periculum vitare volueris,
 nō dabis beneficia: ita ne apud alium per-
 eant, & apud te peribunt.

Ibidem. o Ingrati esse vitemus, non aliena causa,
 sed nostra. Venenū quod serpentes in alie-
 nā perniciē proferunt, sine sua cōtinent: nō

ita vitium ingratitude continetur. Torquet se ingratus & macerat: oditque accepta, quia redditurus est, & extenuat, iniurias verò dilatat atque auget.

p Quid autem est miserius, cui beneficia excidunt, hærent iniuriæ? *Ibidem.*

q Queris, quid sit, quod obliuionem nobis acceptorum faciat cupiditas accipientorum: cogitamus, non quid impetratum, sed quid petendum sit: nescimus æstimare res, de quibus non cum fama, sed cum rerum natura deliberandum est. *Ibidem.*

r Eò productus est furor, vt periculosissima res sit, beneficia in aliquem magna cōferre. nã quia putat turpe nō reddere, nō vult esse, cui reddat. habe quod accepisti, non repeto: nō exigo, profuisse tutum est. Vide etiã in ti. Beneficentia. l. n. o. a k. Cōpassio. k. Gratitude & Liberalitas. a g. malitia. b. *Iniuria.*

a **C**ontumelia est, dictis vel factis turpia inferre. *August. Am. de of.*

b Qui nō repellit à socio, si potest iniuriam: tam est in vitio, quàm ille, qui infert. *Hic. lib. 3. sup. Mat.*

c Non in Dei iniuria benigni sumus, & in nostris contumeliis exercemus odia. *Si pecca. Hic in ep.*

d Meam iniuriam patienter sustinui: impietatem cōtra Deum ferre non potui. *ad Cypr. Gre. l. 30.*

e Tunc illa vitia bene toleramus, quæ *moral.*

ex secreto menti ad mala perpetrata recurrimus. Leue quippe uidebitur, quòd iniuria percutimur, dū in actione nostra conspiciamus: quæ peius est, quàm murmuramus. Sicque fit, ut contumeliis gratia magis, quàm ira debeatur: quarum interuentu Deo iudice pœna grauior declinari posse confiditur.

Ibidem. f Gloriosius est iniuriã tacendo fugere, quàm respondendo superare: & si seruus cõuitium dicat, iustus taceat: & si infirmus iniuriam faciat, iustus sufferat: & si pauper criminetur, iustus non respondeat.

Gre. 3^{mo}. Bb. 5. g Patienter quippe illatam iniuriam tolerat, qui piè meminit, quòd fortasse adhuc ex se habeat, in quo ipse debeat tolerari, & quasi aqua ignis exinguitur, quum surgente furore animi, sua cuique ad mentem culpa reuocatur: quia erubescit peccatis non parcere, qui Deo vel proximo sepe se recolit parcenda peccasse.

Chr. sup. Match. h In propriis iniuriis patientem esse laudabile est, iniurias autem Dei dissimulare, impium est.

Chry. sup. ill. Matt. Qui dixit fratri sup. fatue. i Parua uerba multoties homicidium perpetrauerunt, & ciuitates integras euerterunt. Nunquàm parum æstimes fratrem stultum uocare, auferens ei prudentiam, & intellectum, quo homines sumus, & ab irrationabilibus distamus.

k Quicquid à quolibet hominum pas- *Chr. h. 9.*
 si fuerimus iniuste, aut remissionem acci- *sup. Mat.*
 piemus omnium peccatorum: aut si tantà
 in nobis delicta non fuerint, clarioribus
 honorabimur coronis.

l Si vindicare vis, sile: & funestam ei de- *Chry. su-*
 disti plagam. *per Mat.*

m Dilcimus exēplo Christi nostras ini- *Ibidem.*
 urias magnanimiter sustinere: Dei autem
 iniurias nec vsque ad auditum sufferre. nā
 si iniuriis propriis patientiam tenere lau-
 dabile est: iniurias autem Dei patienter
 sustinere, nimis impium est.

n Iniuria ē, verbo vel factō cū aliquo iu- *Isid. in sy.*
 ste agere: ex p̄bare est in faciē maledicere.

o Grauiſſimum genus iniuriæ est, vs- *Chry. sup.*
 que ad pedem contumeliæ peruenire. *illud psal.*

p Nescio q̄s nostrū possit implere, vt la- *Conulca*
 ceretur opprobriis fama nostra, & exulte- *uerunt.*

mus in dño. Eleganter enim in quodā vo- *Raba. su.*
 lumine legimus, quòd si non quaras glo *il. Mat. 5.*

riā, tamen dolebis, quum inglorius fueris. *Gaudete*

q Ultra felicitatem constat esse victo- *& exult.*
 rię, inimicum saluum fecisse, nec iniuriam *Valerius*
 vindicasse. *epi. i quo*

r In omni iniuria multū interest, vtrum *dā ser.*
 perturbatione animi, an consultè fiat Per- *Tul. r̄the*

turbatio plerunque breuis est, & ad tēpus: *thorica.*
 idē leuiora sunt, quæ repētino motu acci-

dunt, quã ea, quæ præmeditata inferuntur.

Ibidem. f Viadicatio est, p quã vis, aut iniuria & omnino qcqd obscurũ aut ignominiosum est, defendendo aut vlciscẽdo propulsatur.

Tul. de of. t Qui non defendit, nec obsistit iniurię, si potest, tam est in vitio, quàm si parentes, aut amicos, aut patriam deserat.

Tul. de amicicia. v Turpe est maximè homini virtuoso refricare iniurias, & odiorum sopitas cineres denuo suscitare.

Se. in pro. x Memoria beneficiorum fragilis, iniuriarum tenax.

Se. in pro. philosoph. y Iniuria iniustè irrogata eius infamia est, qui fecit.

Ibidem. z Viri boni est scire pati, nec facere iniuriam.

Ibidem. a b Difficile est iniuriam conuenire cum patientia.

Ibidem. a c Duplicat dolorẽ sustinẽtis indignitas inferẽtis: intolerabilẽque fit malũ, cui⁹ autorem turpe sit cõfiteri. Solatiũ enim mali est dignitas aduersantis. duplicatur dolor, quũ ab eo, à quo nõ merueris, venit. Tantò magis iniuria est affectior, quantò proximus est, qui facit. Si aliena temere protuleris vitia, tua intempestiuè audies crimina.

Ibidem. a d Iniuriam irrogatam ait eius esse infamiam, qui fecit. discens à maledicente sibi ait: vt tu linguæ tuæ, sic ego mearum aurium sum dominus.

ac Contumeliam nec fortis potest, nec ingenius pati. Graue crimen etiam leuiter quum est dictum, nocet. Heu quam miserum est, ab illo laedi, de quo non possum credi! Iniuriarum remedium est obliuio. In calamitoso risus etiam iniuria est. Multis minatur, qui vni facit iniuriam.

Vide etiam in titu. Humilitas. e. Ira. a d. Miseria. f. Stultitia. e. Venia. a.

Innocentia.

a **I**lla est vera innocentia, quae nec ini-
mico nocet.

*Au. super
psal.*

b Vera innocentia est, vbi integritas sine peccato, venditio est sine debito, flagellum sine merito.

*Au. super
psal. 38.*

c Quis est innocens? qui cum aliis non nocet, nec sibi nocet. Qui enim & sibi nocet, non est innocens.

August.

d Innocentia & integritas leui sorde violatur aspersa, & gratiae suae munus amittit.

*Ambr. in
Hexam.*

e Sicut paruulus non perseverat in iracundia, non laesus meminit: non videns pulchram mulierem delectatur: non aliud cogitat, & aliud loquitur: sic & nos, nisi talem habuerimus innocentiam, & animi puritatem, regna caelorum non poterimus intrare.

*Hic. su. illud
Matt.*

*Quicumque
humiliauerit se sicut
paruulus.*

f Innocens inter ipsa tormeta fruitur conscientiae bono, & inter malignitates quae de poena metuit, de innocentia gloriatur.

*Hic. ad
Demetria
dem.*

Ber. su. cā. g Immediocris est titulus virtutis, inter
p r a u o s viuere bene: & inter malignātes in-
nocētiæ retinere cādorē, & morū lenitatē.

Chr. i. bo. h Gaude de innocentia, & exulta: gaude
in q̄: q̄a vbiq̄e illæsa est, vbiq̄e secura. Si
rētaris, p̄ficis: si humiliaris, erigeris: si pu-
gnas, vincis: si occideris, coronaris. Tu in
feruitute libera es, in piculo tuta, in custo-
dia læta: tibi oīs reatus adiicitur: tibi vni-
uersa militia subiugatur: te potentes ho-
norant: suscipiunt principes: magnates ex-
quirunt, & illi nō nunquā te deūderant.
qui impugnāt. Tibi boni parent, mali in-
uident, zelant æmuli, inimici succumbunt,
nec vnquā poteris victrix nō esse, etiam
si inter homines iudex iustus defuerit.

Hugo. i Puritas innocentie conseruata, fons
est, & origo omnis scientie & virtutis.

Tul. de of. k Innocentia, est puritas animi, omnem
iniurie illationem abhorrens.

Se. in pro. l Triūphus innocētiæ est, nō peccare, vbi
liceat: in quem plus potes peccare define.

Ibidem. m In malis sperare bonum, nisi inno-
cens, nemo solet.

Vide etiam in tit. Conscientia. m. r. Con-
uersatio. m. Honestas. b. Sollicitudo. a. f.

Instabilitas.

August. a **I** Am quisque nostrū bonū opus suscipe,
I agere, implere nunc scit, nunc nescit:
nunc

nunc delectatur, vt nouerit nō suę facultatis, sed diuini muneris esse. Vel quòd scit vel quòd delectatur, & sic ab elationis vanitate sanetur: & sciat q̄ verò non de ista terra, sed spiritualiter dictū sit: Dominus dabit benignitatem. & terra nostra &c.

b Tantò autem magis delectat opus bonum, quantò magis diligitur Deus, summum atque incommutabile bonum. *Augu. de peccatorū meritis et*

c Tria sunt, quæ vagam mentem stabilem faciunt, vigilia, meditatio & oratio: quarum assiduitas, & iugis intentio confert animæ stabilem firmitatem. *remissioe. Ioa. Cass.*

d Stabilitas est mētem fixam obtinere, nulla locorum, vel temporum varietate, in diuersa iactare. *Hugo.*

e Virest, qui contra bifformes fortunæ euentus, vniformi mentis constantia militat præmunitus. *Tullius.*

f Maximum indicium malæ mentis est fluctuatio, & inter simulationem virtutum & amorem vitiorum assidua iactatio. *Se. in pro.*

g Diuersitas est vitiū & signū vacillātis animi, ac nondum habētis vigorem suum. *Ser. in ep.*
Nemo proponit sibi, quod velit: nec si proposuit, p̄seuerat in eo, sed transilit. nec tantum mutat, sed redit: & in ea, quæ deseruit ac dānauit, reuoluitur. Quid est sapientia? semper idem velle, atque idem nolle. non

potest idē semper placere, nisi rectum. Variatur quotidie iudicium & in cōtrarium vertitur: ac plerisq; agitur vita per vsum.

*Senec. in
epist.*

h Nec peregrinatione longa, nec locorū varietatibus, tristitiam mentis gravitatēq; discuties, animum debes mutare, nō cœlū, licet vastū traieceris mare. sequuntur enim te quocūq; pueneris, vitia. Quid miraris tibi peregrinationes non prodesse, cū te circumferas? p̄mitte eadē causa, quæ expulit. Quid terrarum iuare nouitas potest? Quid cognitio vrbiū aut locorū? in irritū cedit ista iactantia. Onus animi deponēdū est. nō antea tibi vllus placebit locus. Vadis huc & illuc: nisi excutias, incidēs pondus, quod ipsa iactatione incōmodius sit: sic in via, onera immota minū vrgēt inæqualiter cōuoluta: tutius eā partē, in quā incumbere demergūt motu ipso tibi voces. agrū enim concuris, in vltimas expellis terras. magis qui veneris, quā quò, interest. Bene viuere omni loco positum est.

Sen. ibidē.

i Mutare loca, & in aliū de alio transire nolo. Frequēs migratio, instabilis est animi. Ut animū possis continere, primū corporis fugā siste: deinde plurimū remedia continuata proficiunt, sine desistere oculos tuos, sine aures assuescere senioribus verbis, quoties procefferis, aliqua, quæ
rem

remouent cupiditates, occurrent.

Vide etiam in tit. Conuersatio. a h.

Intentio.

a **Q**uod non bona intentione facis *Aug. tra-*
nō tibi proderit: quia quō fece- *ctās illud*
ris, nō quō illi euenerit, tibi imputabitur. *Mat. 6. Si*

b Si semel cor intentione corrumpitur, *lūmē quod*
sequentis actionis medietas, & terminus *in te est.*
ab hoste callido securē possiderur. quoniā *Ec.*

totam arborem sibi fructus ferre cōspicit, *Gre. i mo.*
quā veneni dente, in radice vulnerauit.

Summa cura vigilandum est, ne vel bonis
operibus seruiens mens reproba intentio-
ne polluatur.

c Humanæ aures talia verba nostra iu- *Greg. 28.*
dicant, qualia foris sonant: diuina verò iu- *moralū.*
dicia, talia foris audiuntur, qualia ex inti-
mis proferuntur.

d Omni cura seruādus est à malitiæ pul- *Ibidem.*
uere oculus cordis: ne hoc, quod in actio-
ne rectum hominibus ostendit, apud se-
metipsum per vitiū elationis intorqueat,

e Valde laboriosum est custodire, ne ma- *Gre. v. ii.*
la homo facere audeat: ne in bonis actibus *moralū.*
per intentionē titubet: & inter recta ope-
ra sinistra cogitatio illu lat.

f Sicut fabrica colūnis, colūne autē basib' *Gre. i mo.*
innitūtur: ita vita nostra in virtutibus, vir-
tute autem in intēctione intima subsistunt.

Gre. 1. m. g Tunc solum Deo vera obsequia redimus, quum eum propter amoris fiduciam non timemus, quum nos ad bona opera affectus non metus dirigit, quum malum nostræ menti non placet, non est sensus in crimine, sed affectus.

Berna. de precepto & dispensatione. h Ut interior oculus verè simplex sit, duo illi arbitror esse necessaria: charitatem in intentione, & veritatem in electione. quomodo denique simplex erit oculus, cum ignorantia veritatis eius qui bonum diligit, & malum nescius agit? huius bonus est quidem oculus, quia pius: non tamen simplex, quia cæcus. Et est qui bonum & libenter agit, & prudenter intelligit. Illius verò oculum nō immeritò simplicem dixerim: ut pote cui neutrum bonum desit: nec zelus scilicet bonus, nec scientia. is verò oculus nequā est, qui peruersus pariter & cæcus bonum agit, & malum credit.

Ber. ibid. i Bonum prorsus condemnat intentio praua: & non penitus excusat recta.

Ber. de cōsil. k Sicut oculum simplicem duo ista faciunt bona: amor boni, & cognitio Dei, sic nequam oculum duo è regione mala constituunt: cæcitas, qua fit, ut veritatem non agnoscat: & peruersitas, qua fit, ut diligat iniquitatem.

Chr. 1. tra l Causa actum poterit decorare, si aut
necess

necessitate subsistat, aut utilitate vigeat, *Statu de*
 aut honestate splendescat, aut cum affectu *ymb.*
 mentis tota valeat substantia operis tole-
 rari. opus non ex se, sed ex causa fit crimē:
 nec aliqua virtutis ostentatione clarescit,
 cui voluptas originem præbet.

m Nihil interest quo animo facias, quod *Sen. de mo*
 vitiosum est fecisse, quia facta cernuntur, *ribus.*
 animis verò non viderur. Nulla enim laus
 est non facere, quod facere non possis.

Vide etiã in tit. Cor. h. Eleemosyna. b. y.
 af. Excusatio. c. Exemplum. i. lactantia. e. f.
 Hypocrisis. m. bf. Loquacitas. n. Nocumē-
 tem. t. Relinquere. p. *Invidia.*

a **I**nvidia est filia superbiæ: sed ista ma- *Augus. de*
 ter superbia nescit esse sterilis: vbi *verbis do*
 fuerit, continuò parit: suffoca matrem, & *mini sup*
 non erit filia. *Matth.*

b Invidia vitium diabolicum, quo solo *Augu. li. i.*
 diabolus reus est & inexpliabiliter reus. *de doctri-*
 Non em̄ diabolo dicitur, vt dānetur, adul- *na chri-*
 terium commisisti: furtū fecisti: villā alie- *stiana.*
 nam rapuisti: sed homini stanti inuidisti.

c Tolle inuidiã, & tuum est quod habeo: *Au. super*
 tollam inuidiã, & meum est quod habes. *Ioannem.*

d Invidia est odium alienæ felicitatis, *Augus. in*
 respectu superiorū, quia eis non æquatur: *quodã ser.*
 respectu inferiorum, ne sibi æquentur: re-
 spectu parium: quia sibi æquantur. Vnde

Cain inuidit Abel prosperitati, Rachel Liæ fœcunditati, Saul Daud felicitati. Per inuidiam procuratus est lapsus mundi, & mors Christi.

Hic. i. epi. ad Deme. e Oro te, quid inuido delectationis præstat inuidia? quem secretis quibusdam conscientia vngulis liuor ipse discerpit: & alienam felicitatem tormentum facit?

Gre. lib. 5. moralium. f Paruulus est, qui inuidia occiditur: quia nisi ipse inferior existeret, de bono alterius non doleret: sed inter hæc sciendum est, quod quicquid per omne vitium, quod perpetratur humano cordi, antiqui hostis viis infunditur. In hac tamē nequitia sua tota viscera serpens commouit, & imprimenda malitię pestem vomuit.

Greg. 32. moralium. g Euenire plerumque solet, ut non amissa charitate, etiã inimici ruina nos lætificet: & rursus eius gloria, sine inuidiæ culpa contristet: quia per hoc quosdam bene erigi credimus, & proficiente illos plerumque iniuste opprimi formidamus.

Gre. i. ho. h Inuidi color pallore afficitur, oculi depressuntur, menses acceditur, membra frigesunt, fit in cogitatione rabies, in dentibus stridor. Nam quum inuidi mentem liuor excruciat, bonum quod appetit, sibi ab alio adimi, aut restringi metuit. qui ergo liuoris peste, plenè carere desiderat, illam hæreditatem diligat, quam cohæredum numerus non angustat.

i Nil latū de propriis libet, quæ tabescentē *Gre. lib. 3.*
mentē sua pœna fauciat, quā fœlicitas tor- *moralis.*
quet aliena: & quātò operis in altū fabri-
ca ducitur, tantò fundamētū mentis liuore
profundius suffoditur: vt quo alij ad me-
liora properant, eo ipso deterius ruant.

k Tātò quisquis plus inuidet alijs bona *Ibidem.*
præsentia, quātò minus ea ipse cōtēpserit.

l Dum electi proficiunt, reprobi ad ra- *Ibidem.*
biem furoris excitantur: & bona nascen-
tia quæ nolunt imitari, persequuntur.

m Quæadmodū colūna, si recta fuerit, ac- *Chris. sup*
cepto pōdere ampliùs confirmatur, si autē illud *Mat.*
modicè obliquata fuerit, non solū non 21. Indi-
confirmatur, sed ampliùs vadit ad latus: sic gnati sūt.
& cor hominis, si fuerit rectū, vidēs opera
viri iusti, audiēs doctrinam sapiētix eius,
ampliùs confirmatur. Sed si cor peruersum
fuerit: nō solū non confirmatur, sed magis
ad inuidiā excitatur, & magis peruertitur.

n O inuidia, quæ semper sibi est inimi- *Chrys. sup*
ca. nam qui inuidet, sibi quidē ignominiā *Mat.*
facit: illi autem cui inuidet, gloriā parit.

o Tātò inuidus habet iustę pœnę torto- *Prosper li.*
res, quātò inuidiosus habuit laudatores. *3. de vitio*

p Inuidia in suū autorē reciproca, est de *virtu-*
bono alterius tabescētis animi cruciatus. *tibus.*

q Inuidia iustius nihil est, quæ protinus *Ibidem.*
ipsum autorē perimit excruciatque suum. *Ibidem.*

r Huic

Pet. Ran. r Huic scilicet inuido vultus minax, tor-
uus aspectus, pallor in facie, in labiis tre-
mor, in dentibus stridor, verba rabida, &
effrenata conuitia, & manus ad violentiã
prõpta, iuxta illud poëta: Pallor in ore se-
det: macies in corpore toto. Non recta est
facie: liuent rubiginẽ dentes: Pectora fel-
le virent: lingua est suffosa veneno. Ritus
abest: nunquã poteris nisi ferre dolores.

Ibidem. s Virũ fortẽ excitat ad virtutis exercitiũ
alieni luoris aculeus, nec mentis oculos
torquere permittit. Invidia detractus Ia-
cob, qui in baculo suo Iordanẽ transierat,
non rediisset cũ duabus turmis, nisi eũ in-
vidia Esau agitaasset. Ioseph non impera-
set Aegypto, nisi fratrum invidia ipsũ
vendidisset. Scriptũ quippe est: Abel esse
non potest, quem Cain malitia nõ exercet,

Alanus de t Si quis in torrẽte diuitiarũ natat, cum
cõplacẽtu Crasso opes spargit: cum Cicerone in spe-
naçura. cie disputat: cum Platone philosophiam fa-
cie ad faciem speculatur: cum Hippolyto
castitati speculo sigillatur: in hũc omnes
suarum detractionum acervos expendit.

Ala. ibid. v Inuidis aliena p̄speritas aduersa, alie-
na aduersitas p̄spera iudicatur: hi in alie-
na gratulatione tristãtur, in aliena tristitia
gratulantur. Isti suas in aliena paupertate
diuitias, suã paupertatẽ in alienis diuitiis
menti

mētiūtur. Isti autē alienæ famæ serenitatē
 detractiōnis nubilo nubilare conātur, aut
 eiUSDĒ gloriā sola taciturnitate furari. isti
 autē purā alienæ p̄bitatē, synceritatē fer-
 mētāt, aut veris falsitatis fermēta maritat,
 Sapiētiæ gloriā degloriat liuor inglori⁹. *Ibidem.*

x Inuidia quod mōstruosius monstrum? *Ala. ibi d.*
 aut quod dāno⁹ ius dānū? quæ culpabilior
 culpa? quæ p̄cnalior p̄cna? hæc est erro-
 rex cecitatis abyssus, humanæ mētis infer-
 nus, contentiōnis stimulus, corruptionis
 aculeus. Qui sunt inuidiæ motus, nisi hu-
 manæ tranquillitatis hostes, mūdana ten-
 tationis satellites, animi laborantis vigi-
 les hostes, alienæ fœlicitatis excubiæ?

y Si quis ergo liuoris rubiginē, inuidiæ *Ala. ibid.*
 tineā à mētis thesauro velit proscribere, in
 alieno dolore suū dolorē inueniat cōdolē-
 do, alienū gaudiū suū faciat cōgaudendo:
 in alienis opibus suas penset diuitias, in a-
 liena paupertate suā lugeat paupertatem.

z Nulla tam modesta felicitas est, quæ *Vale. Ma.*
 malignitatis dentes vitare possit: diuites *lib. 4.*
 enim sunt alienis iacturis, locupletes ca-
 lamitatibus, immortales funeribus. Vnde
 quidam interrogatus, quomodo inuidos
 non haberet, respondit, Si nihil, inquis, ex
 magnis rebus habueris, aut nihil feliciter
 gesseris. nam sola miseria caret inuidia.

- Tullius 2.* a b, Africano iustitia virtutem, virtus glori-
Rhet. sua. riam gloriosa æmulatione comparauit.
- Senec. 17.* a c Inuidiam effugies, si te non ingesse-
episto. ris oculis, si bona tua non iactaueris, si sci-
 ueris in sinu gaudere.
- Sen. demo* a d Et si multos inimicos tibi faciat iu-
ribus. iuria, multos tamen faciet inuidia.
- Sen. ibid.* a e Homo sum, quomodo deuitabo secu-
 larium rerum inuidiam? Facilius est pauperi cõ-
 temptum effugere, quam diuiti inuidiam.
- Ibidem.* a f Utinam inuidi oculos haberent in omni-
 bus ciuitatibus, ut de omnibus felicitati-
 bus torquerentur, nam quanta felicium sunt
 gaudia, tanti inuidorum sunt gemitus.
- Sen. i. epi.* a g Venenum quod serpentes in alienam per-
 niciem effundunt, sine sua continent: non ita
 vitium inuidiam continetur, nam inuidum
 torquet & macerat, bona odit & extenuat.
 iniurias vero dilatat atque auget.
- Sen. ibid.* a h Nunquam melius torquebis inuidos
 quam virtuti & gloriae seruiendo.
- Ibidem.* a i Inuidia tacite sed inimice irascitur.
 Inuidiam ferre aut fortis, aut felix potest.
- Seneca in* a k Si non inuideris, maior eris, nam qui
proverb. inuidet, minor est. Scito quid est inuidia:
 Dolor est animi ex alienis commodis.
 Scito etiam & illud, quod nulli inuidet vir
 bonitate præditus.

Vide etiã in tit. Detractio. a b. a h. a m.
 disc

discordia. n. Labor. m. Malicia. g. h. Misericordia. t. Patria. t. Potestas. a. Prædestinatio. l. m. Vitium. c. h.

Hypocrisis.

a Simulata equitas non est æquitas, sed *Aug. sup*
 duplex iniquitas: quia iniquitas est *psal. 3.*
 & simulatio.

b Quisquis appetit videri, quod non est, *Aug. 7. lib.*
 hypocrita est. simulat enim iustū, nec exhi- *de ser. do-*
 bet, quia totum fructum in laude homi- *mini i. mō*
 num ponit. *te.*

c Seneca eò dānabili⁹ colebat idōla, quò *Aug. li. 6.*
 illa, quæ mendaciter agebat, sic ageret, vt *de ci. Dei.*
 cū populo veraciter agere existimaretur.

d Hypocrita q̄ latine dicitur simulator, *Glo. Aug.*
 auar⁹ est. qui dum iniquè agēs, desiderat de *sup il. Iob.*
 sanctitate venerari, laudē vitę rapit alienę. 27. *Quo*

e Quam multos hypocritas sub habitu *est spes hy*
 monachorū vsquequaq; dispersit callidis- *pocrita?*
 simus hostis. circumeuntes prouincias oēs *Aug. li. de*
 petūt, omnes exigūt, aut sumptus lucrosæ *operibus*
 egestatis, aut simulatæ pretiū sanctitatis. *monacho.*

f Cū cœperint aliquibus tētationibus ea *Aug. sup*
 ipsa vel subtrahi vel negari, quæ isto vela- *illud Mat.*
 mine consecuti sunt, vel consequi cupie- *7. Qui ve*
 runt, tunc necesse est, vt appareat vtrum lu- *niunt ad*
 pus sit in pelle ouina, an ovis in sua. *vos in ve-*

g Latet plerūq; sub tristi amictu lasciuia, *slib. ouiu.*
 & deformis horror vali veste obtegitur, *Ambr. in*
 vt secreta petulantiu, tegantur animorum, *quod i. ser.*

Hic. super h Si castū me simulo, & aliu l est in con-
Esa. li. 6. sciētia, habeo gloriā mercenariam, sed sup-
 plicia peccatoris, & incōparatione duorū
 malorū : leuius est in aliū apertè peccare.
 quā in simulare & fingere sanctitatem.

Hic. sup il i Quia itre pitu labiorū benedicunt Do-
bud Matt. minum, & immunda mente veritati inte-
 6. Popu- riūs contradicunt.

Ius hic lac k Intus Nero, foris Cato, tot⁹ ambiguus,
biis me ho monstrū est, velut quædam bestia compa-
norat. ſta, secundū illud Poeticum, Leo, pars pri-
Hic. i qua ma, draco, media ipsa chimæra.

d. am epis. l Quia multi simulātes & ficti, ideo dif-
Glo. super ficilè inuenitur in quo cor & facies, id est
illud Eccl. operatio atque doctrina in vno conue-
 13. *Vestis* niant. quum autem hoc inuenies, da glo-
giū cordis riam Deo: quia hoc eius donum est.

boni & fa m Vē peccatori terrā ingredienti duabus
ciētis bonū viis. Duabus q̄ppe viis terrā peccator ingre-
difficile in ditur, quando & Dei est, quod opere exhi-
uenier. bet, & mūdi, quod per cognitionē quærit.

Gre. lib. 1. n Simon crucem portās nequaquā mo-
morat. ritur. quia omnis hypocrita corpus quidē

Gre. lib. 8. per abstinentiā afficit, sed tamen per amo-
moralium. rem gloriæ mundo viuit.

Ibidem. o Nō indues vestē ex lana linōque con-
 textā. per lanā simplicitas, per linū subtri-
 litas designatur. Et nimirum vestis, quæ ex
 lana, linōque contexitur, linum interius
 celat

celat, lanámque exterius demonstrat. Vestem ergo ex lino lanámque contextam induit, qui in locutione vel actione, qua utitur, intus subtilitatem malitiæ cooperit, & simplicitatem foris innocentiaë ostendit.

p Quid in cunctis suis operibus hypocrita sperat, nisi reuerentiam honoris, gloriam laudis, à melioribus metui, sanctus ab omnibus vocari? Ecce quomodo adulteratur liquor balsami.

Greg. lib.
8. moral.

q Hypocrita per arrogantiam deprauatur, quum paratior est mori, quàm corripi.

Gre. ibid.

r Hypocritæ qui etiã in peccatis grauissimis moriuntur, sanctos se esse reputant: quia sanctos se reputari æstimant. Student enim nō virtutes colere, sed vitia tolerare.

Grego.

s Qualis hypocrita imperitis innotescit, talis vult ab omnibus æstimari, & paratior est mori, quàm corripi.

Grego. in
moral.

Hypocrita quot vitiis est plenus, quasi tot stercoribus in conspectu æterni iudicis illius pectus foetet. Hypocritarum corda diabolus tacitus tenet, & quasi ipse quietus ibi dormit, vbi eos quos possidet, quiescere non permittit.

t Qui est vita hypocritæ, nisi quædam visio phantasmatis, quæ hîc ostēdit in imagine, quod non habet in veritate?

Greg. ibi.

v Hypocrisis, est virtutum simulatione clausum vitium abscondere, & arte palliare.

Greg. ibi.

- Grego. in
moral.** x Hypocrita in laude positus, si hunc qui-
quum corripere audeat, asperitate sua pro-
prium vitam corripientis exeat, reprehensum se
in prauitate irascitur, loqui sibi redarguen-
tem deterior efficitur, exasperatur, in con-
tumeliam surgit, bona opera sua in usum
propriae laudis assumit. quod solius pro-
prium est Dei, sumit in laudem sui. scilicet gloria.
- Greg. lib.
11 moral.** y Hypocritae quod exterius hominibus
placent, eo se interius aspicere negligunt,
totosque se in verbis proximorum fun-
dunt, & sanctos se esse aestimant, quia sic se
haberi ab hominibus pensant.
- Greg. lib.
14 moral.** z Vult hypocrita scire diuina eloquia,
nec tamen facere: vult doctè loqui, nec ta-
men viuere.
- Greg. 16.
moral.** a b Hypocritae ante districtum iudicem,
excusationem de ignorantia habere non
possunt, quia dum ante oculos hominum
omnem modum sanctitatis ostendant, ipsi
sibi sunt testimonium, quia bene viuere
non ignorant.
- Grego. 4.
moral.** a c Omnis hypocrita corpus per absti-
nentiam afficit: sed tamen per amorem
gloriae mundo uiuit.
- Greg. 21.
moral.** a d Hypocritae per causas Dei intentioni
deseruiunt seculi, quia per ipsa quoque, quae
se agere sancta ostendunt, non conuersatio-
nem quaerunt hominum, sed auras fauorum.

a e Hypocrita vt sine fine crucietur, vi- *Greg. lib.*
 uere sine fine compellitur, vt cuius vita hic *20. mora.*
 mortua fuit in culpa, illic eius mors uiuit *sup illud*
 in pœna. Dicat ergo: lucent quæ facta o- *Iob: Luct*
 mnia. nec tamē cōlumetur, quia cruciatur *&c.*
 & nō extinguitur, moritur & uiuit, deficit
 & subistit, nititur semper, & sine fine est.

a f Quid dicturi sum⁹, q̄ iniqua operib⁹ *Gre. in re*
 docemus: & sola voce ea, quæ sunt iusta *gistro.*
 pratēdim⁹? ossa ieiuniis atterūtur, & men-
 te turgemus: corpus despectis vestib⁹ regi-
 tur, & elatione cordis purpurā superamus:
 iacemus in cinere, & excelsa non despici-
 mus, doctores humilium, duces superbiæ,
 ouina facere lupinos dentes abscondimus.

a g Hypocritæ volunt esse humiles sine *Bernard.*
 despectu, pauperes sine defectu, bene vesti-
 ti sine solitudine, delicatæ pacis sine la-
 bore, aliis adulantes, aliis detrahētes, mor-
 daces vt canes, dolosi vt vulpes, superbi vt
 leones, iutrinsecus aut̄ lupi rapaces: mellis
 dulcedinē, id est inanis glorię, & latēris la-
 sciuiæ vt vrsi quærētes. Volūt esse sine au-
 toritate iudices, sine visu testes, postremò
 falsi accusatores, & omni veritate carentes.

a h Serpit hodie putrida tabes hypocri- *Bernard.*
 sis per omne corpus ecclesiæ, & quò tole-
 rantius, eò desperatius, eòque periculosus
 quò communiùs.

Chry. sup a i Herodes deuotionem promittit, se i
Mat. 2. gladium acuit, & malitiã cordis depingit
 colore humilitatis. huius personam repre-
 sentant hypocritæ. qui dum fiste Deum
 quærunt, illã nunquam meretur inuenire.

Chry. sup a k Nulla res sic exterminat bonũ, sicut
Mat. 7. simulatio. nam malum sub specie boni ce-
 latum, dum non cognoscitur, non cauetur.

Chry. ibi. a l Lupus tectus pelle ouina per vocem
 cognoscitur. & per actum ouis balat incli-
 nata deorsum, lupus vlulat contra cœlum.
 hoc superbiæ, illud humilitatis signũ. ouis
 herbam manducat, lupus carnem.

Chrysoft. a m Hypocrita, si bonũ est bonũ esse, vt
 quid vis adparere, qd nõ vis esse? Si malum
 est malum esse, vt quid vis esse, quòd non
 vis a lparere? Si bonum est bonũ adparere,
 melius est bonũ esse. Si malum est malum
 adparere, peius malum esse. ergo aut adpa-
 re, quod es, aut esto, quod adpares.

Chryl. su- a n Tolle hoc vitium de clero, vt non ve-
per Mat. lit hominibus adparere, & sine labore o-
homi. 3. mnia vitia refecantur. Ex hoc vitio nasci-
 tur, vt ne velit inter se meliorem habere.

Chry. sup a o Pharisaorũ iustitia erat in ostẽtatiõẽ
Mat. 5. operis, & nõ in rectitu line intentionis: in
Nisi abun locutiõẽ, nõ in opere: in corporis afflictiõẽ
dauerit in nõ in mandatorũ obseruatione: in minori-
stis &c. bus obseruãtiis, relictis grauioribus legis.

a p Hypocrita Græco sermone, in Lat. *Ist. 10. ety*
 no simulator interpretatur: qui dum vitiis *molog.*
 malus sit, bonum se palàm ostendit. Hypo-
 crita enim falsum criminum iudicium in-
 terpretatur.

a q Exitus manifestat quod à principio *Hugo de*
 celabatur, & quæ dubia sunt in origine, *meditatio*
 probantur à fine. *ne.*

a r Hypocrisis subtile malum, secretum *Pet. Ran.*
 virus, venenum latens, virtutum fucus, ti- *in ser.*
 nea sanctitatis. Hypocrisis secura simulat,
 prospera fallit, curiosa mentitur, & crudeli
 arte virtutes truncat mucrone virtutum.
 ieiunium ieiunio perimit, oratione ora-
 tionem vacuat, misericordiam miseratio-
 ne prosternit. Hypocrisis cognata febrì,
 frigido poculo propinat ardorem. quod
 corporibus est hydropis, hoc hypocrisis
 animabus. Hæc enim hydropis bibendo
 sitit, hypocrisis inebriata est siti.

a s Totius iniuriæ nulla captabilior, quã *Ibidem.*
 eorum, qui cum maximè fallant, id agunt,
 vt boni viri videantur, ideò Poëta: Nun-
 quam te fallant animi sub vulpe latentes.
 Impia sub dulci melle venena latent.

a t Præceptio cælestis vult iactantiã tol- *Pet. Ran.*
 lere. nōpam auferre, vanitatē demere, sub *ibid.*
 mouere inanē gloriam, & sic iustitiã vult
 celari. Iustitia per se sibi abusu'at ad glo-

riam, spectaculum populi, vulgi laudes, fauores hominum, mūdi gloriā nō requirit. Illa verò iustitia, quæ est hypocrisis, iustitia non est, mentitur oculis, fallit aspectu, videntibus illudit, decipit audientes, seducit turbas, trahit populos, famam lædit & vendit, clamorem emit, mercedē rapit præsentem, præmiū nō quarit futurum, cacat oculos. cæca ipsa non videns vult videri.

Valerius a v Demosthenes cū interrogaretur, qd
Max. li. 9. nam in dicēdo esset efficacissimum, respōdit, ὑπόκρισις, id est, hypocrisis. interpellatus iterum secundo & tertio idem dixit.

Senec. 13. a x Illud te admoneo, ne eorum more,
epist. qui non proficere, sed conspici cupiunt, facias aliqua, quæ in habitu tuo, aut genere vitæ notabilia sint. Asperum cultum & vitiosum caput, & negligentio rem barbam & indictum argento odium, & cubile humi positum, & quicquid ad laudem peruersa via sequitur, euita.

Ibidem. a y Quid si nos hominum consuetudini cœperimus excerpere, intus omnia dissimilia sint, frons populo nostra conueniat. non splendeat toga, nec sordeat quidem, nō habeamus argentum, in quo solius auri cælatura descendit. sed nō putemus fragilitatis iudicium auro argentoque caruisse.

Ibidem. a z Nempe propositum est, secundum natur

naturam viuere. hoc autem contra naturam est, torquere corpus suum, & fertiles odisse mūditiās, & Inualorem adpetere, & cibis non tantū vilibus uti, sed horridis.

b a Nō habem⁹ ista odorifera, nec empto *Senec. 33.*
rē decipimus, nihil inuenturū, quum intra- *epist.*
uerit prater illa, quæ in frōte suspēsa sunt.

b c Multorum, quæ imbecilia sunt, latent *Senec. 42.*
vitia, instrumenta illis explicandæ nequi- *epist.*
tiae defunt: Sicut tō serpens pestifer tractatur, dum riget frigore. non defunt tamen illi venena, sed torpēt: multorum crudelitas, luxuria & ambitio, ut paria pessimus audeat, fauor fortunæ defuit.

b d Virtutem bona sequitur fide, qui se *Senec. 80.*
non exornat & pingit. sed idem siue ex de- *epist.*
nuntiato videatur, siue imperatus, at subitō nihil simulatio proficit. Veritas in omnem partem eadem est.

b e Vis videri ab hominibus, an nō? nun- *Ibidem.*
quam bonæ honestatis est longa simula-
tio. Quia de alienis moribus, & tuis iudices multi sūt obligādi, pauci sunt offerēdi.

b f Multō magis ad rem pertinet, qualis *Senec. 87.*
tibi, quàm qualis aliis videaris. *epist.*

b g Nunquā bona fide vitia māsuescunt: *Senec. ibid.*
tygres & leones nūquā feritatem exuunt:
aliquādo submitunt, & quū minimè expectaueris, exasperatur toruitas mitigata.

Senec. ad Neronem. b h Nemo potest personā fictā diu ferre. ficta in naturā suā cito recidūt. quibus autē veritas subest, vt ita dicā, quæcūque ex solido enascuntur, in maius meliūsq; pcedūt.

Seneca in proverb. b i Malus vbi se bonum simulat, tunc est pessimus.

Vide etiā in tit. Abstinentia, f. Adulatio, a h. Ambitio, f, t. Auaritia, q. Confessio, a, g. Conscientia, n. Contempus, f. Cōuersatio. b, a l. Cor, a, b. Correctio, a d. Detractio, e. Doctrina, a g. Fraus, v. Gloria vana, i. Honor, p. Humilitas, k. Inimicitia, m. Patientia, a. Perfectio, q. Prælatio, m. Religio, p, a k, a t, a x, a y. Sacerdos, t. Superbia, r, a e. Verecundia, t.

Ira.

Augu. in epistol. ad Heb.

a **I**Ra est, q̄ quū inest opinio turbulenti appetitus inferendi ea, quæ facilitatē actionis impediunt. idcirco plerūque nō hominib⁹ tātū, sed calamo irascimur in scribēdo, eumq; collidim⁹ atq; frangimus. & aleatores resseris, & pictores penicillo & cuiuscūque instrumēto quilibet ex quo difficultatē se pati arbitratur. ac etiā assiduitate irascendi fel crescere etiā medici affirmant. cremēto autē fellis rursus & facilē & propē nullis cauīs existētib⁹ irascimur.

Augu. in epist.

b Sicut acetum corrumpit vas, si diutius ibi fuerit, sic ira corrumpit cor, si in alium diem durauerit.

c Furor

e Furor est ira breuis, quæ non tam ex malitiæ pposito, q̄ euetu subito contingit. *August.*

d Lites aut nullas habeatis, aut quàm celerimè finiatis, ne crescat in odiũ, & trabẽ faciat de festuca, & animam faciat homicidam. Sic enim legitur, qui fratrem suũ odit, homicida est. quicũque cõuitio vel maledicto, vel etiam criminis obiectu aliquem læserit, meminerit satisfactione quàm citius curare, quod fecit: & ille qui læsus est sine deceptione dimittere. Si autẽ se inuicem læserint, inuicem sibi debita relaxare debent propter orationes vestras, quas utique quãtò crebriores habetis, tantò sanctiores habere debetis. *Ibidem.*

e Melior est autẽ, qui, quanuis ira sæpe tentetur, tñ impetrare festinat, vt sibi dimittat, cui se fecisse agnoscit iniuriã, q̄ qui tardius irascitur, & ad veniã petendam tardius inclinatur: qui autẽ nunquã veniã petit, aut nõ ex animo petit, sine causa est in monasterio, etiã si inde nõ proiiciatur. *Augu. ibi.*

f Ira fratris si fuerit inueterata, iam odiũ est. Ira turbat, odium extinguit: ira festuca, odium trabs est. *Augu. sup psal. 54.*

g Iram fratris tũc portabis, quum tu aduersus eum nõ irasceris, vt rursus eorẽmpore, quo te ira præoccupauerit, ille te lenitate & tranquillitate supportet. *Augu. de verbis apostoli.*

Aug. ad Diofcor. h Nulli irascenti ira sua videtur esse iniusta. Ira enim inueterascens ita fit odium, dum quasi iusti doloris admista dulcedo, diutius eam in vase detinet, donec totum acefcat, vasque conuampat.

Ambr. de offi. lib. 1. i Reate ira, si potes: cede, si non potes. Si praeuenerit, & praeoccupauerit mentem tuam iracundia, & ascenderit in te, non relinquant locum tuum: locus tuus patientia est.

Ambr. ibid. k Non mediocre est mitigare iracundiam, non inferius, quam animo non commoueri. Hoc nostrum est, naturae illud.

Ibidem. l Irascimini, ubi est culpa, cui irasci debetis: non potest enim fieri, ut non rerum indignitate moueamur. alioquin non virtus, sed lenitudo & remissio iudicatur.

Ibidem. m Qui sibi irascitur, quia citò motus est, desinit irasci alteri: qui autem vult iram suam probare iustam, plus inflammatur, & citò in culpam cadit.

Ambr. de Iacob & vita beata. lib. 1. n Est ut passio grauissima, culpa conscientiae, quam ratio emollit & comprimit. emolliiri enim potest, eradicari non potest, quoniam animus, qui est rationis capax, non est suarum passionum dominus, sed reprehensor. neque enim fieri potest, ut facilis ad iracundiam non irascatur. Sed ut ratione se temperet, indignationem cohibeat. à puniendo se reuocet, sicut & propheta nos docet dicens

dicēs: Irascimini, & nolite peccare, concessit ad naturæ est, negauit quod culpæ est.

o Non iræ imperat, sed indulget naturæ, quam homo præuenire non potest, mitigare potest. Igitur & si irascimur, affectus nostro motum recipiat, sed naturam, non peccatum præter naturam. *Ambr. ad Vercellē.*

p Præclarū est, motū téperare consilio, nec minoris virtutis dicitur cohibere iracundiam, indignationemque compescere, quam omnino non irasci, cum plerunque illud leuius, istud fortius æstimetur. *Am. super Luc. lib. 5.*

q Incentiuum ad malè operandum, aut iracundia, aut cupiditas esse consueuit. *Ambr. de paradiso.*

r Est ira, q̄ iustitiã Dei nõ operatur, & furori proxima, mēti suæ vim eripit, in tātū, vt labia tremāt, dētes cōcrepēt, vultus pallore mutetur. Recte illud laudatur Archite Tarentini, qui cum villico suo iratus, iam te, inquit, cæderem, nisi iratus essem. *Hier. sup. Ioel pph.*

s Quid iracundo furor suus cōfert, quē fauissimis exagitatū stimulis conscientia ita ab omni consilio ac mente deturbat, vt dum irascitur, insanire credatur? *Hier. ad Deme- triadem.*

t Per iram sapientia perditur, vt quid, quòve ordine agendum sit nesciatur. *Gre. lib. 5. morali.*

v Aliquādo ira prurbato aīo quasi ex iudicio silentiū dicit, vt q̄ se foris p̄ linguā nõ exprimit, intus deterius ignescit: vt iratus

tus quisq; collocutionē suā proximo subtra-
hat, & nihil dicendo, q̄ sit aduersus dicat.

Ibidem. x Plerunque per silentiū clausa ira intra
mentem vehementius æstuat, & clamoras
tacita voces format. Verba sibi, quibus ex-
asperetur obiicit, & quali in causæ exami-
ne posita durius exasperata respondet.

Ibidem. y Quanta sit iracundię culpa p̄sare pos-
sumus, per quam paciētia perditur: vt quid
quove ordine sit agēdū omnino nesciatur.
quia nimirū intelligētię lucē ira subtrahit,
quum mentem promouendo confundit.

Ibidem. z Per iram iustitia relinquitur: quia dum
perturbata mens, iudicium sine ratione ex-
asperat: omne quod furor suggerit, rectum
putat. Per iram gratia vitæ socialis amitti-
tur: quia qui se ex humana ratione nō tem-
perat, necesse est, vt bestialiter viuat. Per
iram mansuetudo amittitur: per iram con-
cordia rumpitur: per iram lux veritatis
amittitur: quia quum mēti iracundia con-
fusiōnis tenebras incutit. huic Deus radiū
suz cognitionis abscondit.

Ibidem. a b Per irā spiritus sancti splendor excu-
titur: qui super humilem & quietū requie-
scere dicitur: quia quum ira quierem sub-
trahit, suam spiritui sancto claudit habita-
tionem: cuius recessione animus vacuus ad
apertam morum insaniam ducitur, & vsque
ad

ad superficiem ab intimo cogitationum fundamento dissipatur.

a c Plus saepe ira in vindicta exigit, quàm *Gre. in* iniuria accipit. Ira quum delinquentium *mor.* culpas insequitur, non debet menti quasi domina præire, sed post rationis tergum quasi ancilla famulari.

a d Quoties ira animū inuadit, mētē edo *Ibidem.* ma. vince te ipsum, differ tempus furoris.

Quā tranquilla mens fuerit, fac qđ placet.

a e Nam iræ suæ stimulis accensum cor *Gre. li. 5.* palpitat, corpus tremit, lingua se præpedit, *mora.*

facies ignescit, exasperant̄ oculi, & nequam recognoscuntur: notiorē quidem clamorem format, sed intus quid loquatur, ignorat. In quo itaque iste ab arreptitiis longē est, qui actionis suæ conscius nō est.

a f Aliquando iracundus manus nō eri- *Ibidem.* git, sed in maledictionis iaculum linguam

vertit. fratris nanque interitū precibus exposcit, & hoc Deum perpetrare expetit.

a g Alia est ira, quā impatiētia excitat, *Ibidem.* alia quā zelus formidat. illa ex vitio, hæc

ex virtute generatur. Ira per vitium oculos

mentis excæcat: ira autē per zelum turbat.

Si nobis & proximis delinquentibus irascimur, non peccamus. si enim sic proximos,

ut nos, amare præcipimur, restat ut sic eorū erroribus, sicut nostris vitiis irascamur.

Ment

Gre. sup. Ezechiel. a i Menti furore eboria omne, quod re-
atum dicitur, peruersum videtur.

Ber. in ep. a k Nō irasci vbi irascendū est, & nolle
emendare, peccatum est. Plus verò irasci, q̄
irascendū est, peccatum peccato addere est.

*Isi. li. i. so-
lloquior.* a l Si non potes iram vitare, tempera: si
non potes furorem cauere, cohibe. Tene
silitium patientiæ. tacendo citius vincis.

*Chry. de
laudibus
pau. ho. 6.* a m Non commoueri, malum est, sed ir-
rationabiliter nullōque negotio iusto fla-
gitante commoueri.

*Chry. sup.
per Mat.
ho. 23.* a n Non dolere, quia peccaueris, magis
indignari atque irasci facit Deum, quam
idiplum quod antè peccaueras.

*Chr. sup.
Matt. 2.* a o Coercere omnino nequit animus
praua semel voluntate vitiatus: quia zelus
sapere nescit, & ira consilium non habet.

Ibidem. a p Reges siquidē, quū ex aliis causis ira
scuntur, citò placātur, illa autē ira eorū est
inextinguibilis, quā regni zelus accendit.

*Chry. sup.
ill. Mat. 5.* a q Nam si ira non fuerit, nec doctrina
proficit, nec iudicia stant, nec crimina cō-

*Qui iras-
scitur fra-
tri.* a r pescuntur. Itaque qui cū causa nō irascitur,
peccat. Patientia enim irrationabilis vitia
seminat: negligentiam nutrit, & nō solū
malos, sed etiam bonos ad malum inuitat.

Valer. ibi. a r Qui cū causa irascitur, nō fratri suo
irascitur, sed vitio: qui verò irascitur fratri
respiciendo ad naturæ communionem, vel

fidei

fidei unitatem, reus erit iudicio.

a f Hæc est natura iræ, vt dilata, langue- *Beda sup.*
seat & pereat: prolata verò, magis ac magis *para. l. 1.*
confligret.

at Melior est qui vincit iram, quàm qui *Cas. ps. In*
capit ciuitatem. *rascimi. et*

a v Vbi est feruida vindicta, nō est tem- *nolite pec.*
perata iustitia. *Ibidem.*

a x Motū liquidē animi feruidū propter *Cas. super*
humanā fragilitatem in potestate habere *Matt.*

nō possumus: suffragāter tamen gratia Dei,
ratione disciplinādī cōtinemus, nam si ira-
scamur, nec Dei consideratione refran-
temur, sed à voto nostro impediamur aliquo
necessitatis obiectu, tunc vtrique conitat,
nos facti crimen portare, etiam si non pos-
sumus quod volebamus efficere.

a y Ira est subita animi tempestas, quæ *Hugo.*
dum inordinatè se concurit, cor hominis
ad insaniam se protrahit.

a z Nā ab iratis si perspiciuè pax & bene *Tul. in p.*
uolentia aperitur, nō modò ea non inueni- *logo riet.*
tur, sed etiā augetur odiū atq; inflāmur.

b a Crudelitas, horridus habitus, rru- *Va. Maxi*
lētā species violētī spūs: vox terribilis, cui *mus l. 8.*
silētiū dare, incremētū est adijcere. etenim
quomodo sibi ipsa statuet, si non suggilla-
tionis quidem frænīs fuerit reuocata? *Sene. libr.*

b c Immodica ira gignit insaniam, Hæc *de ira.*
arde

ardescit. affectus ex amore potius, quã ex odio nascitur. Non viuimus minus inter seria quã inter lusus & iocos. nec interest ex qua magna causa nascatur, sed in qualem perueniat animum. Sic ignis nõ refert quã magnus, sed quò incidat. Ingentis iræ exitus furor est. & ideò ira vitanda est, non immoderationis causa, sed sanitatis.

Ibidem. b d Nihil inter insanum & iratum est. non vnus dies, alter semper insanit, alter semper irascitur.

Se. in pro. b e Iracundia infelicitas geminatur. Iracundus quum irasci desierit, tunc irascitur sibi: respicere nihil consuevit, iracundia.

Ibidem. b f Quò minus presseris iram, eò ab ira magis premeris. tunc enim incipimus aliis irasci, quum nobis desinimus. Finis namque iræ, initium est pœnitentiæ.

Ibidem. b g Ad bonum virum citò moritur iracundia, breue amans, est ipsa iracundiæ memoria. Fulmen est, vbi cum potestate habitat iracundia. grauissima est probi hominis iracundia, grauis tamen pœna est, quem post facti pœnitet.

Ibidem. b h In amore semper mēdax iracundia est. Irarū breuiter vires, inimicum diu. Iracundiã qui vincit, hostē superat maximum. iratus etiam facibus cõsiliū putat. si quis irascitur ab alio pœnas à se exigit.

Vide

Vide etiam in tit. Consideratio. v. Con-
 nitium. e. f. h. Correctio. d. a. b. a. x. b. k. c. p.
 Crude litas. c. d. e. x. Discordia, h. Ieiunium.
 a. i. Malitia. l. Māfuetudo, g. Misericordia.
 c. Mors. c. k. Odium. c. d. e. f. Patientia. a. b.
 Suspicio. e. Venia. i. q. Vitium. c.

Index, sive Iudicium.

a **N**olite iudicare. Hoc loco nihil aliud *An. de ser*
 nobis præcipi existimo, nisi vt ea *mone do.*
 facta, quæ dubium est, quo animo fiant, in *in monte*
 meliorē partē interpretemur. Quod em̄ scri- *super ill.*
 ptū est: A fructibus eorū cognosceris eos. *Mat. No-*
 de manifestis dictum est, quæ non possunt *litę iudica*
 bono modo fieri. Sunt quædam facta me- *re, & con*
 dia quæ ignoramus, quo animo fiant, quia *tra Manū*
 in bono & malo fieri possunt, de quibus te *chaos. l. 2.*
 merariū iudicare, maximè vt cōdēnemus.

b Duo sunt, in quibus temerarium est *Ibidem.*
 iudicium: cauere debemus, quum incertum
 est, quo animo quid factum sit, vel incer-
 tum est qualis futurus sit: qui nunc vel bo-
 nus vel malus adparet.

c Ignorantia iudicis, plerunque est ca- *An. de ci.*
 lamitas innocentis. *Dei. li. 19.*

d De aduentu sponsi clamor in media *An. ho. 12.*
 nocte fit, quia sic dies iudicij subrepat: vt
 prævideri non valeat, quando venit.

e Tūc manifestus veniet inter iustos iu- *An. de ci-*
 dicaturus iustè, qui occultè venerat iudi- *uita. Dei.*

candus ab iniustis iniuste.

Aug. li. 3. f Ille iudex nec gratia prouenitur, nec
d: symb. misericordia iā flectitur, nec pecunia cor-
 rūpitur, nec satisfactione, vel pœnitentia
 mitigabitur. Hic dum tempus habet, agat
 anima pro se, quandiu locus est misericor-
 diæ, quia ibi erit locus iustitiæ.

Am. super g Hi terrenas causas examinent, qui ex-
ill. ad Co- teriorum rerum sapientiam perceperunt,
rint. 6. qui autem spiritualibus donis ditati sunt,
Secularia terrenis non debent negotiis implicari, vt
iudicia. dum non coguntur inferiora bona dispo-
 nere, valeāt bonis superioribus deseruire.

Amb. de i Mitigat iudicem pudor reorum, exci-
Cain & tat autem in pertinacia denegantium.

Abel. k Feci iudicium & iustitiā, in iudicio nō
Amb. sup. contēpsi pauperem, non oppressi viduam,
Beati im. personam diuitis non recepi, in omnibus
 operibus misericordiam reseruau.

Amb. pri- l Iudicis nō est, sine accusatore damna-
ma ad Co re: quia Dominus Iudam, licet fuisset fur,
rint. 6. ad cum non esset accusatus, minimè abiecit.
Dam. m Alienū te à personis omnium redde

Hic. in ep. in iudicio, ac propter iustitiam, in iudicio
ad Dam. pauperem defendas: nec propter gratiam
 diuiti indecenter adlīstas. aut, si non potes
 facere, cognitionem respue causarum.

Hic. in ep. n Iudicaturus Domino lugubrem mun-
ad Heli. dum, immugiet, & tribus ad tribum pe-
 ctora

Et ora ferient. Potentissimi quondam reges nudo latere palpabunt, adducetur cum suis stultus Plato discipulis, tunc Aristotelis argumenta non proderunt, quando veniet ille filius pauperulae quaestuarum iudicaturus fines terrarum.

o Quoties diē illū cōsidero, toto corpore contremisco. siue enim comedo, siue bibo, siue aliquid aliud facio, semper videtur illa tuba terribilis sonare in auribus meis: Surgite mortui, venite ad iudicium. *Hie. sup. Matth.*

p Debet quisquis proprias virtutes perpendere & pro qualitate virium, curam aliorum suscipere, ne dum delectatur, loco gloriae, fiat subditis autor ruinae: & qui li graue-
grauatur pondere suarum, velit fieri iudex re fieri in alienarum calparum. Durum enim est, ut qui nescit tenere moderamina vitæ suæ, iudex fiat alienæ. *Gre. sup. Il. Eccl. 7. in glo. No. re fieri in dex Ec.*

q Qui minoris meriti sunt in ecclesia, & nullis magnorum virtutibus pollēt, ipsi de terrenis negotiis iudicent: quatenus per quos magna nequeunt bona, minora suppleantur, quos Apostolus cōtēptibiles nominat, & tamen sapientes vocat: quū dicit: Secularia iudicia si habueritis, contemptibiles illos constituite ad iudicandum. *Greg. 19. moral.*

r Iudicare dignè de subditis nequeunt, qui in subditorum causis sua vel odium vel

gratiam sequuntur.

Greg. ho. 1 In extremo die iudicij, quū apertis cœ-
15. lis ministrātibus angelis, cōsedētibus apo-
 stolis, in sede maiestatis suæ Christus ap-
 parebit, omnes hunc electi pariter & re-
 probi videbunt, vt & iusti de muere re-
 tributionis sine fine gaudeant, & iniusti
 de vltione supplicij imperpetuum gemāt.

Greg. ho. t Præsens temporis ita agenda est læ-
32. titia, vt nunquàm amaritudo sequentis iu-
 dicij recedat à memoria.

Grego. in v Diuina iudicia dum nesciuntur, non
morul. audaci sermone discutienda sunt, sed for-
 midoloso silentio veneranda.

Ibidem. x Quid faciet virga deserti, vbi concu-
 tietur cedrus paradisi? Quid faciet agnus,
 vbi aries tremat? Si iustus vix saluabitur,
 impius vbi adparebit.

Gre. sup. y Sic Deus vias nostras considerat &
illud Ma. gressus dinumerat: vt nec minimæ cogita-
Omnes ca tiones ac verba minutissima, quæ apud nos
pilli ve- viguerunt, eius iudicio indiscussa rema-
seri. neant.

Gre. su. il. z In maiestate visuri sunt, quem in hu-
Matt. 24. militate videre noluerunt, vt tantò distri-
In nubib. ctius virtutem sentiant, qui cervicem cor-
cali. dis ad eius præsentiam non inclinant.

Ber. i qua a b Quid faciet de iniustis iudiciis, qui
dum epi. ipsas quoque iustitias iudicabit, qui cuique

merita recitabit? Veniet inquam, veniet dominus iudicij, vbi plus valebunt pura corda, quàm astuta verba, cōscientia bona, quàm marsupia plena: ibi iudex non fallatur verbis, nec flectetur donis.

a c Exurgente rege cœlesti iudicare vi- *Cbr. su. il.*
uos & mortuos, virtutes angelicæ moue- *Matt. 24.*
buntur, terribiles ministri terribilem do- *Et Virtu-*
minum præcedentes. *tes celo-*

a d Patrefamiliâs moriente, domus tur- *rum.*
batur, familia plangit, & nigris se vesti- *Ibidem.*
mentis induit. sic humano genere, propter
quod facta sunt, circa finem constituto, cœ-
li ministeria lugent, & candore posito te-
nebris induuntur.

a e Verè vox magna, vox tubæ terribilis, *Prima ad*
cui omnia obediunt elemēta, q̄ petras scin- *Cor. 15.*
dit, inferos aperit, portas areas frāgit, vin-
cula mortuorum dirumpit, & de profundo
abyssi animas liberatas corporib⁹ suis af-
signat. Hæc autem omnia citius consumit
in opere, quàm sagitta transit in aëre: di-
cente Apostolo: In momento, in ictu oculi.

a f Grauius laceratur pauperes à prauis *Isidor. de*
iudicibus, quàm à cruentissimis hostibus. *sum. bono*
Nullus enim prædo tam cupidus in alie- *lib. 3.*
nis, quàm iudex iniquus in suis.

a g Sepe iudices prauis, cupiditatis causa, *Ibidem.*
aut differunt, aut peruertunt iudicium. nō

finiunt: cepta partium negotia, quousque
marcupia eorū qui causantur, exhauriant.

Ibidem. a h Quādo. n. iudicāt, nō causam, sed dicta
cōsiderāt: & sicut negligētes sunt in discus-
sione causarū, sic in eorū dāno solliciti sūt.

Ibidem. a i Qui rectē iudicat, & premiū in re-
munerationis expectat, fraudem in Deo
perpetrat, quia iustitiam, quam gratis im-
partiri debuit, acceptione pecuniæ vendit.

Ibidem. a k Quatuor modis iudicium humanū
peruertitur: timore, cupiditate, odio, amo-

Anselmus de similibus mundis. re. A' dextris erunt peccata accusantia, à si-
nistris infinita demonia, subtus horren-
dum chaos inferni, desuper iudex iratus,
foris mundus ardēs, intus cōscientia vrēs,
ibi vix iustus saluabitur. Heu miser pecca-
tor sic deprehensus quò fugies: latēre erit
impossibile, apparere intolerabile.

*Beda li. 2. sup. illud prou. Sta-
tera dolosa. &c.* a l Statera dolosa nō tātū in mēsuratio-
ne pecuniæ, sed in iudiciaria discretione
tenetur. Qui em̄ aliter causam pauperis,
aliter potentis. aliter sodalis, aliter audit
ignoti, statera utique librat iniqua. Sed &
is, q̄ sua bene gesta meliora, q̄ proximorū,
& sua errata iudicat leuiora staterando,
nec nō & ille q̄ onera importabilia impo-
nit in humeros hominum, ipse autē digito
suo non vult tangere ea: etiam ille, qui bo-
na in publico, & malè agit in occulto, pro
iniq

iniquitate libræ dolosæ abominabitur à domino. & qui sinceriter agit in omnibus, quæ causam æqua laude discernit, is nimirum iusti iudicis voluntati & actioni cōgruit.

a m Nō silebo Zelantū mirabilem iustitiæ rigidum, qui cū civitati Lactantium, cui præerat, lege lata cauisset: vt qui adulteriū cōmisisset, exocularetur, omni miseratione posthabita, deprehēso in hoc crimine filio eius adolescēte præcepit, vt utroq; lumine priuaretur. Cūmq; p̄lebs ciuiū summissis precibus rogaret, indulta ob gratiā principis flagitij venia, ad deliberandū paululum spatij captans, sibi & filio vnum oculū districtus iudex effodit, piū patrem, & seuerū iudicem declamando. Egit itaq; censura mirabili, vt sibi & filio vidēdi vsus superesset, & in vltionē flagitij duo lumina, vt decreuerat, cæcarentur. Ita debitum supplicij modū legi reddidit, ac mirabili temperamento se inter misericordem patrem & iustum legislatorem partitur.

a n Tādiu iudex dicitur, quādiu & iustus *Cass. 2. epi.* putatur: quia nomē quod ab æquitate sumitur, per superbiam non tenetur.

a o Professionem constat esse iustitiæ, *Cass. ibid.* legum peritos iudices ordinare: quia non facillē erroris vitio sordescit, quem doctrina purgavit.

Pet. Ban. in quadā episto. a p Non est h̄sitationis metus, nihil a deo glorioſe lucet in iudice, ſicut amare, & exhibere iuſtitia, ſine omni acceptione perſonæ. Teſte enim Cicerone prouerbialiter dicitur: Exiit perſonã iudicis, quiſquis amicũ induit. Aequitas, cui iudex obſequitur, ſiniſtrã odij vel amoris dextram nescit. Nã talis debet eſſe iuris miniſter, vt in eius manu nullius autoritate perſonæ titubet, aut vacillet libra iuſtitia.

Pet. Bleſen. a q Officium officialium eſt hodie iura confundere, lites ſuſcitare, tranſactiones reſcindere, dilationes innectere, ſupprimere veritatem, fauore mendacium, quæſtum ſequi, æquitatem vendere, inhiare aetionibus, verſutias concinnare.

Tullius de officiis. ar Proprium munus magistratus eſt, ſe intelligere pſonã ciuitatis gerere, dignitatẽ & decus ſuſtinere, leges ſeruare, iura deſcribere, & ea fidei ſue cõmiſſa meminiffe.

Seneca in proverb. a s Boni iudicis eſt diſpenſare non tantũ quis dãnandus ſit, ſed quatenus, ad pœnitendum properat citò qui iudicat. fatetur facinus is, qui iudicium fugit. Graue iudicium eſt, qui iudicium non habet. in iudicando criminofa eſt celeritas. Iudex dãnatur, quum nocens abſoluitur.

Ibidem. ar Moleſti⁹ eſt inter duos amicos quàm inter duos inimicos iudicare. Iudex enim
bonus

bonuserit nemo, nisi qui de se alterum iudicare cognouerit.

Vide etiã in tit. *Acceptio. e. g. i. k. l. n. l. o. Aduccati. a. o. q. r. s. κ. Antichristus. g. h. i. Confessio. y. a. b. Excõmunicatio. c. excusatio. q. Iustitia. b. g. o. s. y. a. d. a. f. Lex. c. d. Misericordia. a. i. mors. a. q. Munus. b. f. i. k. Pœnitentia. t. Quærere. e. Regimen. e. f. Resurrectio. k. v. Simonia. i. Testimonium & Timor. p.*

Iuramentum.

a **I**lle qui exigit iuramētū, multū inter *Augus. de* est si nescit illū falsum iuraturum, an *ver. apof.* scit. Si enim nescit, & ideo dicit iura mihi, *in glo. ad* vt fides ei fiat, non audeo dicere, non esse *Rom. 1.* peccatum, tamen humana tentatio est. Si autem scit eum fecisse, nouit fecisse, vidit fecisse, & cogit iurare, homicida est.

b Ecce dico charitati vestræ & qui per *Aug. ibid.* lapidem iurat, periurus est.

c Iurauit Dauid temere: sed non imple- *Aug. i. ser.* uit iurationem maiore pietate. *de decolla*

d Ille qui hominē prouocat ad maiore *tiões sancti* iurationē, & scit eū falsum iuraturum esse, *Icã. Bap.* vincit homicidam: quia homicida corpus *Aug. ibid.* occisurus est ille animam. imò duas animas, & eius, quē iurare puocauit, & suam.

e Homines falsum iurant, vel quum fal- *August. de* lūt. Aut putat homo falsum esse, quod ve- *verbis an* ram est, & temerè iurat, aut scit vel putat *postoli.*

verum esse, & tamen pro falso iurat, & nihilominus cum scelere iurat.

Aug. in li. cōtra mē- dācium. **f** Dico vobis, non iurate omnino, ne sci licet iurando ad facilitatē iurandi veniat. de facilitate ad cōsuetudinem, de consuetudine in periurium decidatur.

Gr. super illud Mat. Nō periu- rabis. **g** Non penitus iurare prohibuit, sed oc canonem periurij, quòd perfectius est eui- tare, docuit.

Isi. desum mobo. li. 1. **h** Quacunq; arte verborum quis iuret, Deus tamen, qui conscientiaē testis est ita hoc accipit, sicut ille, cui iuratur, intelligit.

Orig. sup Matth. **i** Aestimo quoniā nō oportet, vt vir, qui secundum euangelium vult viuere, adiuret alterū. Si enim iurare non licet, secundum euangelicum Christi mandatum, notū est, quòd nec adiurare alterum licet.

Chr. super Matth. 5. Dico vobis nō iurare omnino. **k** Nemo est, qui frequēter iurat, quin ali quādo nō periuret, sicut qui cōsuevit multa loqui, aliquando loquitur importuna.

Vide etiam in tit. Mendacium. g. Promissio. a. Veritas. i. *Iustitia & iustus.*

Augus. de vera reli- gione. **a** **H**aec est perfecta iustitia, qua potius potiora, & minus minora diligimus.

Aug. ibid. **b** Nimia iustitia incurrit peccatū: rēperata iustitia facit perfectos. falsitudinem correctionis amor Christi temperet, & dilectionem proximi sal iustitiaē condat.

c Amanda est iustitia, & in hac amanda, *Angus. de*
 gradus sunt proficientium, primus est, ut *verbis apo*
 amanti iustitiæ non præponamus omnia *soli.*
 que delectant.

d Hoc certè alienum non est, quod iure *Angus. ad*
 possidetur: hoc autem iure, quod iustè: & *Macedo-*
 hoc iustè, quod bene. Omne igitur, quod *nium.*
 malè possidetur, alienum est. Malè autem
 possidet, qui malè utitur.

e Malè se rectum putat, qui regulã sum- *Ambro. de*
 mæ rectitudinis ignorat. *officiis.*

f Iustitia magis aliis quàm sibi prodest. *Amb. li. de*
 & utilitates suas negligit, communia emo *paradiso.*
 lumenta præponens.

g Iustitia est, quæ nil alienũ vèdicat, quæ *Amb. i. de*
 cuiuslibet dat, quod suũ est, quæ negligit pro- *officiis.*
 priã utilitatẽ, ut seruet cõmunẽ equitatẽ. &
 secũdũ ipsum prima iustitia in Deũ, secũda
 in patriam, tertia in parètes, quarta in oës.

h Omnes virtutum species vno iustitiæ *Hiero. ad*
 nomine continentur. *Demetri.*

i Homo Deo suppositus, iustitiam perci *Hier. ibid.*
 pit: comparatus amittit. Quia quisquis se
 autori bonorum comparat, bono se, quod
 acceperat, priuat.

k Sæpe ipsa nostra iustitia ad examẽ di- *Gre. lib. 5.*
 uinæ iustitiæ deducta, iniustitia est. & sor- *moralium.*
 det in districtione iudicis, quod in æstima
 tione fulget operantis.

Ibidem.

l Humana iustitia diuinæ iustitiæ comparata, iniustitia est: quia & lucerna in tenebris fulgere cernitur, sed in solis radiis posita tenebratur.

Gre. ibid.

m Sancti viri, quãdo cū personis minoribus contentionem negotia subeunt, dum grauare vel in minimis timent, ipsi cōtra iustitiam grauari nequaquam refugiunt.

Ibidem.

n Sicut nōnunquam grauius est peccatū diligere, quãm perpetrare: ita nequiū est odisse iustitiam, quã non fecisse.

Gre. in re gistro.

o Iustum est homines propter iustitiam diligere, non autem iustitiam propter homines postponere.

Gre. 3mo.

p Quod peccatores voluptatē æstimant, hoc iusti proculdubio pœnam putant. Iustus miranda agit, & opprobria recipit: vt qui exire foras per laudes potuit, repulsis contumeliis ad semetipsum redit, & eò se robustiū in Deo solidat, quò foris non inuenit, vbi requiescat.

Ber. 1 ser.

q Bona vinea iusti, imò bona vinea iustus. cuius virtus, vitis, cuius actio palmes, cuius vinū, testimoniū conscientiæ, cuius lingua, torcular expressionis, & lachrymę piz contributorum vux sunt amātium.

Ber. 1 epi.

r Nūquã iustus arbitratur se cōprehēdisse. nūquã dicit, satis est. sed semper esurit, sititq; iustitiã: ita vt si semp viueret, semper
quan

quantū in se est, iustior esse contenderet.

s Iustitia est, reddere vnicuiq; quod suū *Ibidem.*
 est. Tribue ergo tribus, quæ sua sunt: superiori, æquali, inferiori. Redde reuerentiam prælato & obedientiam, quorum altera cordis, altera corporis est. tribue æquali consilium, quò ignorantia erudiatur, & auxilium, quò infirmitas iuuetur. tribue subiecto custodiam, vt possit cauere peccatū, & disciplinam: vt quod minus cauit, minimè maneat impunitum.

t Rectus est ille, qui ad terrena nō curatur, qui ad cœlestia totus erigitur, qui diuinæ voluntati humiliter subiicitur, cuius medium non exiens ab extremis, paupertate & patientia regulatur. *Ibidem.*

v Iustitia, est animi libertas tribuēs vnicuique suam propriam dignitatem, maiori reuerentiam, pari concordiam, minori disciplinam, Deo obedientiam, sibi sanctimonium, inimico patientiam, egeno operosam misericordiam. *Ansel. 3. li. cur Deus homo.*

x Cur ferè omnes cōiugia Lix abhorrent, & in amplexus Rachel tantum suspirāt? Quia perfecta iustitia iubet inimicos diligere, parentes propriamque relinquere, illata mala patienter ferre, oblatam gloriam vbiq; declinare. Sed ab huius mūdi amatoribus quid stultius, quid laboriosius esse *Ricar. lib. de cōcept.*

esse reputatur. hinc est, quòd ab eis Lia & Lippa creditur, & laboriosa vocatur.

Ca. super illud psal. Et opera- y Iustitia non nouit patrem, non nouit matrem, veritatem nouit personam nò accipit, Deum imitatur.

tur iusti. Cypri. de 12. abusio- z Iustitia regis, pax est populorū, tutamē patriæ, immunitas plebis, munimētū gentis, cura languorū, gaudiū hominū, temperies aeris, serenitas maris, terræ fœcunditas, solatium pauperū, hæreditas filiorum, & sibi metip̄i spes futuræ beatitudinis.

Tullius de officis. a b Iustitia, æquitas est, qua tribuitur patri, & si nolit, quod eius merito debetur.

Ibidem. a c Iustitia, virtutis splendor est maximus, ex qua viri boni nominantur.

Auic. 10. metaphy. sua. a d Necesse est, sit homo, qui nò permittat homines sequi suas sententiâs, diffiniendo quid sit iustitia, & quid iniuria, cuius esse magis necessariū est, quàm natiuitas supercilij & palpebrarū, & quàm multa alia vtilia: esse verò hominē aptū ad instituentium & exequendum iura, necessarium est.

Sene. 4. de virtutib. a e Quisquis iustitiam sectari desideras, prius Deū time & ama, vt ameris à Deo. Amabis enim Deū, si in hoc illū imitaberis vt velis omnibus prodesse, nulli nocere. & tūc te virum iustum appellabūt omnes, sequentur, venerabuntur & diligunt. Iustus enim vt sis, non solum non nocebis, sed etiam

etiã nocētes prohibebis : nam nihil nocere non est iustitia, sed abſtinentia alieni.

a f ita iuſtitia regula tenēda eſt, vt reuerentia diſciplinæ eius neque nimia negligentia communitate deſpecta vileſcat, neque ſeueriori atrocitate durata, gratiã humanæ amabilitatis amittat. *Ibidem.*

a g Ab alio expectes, quod alteri feceris, præſtabis parentibus pietatem, cognatis dilectionē, pacem cum hominibus habebis, bellum cum vitiis præſtabis, amicis fidem, omnibus æquitatem. *Seneca. in proverb.*

Vide etiam in tit. Consideratio. m. Dolor. a. Fortitudo. m. q. Hypocrisis. a. c. Iudex. a. n. Lex. c. d. h. i. Misericordia. h. a. c. Munus. h. Pax. e. Peccatum. y. Pietas. a. g. Kapia. c. l. Sapientia. a. i. Virtus. h.

Iuuentus.

a **V**lcina eſt lapſibus adoleſcentia, quia variarum æſtus cupiditatũ, feruore calentis inflammatur ætatis. *Ambr. de viduis libro 1.*

b Præmittit ætatis generalē iactantiam, quò plus cõmendat humilitatis ſuę gratiã: nō mirabilis humilitas in ſenectute, quæ effœta virib⁹, debilitata fracturis, triftis doloribus, anhela ſuſpiriis, coctã curarũ æſtibus, & in ipſa viuendi mœſto faſtidio alicritate eſt oblita iactantiæ: Rara ſanè iuuenibus eſt humilitas. ideóq; mirãda, dum
ætas

ætas viget, dum vires solidæ, dum sanguis æstuat, dū sollicitudo nescitur, dum ignoratur debilitas, dum læticia frequētatur: tunc feruet iactantia, tunc se iuuetutis extollit affectus, tunc humilitas quæ vilescit, abiecta contemnitur, tunc subiectio de genere conscientie æstimatur infirmitas.

*Ber. 7. epi.
ad Theo-
baldū mi-
letum.*

c Multos videm⁹ iuniorum, super senes, intēdere moribus dies, antiquorum tempora præuenire meritis. & quod deest ætati, virtutibus compensare: quia iuxta Apostolum, ne quis contemnat adolescentiam bonæ indolis. senectus venerabilis nō est numero annorum, sed magis merito morum computata.

*Cypri. de
12. abusio-
nibus.*

d Sicut in senibus sobrietas, & morū pfe-ctio requiritur: ita in adolescētibz obsequiū, & subiectio, & obediētia ritē debet.

Idem.

e Sicut fructus non inuenitur in arbore, in qua flos prius nō adparuerit, sic in senectute honorem legitimum consequi non poterit, qui in adolescētia disciplinæ alicuius exercitatione non laborarit. Disciplina igitur absque obedientia qualiter fieri poterit? Adolescens ergo sine obedientia, adolescens sine disciplina est.

*Cassi. in
episto.*

f Indignè transacta adolescētia, odiosam efficit senectutē, & honestè acta superior ætas fructus capit autoritatis. Quid enim
sene

senectus surripere valet, in quo iuuentus reprehensibilis non fuit?

g Diuitiæ senum, non sunt canities capitis, sed industriæ iuuentutis, nec plurimum annorum circulis, sed laborum præteritorum stipendiis merienda. *Ibidem.*

h Nulla erit processu temporis difficilis clementia Principi, qui in annis puerilibus didicit seruire pietati. *Sen. in ep.*

i Magnū expecta gaudiū, quū puerilem animum deposueris, & te in virum philosophiæ descriperis. Adhuc em̄ nō pueritia, sed quod grauius est, puerilitas remanet, & hoc quidem peius est, quòd autoritatē habemus senum, vitia verò puerorum, nec puerorum tantum, sed etiam infantium. *Senec. 16. epist.*

k Adolescentulum verbosum & eloquentiæ studentem, cum sit sapientiæ inanis, nō aliud, quàm hostem iustitiæ reputa. *Berna. ad Eugenii.*

l Impossibile est iuuenem vitis carnis non tentari. *Hiero.*

m Honor adolescentium est, timorē Dei habere, parētibus deferre: honorē habere senioribus, castitatem tueri, humilitatē nō aspernari, diligere clemētiā & verecundiā, quæ ornamenta sunt iuuenilis ætatis. In senibus grauitas, in iuuenibus alacritas, in adolescentibus verecundia commendatur. *Ambr. de officiis. Hiero. ad*

n Sicut ignis in lignis viridibus suffoca- *Nepotia.*

tur, ita sapientia in adolescentia, tentationibus & libidine impedita, non explicat suum fulgorē, nisi labore & studio & oratione inextinguā. iuētutis intra repellātur.

Vide etiam in tit. Caro, c. Castitas, p. Consilium, n. Conuersio, n. Addicere, q, r. Honestas, d. Regere, f. Senectus, d, h, r, f.

Labor:

*Augu. de
virginitate.*

a **D**iuersis seminibus pectoris tui colles fere, nunc alimoniis mediocribus, nunc ieiuniis parcioribus, lectione, opere, prece: vt mutatio laboris induciat sint quietis.

*Augu. de
opere mona-*

b Citius auditur vna oratio obedientis, quā decem milia cōtemnentis: talis fuit oratio Pharisæi.

*Grego. 5.
moral.*

c Non desinat in labore persistere, quia subleuatio laboris, est vitiū colloborantis.

*Grego. in
moral.*

d Sancti viri, quot labores nunc veritati commendantes exhibent, tot iam remunerationis suæ pignora intra spei suæ cubiculum clausa tenent.

*Greg. sup
per. Ezech.*

e Quibusdam prauis mentibus nihil est laboriosius, quā si eis præcipiatur, vt in huius mundi astibus non laborent.

*Hiero. in
epist.*

f Nullus labor durus, nullum tempus videri longum debet, quo gloria æternitatis acquiritur.

Hiero. ad

g Quantis sudoribus hæreditas cassa expeti

petitur, & minore labore promissa margarita Christi emi poterat.

h. Qui in labore hominum non sunt, in labore profecto Daemonum erunt. *Ber. super cantica.*

i. Causam laboris cogitet in labore, ut ipsa ei poenam, quam patitur, repraesentet. *Bar. 5 ser.*

k. Libentius suscipitur labor pro desiderio voluntatis, quam pro amore virtutis. *Leo papa de ieiunio*

l. Generosos animos labor nutrit, laborem si recuses, parum esse potes. Non est viri, timere sudorem. *Septimanii mensis. Sen. 31. ep.*

m. Multum abhorret opus, cuius inchoatio invidia, continuatio est labor, finis est odium. *Sen. in ep.*

n. Si qua per laborem recte feceritis, labor cito recedet, beneficium dum vivitis, non abscedit. Si qua per voluptatem pravam nequiter feceritis, voluptas cito abibit, nequiter factum apud vos semper manebit. *Sene. ibid.*

Vide etiam in rit. Acedia, f. g. Consolatio, e. Honor, e. Perseuerantia, f. Religio, k. Sapientia, a, k. Sollicitudo, a. Virtus, g.

Lachrymæ.

a. **L**achrymas Petri lego, satisfactionem non lego, sed quod defendi non potest, abluí potest. Lauant lachrymæ delictum, quod voce pudor est dicere vel confiteri. Lachrymæ veniam non postulant, sed merentur. *Ambr. sup. Lucã. lib. 9.*

b. Fleuit amarè, ut lachrymæ lauarent. *de Amb. ibi.*

lictū, tu similiter lachrymis dilue culpam.
Non inuenio quid dixerit, sed quod fleuit.

Ambro. de obitu Valentiniani. c Pascunt frequenter lachrymæ, & mentem alleuant fletus: refrigerant pectus, & mœstum consolantur. Est enim piis affectibus quædam flendi volūtas, & plerūque graues lachrymas euaporat dolor.

Hiero. in epist. d O lachryma humilis, tua est potētia, tuum regnum, tribunal iudicis non vereris, amicorum tuorum accusatoribus silentium imponis: non est, qui te accedere vetet, si sola intraueris, vacua non redibis, magis crucias diabolum, quàm pœna infernalis. Quid plura? Vincis inuincibilem: ligas omnipotētē: inclinas filium Virginis.

Hier. ibid. e Docente te in ecclesia, nō clamor populi, sed gemitus susciteretur. Lachrymæ auditorū laudes tuę sint. Petrum ter negantem, amaræ in locū suum restituere lachrymæ.

Hier. super Esaiam. f Oratio Deum lenit, sed lachryma cogit, hæc vngit, illa pungit.

Greg. super ill. ho. 7. sermo. g Holocautum siccum, est bonum opus, quod orationis lachrymæ non infundunt, p Exe. Ho holocaustum pingue est, quando hoc, quod locustū bene agitur, corde humili etiā per lachrymas irrigatur.

Isa. 40. 6. &c. h Irriguum superius accipit anima tua, Gre in requiem se lachrymis regni cœlestis desiderio affligit. irriguum verò inferius accipit,

quum

quum inferni supplicia flendo pertimescit. *Etās illud.*
 i Vniuscuiusque mentantū pœnitendo *Axa filia*
 cōpunctionis suæ bibit lachrymas, quan- *Cale. Ec.*
 tum se à Deo meminit amisisse per culpas. *Gre. 5 pa-*
 k Sape quod torpentes latuit, fletibus in *storal.*
 notescit, & afflicta mens certius inuenit *Greg. lib.*
 malum, quod fecerat, & reatum suum, cuius *8. moral.*
 secreta non meminit, hunc in se commota
 deprehendit.

l Lachrymæ pœnitentium vinum sunt *Ber. super*
 angelorum, quia in illis odor vitæ, sapor *cantica.*
 gratiæ, gustus indulgentiæ, sanitas redeun-
 tis innocentiæ, reconciliationis iocunditas,
 & serenatæ conscientiæ suauitas.

m Illas enim lachrymas verè in vinum *Ber. ibid.*
 mutari bonum dixerim, quæ supernæ com-
 passionis affectu in feruorem prodeunt cha-
 ritatis, pro qua etiã ad horã tui ipsius im-
 memor sobria quadam ebrietate videris.

n Ecce pro omnibus, quæ ab initio con- *Ber. 5 ser.*
 uersationis meæ mihi retribuit, compun-
 ctionem videlicet lachrymarum, deuotio-
 nem in meditationibus, consolationem in
 laboribus, directionē in meis actionibus,
 pro his inquam innumeris aliis beneficiis
 quid ei retribuam rursus? qui totum dedit,
 quid vterius impendere habeo?

o Delitiæ angelorum sunt lachrymę no- *Bernard.*
 stræ, & delectabiles lachrymæ pœnitentis.

Ber. de cō- p Felices lachrymæ, quas benignæ ma-
temptu nus cōditoris absterget: & beati oculi, qui
mundi. in talibus liquefieri elegerunt, q̄ eleuari in
 superbia n, quàm omne sublimè videre,
 quàm auaritiæ & petulantix famulari.

Chryso. in q Nemo ad Deū aliquādo flens accessit,
serm. qui non quod postulauit acceperit, nullus
 ab eo beneficia dolēter optauit, qui nō im-
 petrarit. Ipse enim est, qui consolatur flen-
 tes, dolentes curat, pœnitentes informat.

Chryso. su- r Sicut post vehementes imbres, mundus
per Matt. aër ac purus efficitur, ita & post lachryma-
 rum pluias serenitas mētis sequitur atque
 tranquillitas.

Cassaper f Fletus, est cibus animarum, corroboratio
psal. Fae- tio sensuum, absolutio peccatorum, refe-
re mihi la ctio mentium, lauacrum culparum.

chrym.e t Luctus est, quum quis exacerbato ani-
mez, &c. mo quod minus vitionis potest in superio-
Victori. rem, in seipso studet fletibus satisfacere.

Petr. Ele- v Multis enim consolationi sunt lachry-
scn. mæ, & ex parte maxima magnitudinē do-
 loris minuunt. dolor siquidem speciē ignis
 gerit, qui dum plus tegitur, plus ignescit.

Vide etiam in tit. Coniugiū, a c. Dolor, e.
 Gaudium, h. Iustitia, q. Pœnitentia, y, a o.

Lasciuia.

Ambr. de a **C**aveamus ne dū laxare animū vo-
offi. lib. 1. lumus, soluamus omnē harmoniā,
 quasi

quasi conceptum quendam bonorum operum. Vsu enim cito inflectit naturam.

b Vbi saltatio, ibi diabolus: neque enim *Chry. suo* Deus ad hoc nobis dedit pedes, vt cum capill. *Mat.* melis saltemus, sed vt cum angelis chorum 14. *Die au* faciamus. In saltibus lætantur dæmones, *tem nata* & exultant ministri dæmonum. *lis, &c.*

c Puellam, propter quam iniquæ adparebant nuptiæ, occultari oportebat, vt conuiuium matris meretricis occultaretur. *Chry. ubi.*

d Si volumus, magna sæpe intelligemus ex paruis, ex oculorum intuitu, ex remissis aut contractis superciliis, ex mœstitia, ex *Tullius in* hilaritate, ex risu, ex locutione, ex contentionem vocis vel summissione, & cæteris similibus facile iudicabimus, quod eorum *rhetori.*

apte fiat, quidue ab officio discrepet.

e Sicut pueris non omnem ludendi licentiam damus, sed eam, quæ ab honestis actionibus non sit aliena, sic in ipso loco aliquod probi ingenij eluceat. *Tull. li. 1. de offi.*

f Non ita generari à natura sumus, vt ad ludum & iocum facti esse videamur, sed ad seueritatem potius, & ad quædam studia grauiora atque maiora. *Ibidem.*

g Ludo & ioco vti quidem licet, sed sicut somno & quieribus cæteris, tunc cum grauioribus & seriis rebus satisfecerimus. *Ibidem.*

h Sic te geras sapienter, vt nullus te ha- *Seneca.*

beat tanquam asperū, nec contemnat quasi vilem. Illi autē qui in ludo deficiunt, neque ip̄i dicūt aliquid ridiculum, & dicentibus molesti sunt, quia scilicet moderatos aliorum ludos non recipiunt.

Sen. de 4. virtutis. i Omnia tolerabilia præter turpitudinē crede, à verbis quoque turpibus abstineto, quia licētia eorū impudentiam nutrit. Sermones vtilēs magis, q̄ facetos & affabiles ama. Misceris interdū seriis iocos, sed temperato, & sine detrimento dignitatis & verecundia. Nam reprehensibilis ludus est, si immodicus, si pueriliter effusus, si muliebriter factus. Odibilē quoq; hominē facit risus aut superb⁹, aut clarus, aut malignus, aut furtiuus, aut alienis malis euocatus.

Vide etiam in ti. Cōsolatio. c. Cōuersatio, f, h, a i, b, a. Diuitiæ, a m. Gaudiū, d. Gula, h, m. Honestas, d. Laus, a b. Loquacitas, d. Modestia, Otiositas, d. Ornatus, & Prælatio, e, m. Religio, a f. Tristitia, g. Virginitas, a f.

LAUS.

Au. de ser. domini in monte. a **L**aus humana nō appeti à sapiente, sed subsequi debet sapientes, & rectè facientem, vt illi proficiant, qui etiam imitari possunt quod laudant.

Augu. sic per psal. b Securitas laudis in laude Dei est. Vbi laudator securus est? vbi non timet, ne de laudato erubescat.

c Bonum laudare, non laudato, sed laudantibus prodest. *Augu. sua per Ioan.*

d Ibi est à vanitate remota laudatio, vbi etiam vituperatio ab offensione secura est. *Augu. ad Dioscorū.*

e Non huius laudis vires sentit, nisi qui ei bellum indixerit: quia & si cuiquam facile est laude carere, dum negatur, difficile est ea non delectari, dum offertur. *Aug. ibid.*

f Non prohibet videri vt Deus lauderetur, sed videri vt ipsi laudentur. *Au. super ill. Mat. 6.*

g Hanc opinionē faciliter præsumptam queso deponas, tuūq; animū quanuis erga me benevolentissimum soluas, atq; eruas: ac de me mihi magis, q̄ vlli alteri credas. *faciatis. co. hom.*

h Nec valde gaudere debemus, quando laudamur, nec contristari, quando vituperamur: quia nec deprauare iniuria, nec coronare potest laus aliena. *Cc. Augu. in epi ad Volusian.*

i Quid est quod dicis, ego diues, ille pauper? Sarcinam tuam commemoras, pondus tuum laudas, taceas laudes tuas, qui miserationes tuas non consideras. *Ibidem. Augu. de doctrina Christiana.*

k Esse humilem est, nolle laudari in se. Qui ergo in se laudari appetit, superbus esse conuincitur. *Augu. suo per illud psal. 5.*

l Apuleius auditoribus suis admirantibus doctrinam commendabat, non auiditate consequendæ laudis, sed charitate seminandæ veritatis. *Augu. suo per Gene.*

*Aug. in
quadā ep.*

m Laudamus mē laciter, delectamur in-
niter, & vani sunt, qui laudantur, & mēda-
ces, qui laudant. Alij laudātur, & ficti sunt:
alij laudant, quod putant, & falsi sunt: alij
vtrorūq; præconiis gloriātur, & vani sunt.

*Ambro. in
Natali
sancti Eu-
sebij.*

n Dicit sermo diuinus, ne laudaueris ho-
minem in vita sua, tanquā si diceret: Landa
post mortem, magnifica post consumma-
tionem. Duplici tamen ex causa vtilius est
homini memoriæ laudem dare, quā vi-
tæ, vt illo potissimū tempore merita san-
ctitatis extollas, quando nec laudantē adu-
latio mouet, nec laudatū tentat elatio. Lau-
da ergo post pericula, prædica securū, lau-
da nauigantis felicitatem, sed quum per-
uenerit ad portum, lauda ducis virtutem,
sed quum perductus est ad triumphum.

Quis autem diues possit hinc sine trepida-
tione laudari, qui & de præterito meminit
se habere, quod doleat, & de futuro videt si-
bi superesse quod timeat?

*Hero. in
epi.*

o Plures in hoc ipso placere cupiūt, quod
placere contemnunt: & mirum in modum
laus, dum vitatur, appetitur.

Ibidem.

p Viliū satis hominū est & suā laudem
quærentium, alios viles facere, quia alte-
rius vituperatione se laudari putant, & qui
suo merito placere non possunt, placere
volunt in comparatione peiorum.

q Caue

q **C**auē ne hominum rumusculos acceperis, caue ne offensam Dei in populorum laudes commutes. *Hiero. ad Nepotia.*

r **S**i verè laudabilis esse cupis, laudes hominū ne requiras: quia quāuis alicui sit facile laudē nō curare, dum negatur, est tamē difficile ea non delectari, quum offertur. *Hiero. ad Celantiā.*

f **S**epe bono operi dum laus humana obuiat, mentē operātis immutat, quæ quāuis quæsitā nō fuerit, tamē oblata delectat. *Grego. in mora.*

t **P**enè omne, quod de Deo dicitur, eo ipso iam indignū est quod potuit dici. Nā cuius laudi non sufficit obstupescens conscientia, quomodo sufficit loquens lingua? *Ibidem.*

v **L**aus sua iustos cruciat, iniquos exultat, scilicet iustos dum cruciat, purgat iniquos: dum latificat, reprobos monstrat. *Ibidem.*

x **Q**uum per accepta bona reprobi in sua laude se eleuant, ipsis muneribus contra largitorem pugnant. Inde quippe contra datem superbiunt, vnde ei amplius humiles esse debuerunt. *Greg. lib. 8. moral.*

y **Q**ui inchoatæ virtutis ab humano honore laudem receperit, quasi plantati ligni ante tempus comedit. *Ibidem.*

z **Q**uò arbor altiùs ad superiora surrexerit, eò vim vëtorū vehemētius sentit, quia quò plus quis in bona opera attollitur, eò ampliori ab ore laudatiū flatu fatigatur. *Greg. 22. moral.*

Valde

- Ibidem.* ab Valde perfectiorū est sic ostenso opere autoris gloriā querere, vt de illata laude nesciat priuatā exultatione gaudere.
- Ibidem.* ac Quasi latrunculus est appetitus laudis humanæ, qui recto itinere gradientibus ex latere iungitur, vt ex occultis educto gladio gradientium vita trucidetur.
- Gre. 3. pa.* ad Nescit laudem, dum suppetit, fugere, qui ad hanc didicit, cū deesset, anhelare.
- Ibidem.* ae Quam enim pro recto opere laus transitoria quaeritur, æterna retributione res digna vili pretio venundatur.
- Ibidem.* af Quisquis laudis cōcupiscentias calcare non sufficit, ædificationis fraudem perpetrat, si bona quæ egit occultat.
- Bern. sup. cant.* ag Laus in nobis referatur ad ipsum laudabilium vniuersorū autorem & largitorem: nō fictē, quemadmodum ab hypocritis, nō sola cōsuetudine, sicut à secularibus, sed nec necessitate quidem, vt iumenta ferendis oneribus applicantur, sed sicut decet sanctos synceritate fida, deuotione sollicita, hilaritate grata sed non dissoluta.
- Chryf. de lau. Pauli homi. 5.* ah Extrema dementia est, nulla immittente necessitate rerum, & necessitate violenta, propriis laudibus velle decorari. Non est secundum Deum loqui: iudicium est potius istud infamię: hoc enim omnem nobis mercedem euacuat.

a i Non laudatur de fide leprosus, cuius *Chry. sup. ill. Mat. 8.*
 in lege doctus: hic alienigena scilicet cen- *Audiet le*
 turio laudatur: quia legis ignarus. in mo- *sus mi.*
 dico enim sermone sapientie plus lauda-
 tur rusticus, quam in magno philosophus,
 & puer si aliquid dixerit sapienter, lauda-
 rur, ubi perfectior non auditur.

a k Iustum est, ut bene gerentibus lau- *Cas. lib. 1.*
 dis tribuatur assensus. Nam si equorum cur- *epif.*
 sus hominum clamoribus incitatur, & inso-

nantium manibus agitatur, ut mutis animalibus
 velocitas appetatur, quantum inde homi-
 nes stimulari posse credimus, quos ad lau-
 dis auiditatem singulariter incendimus?

a l Gloriosis quippe gratiosiora sunt *Cas. li. 2.*
 praemia quam tributa, quia stipendium *epi.*
 & tyranno impenditur. laudis autem pra-
 dicatio non nisi bono Principi debetur.

a m Generosus est, parces laudas: dives *Apuleius*
 est, non credo fortunae: validus est, agridi- *de Deo*
 ne fatigabitur: pernix est, abibit in senectu- *Socr.*
 te: formosus est, expecta parum, & non erit.

a n In homine quoque illud laudandum est, *Se. 41. epi.*
 quod ipsum est. familiam formosam haber,
 & domum pulchram, multum ferit, multum fœ-
 nerat, nihil horum in ipso est, sed citra ipsum.
 laudam illo, quod nec eripi potest, nec da-
 ri, quod proprium hominis est. quæris quid
 sit? Animus, & ratio in animo perfecta.

Quid

Quid autē est ratio: hoc ab illo exigat reus
facilimā, secundum naturam suam viuere.

Ibidem. a o Quid stultius est, quā in homine
aliena laudare? Quid eo dementius, qui ea
minatur, quæ ad alium transferri protinus
possunt? Nemo gloriari, nisi de suo debet.

Se. in epl. a p Lauda parce, vitupera parcius: simi-
liter eū reprehensibilis nimia laudatio, &
immoderata vituperatio. illa siquidē adu-
latione, ista malignitate suspecta est: testi-
monium veritati, non amicitiae reddas.

Sen. de. 4. a q Sit tibi tā triste laudari à turpibus, q̄
vir. i qua à lauderis ob turpia. Lætior esto, quoties
dam epi. displices malis, & malorū de te æstimatio-
nes prauas, verā tibi laudationem adscri-
be. Sectator epularū nō de bene viuēte, sed
de bene pascēte laudabilē p̄fert sententiā.

Se. ib. 69. a r Nolo nolo, laudes me: o magnū virū!
epist. cōtēpsit omnia, & dānatis humanæ vitæ fu-
roribus, fugit nihil damni, nisi me. Non
est quòd proficiē. si causa venire ad me ve-
lis. erras, qui hinc aliquid auxiliij speras. nō
medicus, sed æger hīc habitat. Malo illa,
quum discusseris dicas: Ego istū bonū ho-
minē putabā, & eruditū: erexeram aures,
destitutus sum: nihil vidi, nil audiui quod
cōcupiscerem, ad quod reuerterer, quum se-
cesseris: nō est agendum hoc vt de te hoīes
loquātur, sed vt ipse tecum loquaris. Quid
aut

autē loqueris quòd homines de aliis libē-
tissimè faciunt, de te apud te malè æstima-

a f Bonum est laudari: sed præstātius est *Sen lib. de*
esse laudabilem. neminem citò laudaueris: *morib.*
neminem citò accusaueris. Vitium est, om-
nia credere: vitium est, nihil credere.

a r Parua laude dignus est, q̄ tantū mise- *Sen in pro*
ris anteferrur. Lasciuia & laus nunquam
habent concordiam. Quàm magnum est
nolle laudari, & esse laudabilem?

Vide etiam in tit. Adulatio & Consciē-
tia. a. d. Conuitium. b a. Deus. p. Eleemosy-
na. r. Eloquentia. a. Fama, Favor. Gloria
bona. d. Honor. v. Ieiunium. a. k. Prælatio.
a r. Sanctitas. t. x. z. Superbia. e. Virtus. z.

Lex.

a **Q**uod impatorū lex minādo impe- *Aug. lib.*
rat, hoc fides credendo impetrat. *de spiritu*

b Lex Dei charitas est, lex data est, vt gra- *et litera.*
tia quæreret. grā data est, vt lex impleretur. *Ibidem.*

c Factæ sunt leges, vt earū metu huma- *Isi. lib. 2.*
na coërceatur audacia: tutāque sit inter *etymolo.*
improbos innocentia: & in ipsis impro-
bis, formidato supplicio, refrænetur no-
cendi facultas,

d Erit lex honesta, iusta, possibilis secū- *Isid. ibid.*
dū naturā, secūdū cōsuetudinē patriæ, loco
tēporique cōueniēs, necessaria, utilis, mani-
festa quoq; ne aliquid p̄ obscuritatē in ca-
ptione

ptione contineat, nullo priuato cōmodo, sed pro cōmuni ciuium vtilitate adscripta.

Ibidem. e Octo genera pœnarū in legibus contineri Tullius scripsit: id est damnū, vincula, verbera, talionem, ignominiam, exiliū, seruitutem & mortem.

Leo papa. f In his rebus, in quibus nihil statuit certum scriptura diuina, nobis, populi Dei vel instituta maiorum, p̄ lege tenēda sunt.

Idem. g Meditatio legis est, non solūm in legendis scripturis, sed etiā in his quæ scripta sunt, faciendis.

Cassiodo. h Quid enim potest esse melius, quām homines in bonis legibus cōfidere, & casus reliquos nō timere? Iura publica certissima sunt humanæ vitæ solatia, infirmiorum auxilia, & potentium fræna: vnde & securitas venit, & conscientia proficit.

Vale. Maxi. de memoral. di. i Quā porrò subtiliter Anacharsis leges ataneorum telis cōparabat: nā ait illas infirmiora aīalia retinere, valentiora trāsmittere: ita his humiles & pauperes constringi, diuites & præpotentes nō alligari. Vide etiā in ti. Consuetudo. e. l. m. Dilectio. f. Gratia. e. Perfectio. i. Sacerdos. m.

Liberalitas.

Av. de difa finitio. **L**iberalitas est motus quidam animi faciens & approbans liberas largitiones sine spe retributionis.

Dand

b Dandum est quod nec tibi, nec alteri noceat: & quum negaueris, quod petit iudicanda est iustitia: ut non eum inanè dimittas: & aliquando melius aliquid dabis, etià quum iniuste perentem correxeris.

c Vberior est munus ex paruo, quàm thesaurus ex maximo: quia non tantum quod detur, sed quantum desiderat perpenditur. Nemo plus tribuit, quàm qui sibi nil reliquit.

d Non solum quæritur quantum, sed de quanto & quo animo detur.

e Dominus non vult simul effundi opes, sed dispensari: nisi fortè ut Eliseus boues suos occidit, & pauperes pauit de eo, quod habuit, ut nulla cura teneretur domestica.

f Non illa perfecta est liberalitas, si iactantia causa magis, quàm misericordiae largiaris. affectus tuus nomè imponit operi tuo.

g Non probatur liberalitas, vel largitas, si quod alter largitur, alteri quis extorqueat, si iniuste quærat, & iniuste dispensandum putat.

h Perfecta est liberalitas, ubi silètio tegit opus suum: & necessitatibus singulorum occulte subuenit, quem laudat os pauperis, & non labia sua. Denique perfecta liberalitas fide, causa, loco, tempore commendatur: ut principium operis circa domesticos fidei.

Ibidem.

i Est alia probāda liberalitas, vt proximos seminis tui non despicias: si ege, e cognoscas. Melius enim est, vt ipse subuenias tuis, quibus pudor est ab aliis sumptum de polcere, aut alicui postulare subsidium necessitati: non tamē vt illi ditiores fieri velint, quod tu possis conferre inopibus.

Ibidem.

k Est duplex liberalitas: vna q̄ subsidio rei adiuuat, id est, vsu pecuniæ: altera, que ope ūc illatione impenditur: q̄ multò frequenter splendidior, multòque preclarior.

Ibidem.

l Quicquid ex affectu puro ac sincero promittitur, hoc est, decorum, non superfluas ædificationes aggredi, non prætermittere necessarias.

Hier. ad Paul.

m Considera Christi substantiā, ne imprudenter effundas, id est, ne immoderato iudicio rem pauperum tribuas, non pauperibus, ne secundum dictum prudentissimi viri liberalitate liberalitas pereat.

Hic. li. de viduis.

n Liberalitas non cumulatione patrimonij, sed largitatis diffinitur affectu.

Gre. 7 ep.

o In ipsa aut liberalitate modus adhibendus est rerū & psonarū: rerū, vt nō oīa vni, sed singulis qdā p̄stetur, vt plurib⁹ prodesse possimus: iuxta illud p̄phetæ: Disperdit, dedit pauperibus. Personarū, vt paup̄m iustis, deinde peccatoribus: q̄bus tamē prohibemur dare, nō q̄a hoīes, sed quia peccatores.

p Qui

p Quibuslibet inopiã ferre nõ valẽtib⁹, tolerabilius est minus tribuere, quã post largitatem suã ex inopiã angustia murmurare. *Greg. 19. mora.*

q Nunquam est vacua manus à munere, si arca cordis repleta est bona voluntate. *Ibidem.*

r Nulli parvus est sensus, cui magnus est animus: nec de rei familiaris mensura p̄det modus pietatis. Maiora quidem sunt impendia diuitum, & minora mediocrium: sed nec discrepat fructus operum, ubi non deest affectus operantium. *Leo papa in appar. Domini.*

s Si nõ est omnium æqualis facultas, debet esse par pietas: quoniã fidelium largitas, non de muneris pensatur pondere, sed de benevolentia quantitate. *Ibidem.*

t Semper illi, quod largiatur, occurrit, cui bene velle non deficit. *Ibidem.*

v Honestius est re negare, quã longos terminos dare: quia minus decipitur, cui celeriter negatur. Vnde ad multã instantiam res exhibitã, chara videtur emptione. Gratius est donum, quod venit ante preces. *Casim. ep.*

x Parua, ex voto offerentis magna fiunt munera, consumunt autem autorem suum que constiterint extorta. *Val. 3. ser.*

y Tunc solum pretiosa est pecunia, quã de usu largiendi desinit possideri. *Boëtii. de cõsolatio.*

z Quẽadmodũ sæua & acerbissima crudelitas est, quæ trahit pœnã: & misericor- *Sene. li. de off. sen. be.*

ditæ genus est citò occidere: ita maior est muneris gratia quæ minùs diu pependit. Sicut in telis eadem ferri vis est: sed in infinitum, interest utrū excusso lacerto torqueantur, an remissa manu effluant: ita illud quod datur scilicet interest quomodo detur, an tardè, an citò.

Ibidem. a b Omnis benignitas properat: & proprium est libenter faciētis, citò facere: si die in diē trahens profuit, nō ex animo fecit: itaque duas res maximas perdidit, & tempus, & argumentum amicæ voluntatis.

Ibidem. a c Nonnunquam magis nos obligat, qui dedit parua magnificè, qui regum opes æquavit animo, qui exiguum tribuit, sed qui libenter: qui paupertatis suæ oblitus est, dum in ea respicit, qui occasionem qua prodesset, quæsiuit.

Seneca, a d Multòque gratius venit quod facili, quod ex plena manu venit, seu datur: exiguū est quod in me contulit, sed amplius non potuit. At hoc, quod dedit: magnum est: sed dubitavit, sed distulit: sed cum daret, gemuit, sed superbè dedit: sed quum contulit, ambitioni dedit, non mihi.

Ibidem. a e Non refert quid sit, quod datur: nisi à volente volenti. A quibus ergo accipiemus? ut breuiter tibi respondeam, ab his, quibus dedisse videamus.

a f Vnum bene positum beneficium, multorum amissorum solatur damna. Beneficium est beneuola actio, tribuens gaudium, capiensq; tribuendo: & etiam id, quod facit, prona & sponte sua parata. *Sene. ibid.*

a g Caue ne beneficium maius sit facultate tua: inest enim tali liberalitati cupiditas rapiendi, vt ad largiendum superet copia. Sequuntur enim tale largitionem rapinae: quum eo enim dando egere coeperint: alienis bonis manus inferre coguntur: & maiora odia eorum assequuntur, quibus ademerunt, quam fauores eorum, quibus dederunt. *Ibidem.*

a h Officium liberalitatis est omni petenti dare, deos imitari. Si deos imitaris, da etiam ingratum. Nam & sceleratis Sol oritur, & Piratis maria patent. dii rerum omnium optimi autores, ignorantibus beneficia dare incipiunt, ingratis perseverant: non cessant dii beneficia cogere, vna sortiti intentionem scilicet pdesse, imitemur illos. demum, etiam si multa in irritum data sunt, Ingratum est: non fecit mihi iniuriam, sed sibi. nam gratum beneficium semper delectat, ingratum semel. *Ibidem.*

a i Duo sunt genera largorum: quorum alteri dispensatores: alteri liberales, dispensatores, qui epulis & muneribus histrionum & lenonum pecunias profundunt, quorum memoriam aut breuem, aut nullam sunt *Ibidem.*

relicturi: liberales, q̄ suis facultatibus aut captos, aut prædonibus redimunt, aut amicos in filiarum collocacione iuuant: vel in alia re querenda vel agenda.

Se. 83. epi. a k Refert cuius animi sit, qui præstat, non cuius status. nō est gloriosum, quod ab inuito & tergiversante sit: nihil facit virtus, quod necesse est.

Ibidem. a l Multi sunt q̄ nō donāt, sed proiciūt. Non voco liberalem, pecuniæ suæ iratum.

Sen. lib de beneficiis. a m Ab Antigono Cynicus petit talentū. Respōdit plus esse, quā Cynicum deceret petere: repulsus, petit denarium. Rñdit minus esse, quā qđ regem deceret dare. Turpissima hmōi cauillatio est. Inuenit enim qñō neutrū daret. In talēto Cynicū, in denario regem respexit, cum posset & denarium Cynico dare, & talentum tanquā rex.

Ibidem. a n Melius Alexāder, cū daret ciuitatem cuidā dicenti nō cōuenire ciuitatē humili fortune suæ: respōdit: Nō quero qđ oporteat te accipere, sed quid deceat me dare. Socrati cū multa p̄ suis facultatibus offerret Aeschines pauper auditor, ait: Nihil, inquit, dignū te, qđ tibi dare possem inuenio: & ob hoc solū me pauperem esse sentio. tamē dono tibi vnū quod habeo, me ipsam. hoc autē munus rogo qualecūque est, boni cogites: alij em̄ cū multū tibi darent, plus

plus sibi reliquerunt : sed ego mihi de me nihil reliqui. Nemo enim plus tribuit, quàm qui sibi nihil reliquit: ut Socrates: Tu, inquit magnum munus mihi das, ubi te tam paruo æstimas. Habebo itaque curæ, vt te meliorẽ tibi reddã, q̃ accepi. Ecce quomodo æstimes, hoc munere vicit omnem iuuenũ opulentorũ munificentiam. Vides quomodo animus inuenit liberalitatis materiã etiã inter angustias, neq; existimes illũ vilẽ sibi fuisse: q̃a pretiũ se sibi fecit ingeniosus adolefcẽs. Non ergo quãta quæque sint, sed à quali, prospiciendum est.

a o Melius puto apud pauperes bonos, q̃ *Senec. de*
 apud diuites magnos collocari beneficiũ: *beno.*
 & reddit rationem. Nam qui locupletes sunt beneficio obligari nolũt. unò quũ acceperint beneficiũ, quãuis magnum, aut beneficiũ se prius dedisse arbitrãtur: aut aliquid à se expectari suspicãtur. cũ verò inopi bono benefacis, spectatũ se, nō suã fortunam putat. & ideo si in contentione res venerit, sequere Themistoclem, qui ait de nuptiis filiaẽ suã consultus, malo virũ, qui pecunia egeat, quàm pecuniam quæ viro.

a p Sicut non est liberalis, qui sibi donat: *Sen. libro*
 nec clemens, qui sibi ignoscit: nec misericors, qui malis suis tangitur, sed qui aliis: *3. de bene*
 ita etiam nemo sibi ipsi beneficiũ dat, sed *ficiis.*

naturæ suæ parat, quæ monet ad refutanda
noctua, & appetenda proficua.

Seneca in a q Bis est gratū, si qd opus est, vltro offe-
proverb. ras. Benignus etiā cām dandi cogitat, cui
semper dederis, vbi negas, rapere imperas.

Seneca ibid. a r Duplex fit bonitas, quū accedit celeri-
tas: minus decipitur, cui negatur celerius.
Ages sic alienū negotiū, vt tuū non obliui-
scaris. amico ita pdesto, vt tibi nō noceas.

Vide etiā in ti. Beneficētia & Hospitali-
tas & Parentes. b. Paupertas. q. Petitio. l. m.
Promissio. b. d. e. Seruitium. m. *Libertas.*

Augus. de a **Q**uæ delectat vera libertas, ab
vera religio- amore rerum mutabilium liber
gione. esse appetat, & quem regnare delectat: vni
omnium regnatori deo subiectus sit, plus
eum diligendo, quàm semetipsum.

Aug. li. ad b Quidam religionē nostrā, quàm ma-
inquisitio nifestissimis & paucissimis celebrationū
nes Ia- sacramentis de misericordia volunt esse li-
nuarij. beram, seruilibus premunt oneribus.

Augus. de c Prima libertas voluntatis erat, posse
correctioe non peccare: nouissima erit multò magis
et gratis. non posse peccare. Prima immortalitas
erat, posse non mori: nouissima erit mul-
tò magis non posse mori. Prima erat per-
seuerantiæ potestas, bonum posse non de-
serere. nouissima erit perseuerantiæ feli-
citas, bonum non posse deserere.

d Ille

d Ille verò in quavis cōditione seruit, *Ambro. de*
 liber est, qui amore non capitur: avaritiæ *Ioseph.*
 vinculis non tenetur: metu criminis non
 alligatur: qui securus expectat presentia:
 quem non terrent futura.

e Cùm nobis triplex posita sit libertas, *Ber. de li-*
 à peccato, à miseria, à necessitate: hanc vl- *bero arbi-*
 timo loco positã cōtulit nobis in cōditio *trio.*
 ne natura. In prima, restauramur à gratia,
 media per diligentiam gratiæ comitata,
 exercetur in via: tertia autem reseruat
 nobis in patria. dicatur prima libertas na-
 turæ, secunda gratiæ, tertia gloriæ. Prima
 habet multũ honoris: secunda plurimum
 virtutis: nouissima cumulũ iocunditatis.

f Liber est æstimandus, qui nulli turpi-
 tudini seruit.

g Quid est libertas? potestas viuēdi vt ve *Cic. i par.*
 lis. Quis igitur viuit, vt vult, nisi qui recta
 sequitur? Solum hoc cōtingit sapiēti, vt nihil
 faciat inuitus, nihil dolens, nihi coactus.
 Quis neget omnes leues, omnes cupidos,
 oēs deniq; improbos esse seruos? An ille
 mihi liber est, cui mulier imperat, cui le-
 ges imponit, præscribit, iubet, vetat quod
 videtur: q nihil imperãti negare potest, ni-
 hil recusare audet? poscit, dādũ est: vocat,
 veniendũ: eiicit, abeūdũ: minatur, extime-
 scendũ. ego verò istũ non modò seruũ, sed

nequissimū seruum, etiam si in amplissima familia natus sit, appellandum puto.

Senec. 31. episto. h Quid? eques, aut libertinus, aut seruus nomina ex ambitione, aut iniuria nota suspicere in cœlum ex angulo licet.

Senec. 47. episto. i Qui sit libertas quaeris? nulli rei seruire, nulli necessitati, nullis casibus, fortunam in æquum reducere.

Seneca. in proverb. k Liber non est, quem superbus inflamat animus.

Vide etiam in titu. Nobilitas & sacramentum a. & in titu. Seruitus & Violentia.

Libido.

Augus. de fide ad Petrum. a Sine libidine non est parentū concubitus: ob hoc ex eorū carne nascentiū non potest sine peccato esse conceptus.

Ambro. in qua 1. ep. b Libido velut festuca est, citò accenditur, propè consumitur.

Amb. in li. de Ab. l. et Cain. c Sæuus criminum stimulus libido est, quæ nunquam manere quietū patitur affectum: nocte feruet, die anhelat.

Hic. in qua dam epist. d Non usus rerum, sed libido vrentis in culpa est.

Hic. ibid. e Libidinosa mēs ardentiùs honesta persequitur: & quod cū licet, dulciùs suspicatur.

Hic. in epist. ad salui. f In serico & in pannis eadē dominatur libido, nec regum purpuram timeret: nec mendicantium spernit squalorem: multoq; melius est stomachum dolere, quàm men-

tem: imperare corpori, quàm feruire: gressu vacillare, quàm pudicitia. Nisi statim nobis pœnitentiæ subsidia blandiantur: quæ sunt infelicitium remedia: cauendum est vulnus, quod dolore curatur.

g Vêter mero estuâs, citò spumat in libidine. Vêter em̄ & genitalia vicina sunt: & vnũ alteri subministrat. Ex vicinitate em̄ mēbrorũ sequitur confœderatio vitiorum. *Hic. 7. epi.*

h Nulla faciliùs ad maleficiũ causa quàm turpis amor, & intemperans libido commouere potuit. *Pul. 2. de Rhet.*

i Libidinis initium continebis, si exitũ cogitaueris. *Sene. li. de moribus.*

Vide etiã in ti. Virginitas. t. Voluptas. g.

Loquacitas.

a **A**BSit vt multiloquium deputẽ quãdo necessaria dicuntur, quantalibet sermonum multitudine, aut prolixitate dicuntur. *August.*

b Periculum est dicere non solum falsa, sed etiam vera: si is ea, non quibus oportet, insinuet: quod vitium quadripartitum est: vel adulationis, vel auaritiæ, vel iactantiæ, vel loquacitatis incautiæ. *Ambr. sup Beati immaculati.*

c Quãplures vidi loquendo in peccatũ incidisse. Vix quempiam tacendo, ideòq; tacere nosse, quàm loqui, difficilius est. *Amb. 1. de officio.*

d Alliga sermonẽ tuũ ne luxuriet, ne lasciu

sciuiat, & multiloqua peccata sibi colligeret. Si restrictior & ripis coërceatur, cito iurū colligit amnis & vndas. Iugū sit verbis tuis & statera atq; mēfara, vt sit grauitas in sensu, in sermone pōdus, atq; in verbis mod°.

Amb. l. i. de virginitate.

e Ingređitur mors per ostiū tuū, si falsum loquaris, si turpiter, si procaciter: postremò, si vbi non oportet, loquaris.

Hiero. ad Nepotia.

f Verba voluere, & apud imperitū vulg°, admirationē sui facere, indoctorum hominū est. Nihil tā facile, q̄ vilē plebē, & indoctam volubilitatem linguæ decipere, quæ quicquid non intelligit, plus miratur.

Gre. lib. 7. moralium.

g Tēpus tacēdi & tēpus loquēdi: discreta vicissitudine pēsanda sunt tempora, ne aut quum restringi lingua debet, per verba se inutiliter soluat: aut quum loqui vtiliter potest, semetipsam pigrē restringat.

Grego. in pasto.

h Qui dimittit aquā, caput est iurgiorū. Aquā q̄ppe dimittere, est liguā in fluxu eloqui relaxare. quo cōtra in bona etiā pte dicitur aqua p̄funda, verba ex ore viri. Qui ergo dimittit aquā, caput est iurgiorū quia qui linguā nō refrēnat, cōcordiā dissipat.

Gre. lib. 5. moralium.

i Quot superuacuis verbis mēs à silētij sui cēsura dissipatur, quasi tot ruinis extraheducitur. vnde redire interius ad sui cognitionē nō sufficit: q̄a p multiloquiū exteri⁹ sparsa vim intimæ cōsiderationis amittit.

k Praui

k Pravi sicut in sensu leues sunt, ita in locutione precipites: quia quod leuis conscientia concipit, leuior protinus lingua prodit. *Ibid. li. 5.*

l Lingua sub magni moderaminis liberatione frænada est, non insolubiliter obliganda, ne aut laxata in vitium defluat: aut restricta etiam ab utilitate torpetcat. *Ibid. li. 8.*

m Si illatas molestias lingua tranquille diceret, à conscientia dolor emanaret. Vulnera non clausa plus cruciant: quia quum putredo, que intus feruet, eiicitur, ad salutem dolor aperit. *Idē. lib. 7.*

n Quum intentionem bonam locutio cauta non sequitur, ipsa pietatis propositio in transgressionis vitium vertitur. *Ibid. li. 5.*

o Isti sunt casus culpe crescētis: ut lingua, quum non restringit, nequaquam ubi ceciderit iaceat, sed semper ad deteriora descendat. *Ibi. li. 16.*

p Tenerum membrum est lingua, & tamen vix teneri potest: substantia quidem infirmum atque exiguum, sed usu magnum & validum. in venis tenuis est & lata: ideo aptissimum euacuandis sordibus instrumentum. *Bern. in quodā ser.*

q Leuis quidem sermo, quia leuiter vocal, sed grauiter vulnerat. leuiter transit, sed grauiter vrit. leuiter penetrat animum, sed non leuiter exit, leuiter profert, sed non leuiter reuocatur. facile volat, ideo charitatem facile violat. *Ber. ibid.*

r Vanus sermo citò polluit mentem, & facile agitur, quod libenter auditur. *Isi. in li. de loquio.*

*Glo. sup il
bud pro-
uerb. 15.
Hug. li. 2.
de anima.*

s Sapiens non solum quod loquitur, sed etiam opportunitatem loci, & temporis & personae quam loquitur, diligenter inquirit. r Vanus sermo, vane, conscientiae est index. mores hominis lingua patet. qualis sermo ostenditur, talis animus approbatur: qui ex abundantia cordis os loquitur. sermo vanus non erit absque iudicio, quia ab omni statu rectitudinis deuiat, qui per vana verba dilabuntur.

Ibidem.

v Lingua dicitur, quia lingit adulando, mordet detrahendo, attrahit invidendo, ligat & ligari non potest: labilis est, & teneri non potest, sed labitur & fallit. Labitur ut anguilla, penetrat ut sagitta, tollit amicos, multiplicat inimicos, mouet rixas, seminat discordias, vno ictu multos percutit, & interficit: blanda est & subdola: lata & parata ad exhaurienda bona, & miscenda mala. Qui custodit linguam suam, custodit animam, quoniam mors & vita in potestate linguae est.

*Cas. sup il
bud psal.
Dixi custodiam.*

x Quis est hominum sic cautus, ut si inter aemulos loquatur, nullum eius verbum incurrat aliquam questionem? Difficilis res est, linguam in lubrico faucium constitutam veritatis rigidè tenere mensuram: cui si incaute freno laxetur, frequenter contra se loquitur. Facilius enim culpa tacendo refugitur, quam loquendo. Salomō dicit: ori tuo facito ostium & seram, & verbis iugum atque stateram.

y Quib

y Quibus citra honestatis nitore lingua *Sid. lib. 3.*
 polluitur infranis, his cōsciētia quoq; tor *episto.*
 didissima est: quia facilius cōtingit, ut quis-
 piā serua loquens viuat obscēne, id est im-
 mude, quam valeat ostēdi, qui pariter exi-
 stat improbus dictis, & probus moribus.

z Sapiēs sermones suos p̄cogitat, & ex- *Aul. Gel.*
 minat pri' in pectore, q̄ p̄terat i ore. Qui *lib. 8.*
 em̄ sunt leues & faciles ac importuni locu-
 tores, nullo rerū p̄dere innixi, verbistu-
 midis & laxatibus eā orationē bene existi-
 māt. Est in ore nasci, nō in pectore, linguā.

a b Nunquam tacet, quem morbus lo- *Aul. Gel.*
 quendi tenet. Hesiodus ait linguam non *Ibidem.*
 vulgandam esse, sed recondendam, & the-
 saurum eius esse gratiam optimam, si mo-
 desta, pauca & modulata sit.

a c Quidā à Pythagora querēs quō inter *Pythago.*
 sapiētes discipulos cōputari possit, respon- *in suis præ-*
 dit: serua silentiū, donec necessariū sit tibi *ceptis.*
 loqui. Si nihil dixeris, nisi quod bene scie-
 ris, si gesseris optima, & locutus fueris pau-
 ca. Nam silentiū signum est sapientiæ: &
 loquacitas signū est stultitiæ. Ne festines
 respōdere, donec fuerit finis interrogatio-
 nis. nec quæstionē in conuentu soluere tē-
 tes, cū sapientiorē te interesse p̄spexeris.

ad Non multis verbis opus est, sed eisi *Senec. 38.*
 cacibus, seminis modo spargenda sunt. *episto.*

a e Quem

Senec. 40. epist. a e Quemadmodū sapienti viro incessus modestior conuenit: ita oratio pressa, non audax, Summa ergo summarum hæc erit tibi, tardiloquentem te esse iubeo.

Sen. i qua dē epist. a f Sermone maximo temperamento cum loquente dispensa, in quo patitur aut extraneus verecundiam, aut familiaris calumniam, aut imperitus iniuriā, aut crudelis inuidiam, aut peritus infamiam.

Seneca in proverb. a g Imago animi, sermo est, qualis vir, talis oratio, Magnū est vocis & silentij tēperamentū. Garrulo nō rīdere cōuitium est.

Sen. lib. de m:ribus. a h Ut licēriosa mācipia animi imperio redige linguā, cupiditatēq; opprime, si non potes, paululū remitte. Sepe ea, quæ sanari ratione non poterāt, sanata sunt tempore.

Seneca in proverb. a i Conscientiā amici nullus inuenit linguæ præceptis. canibus imbecillibus mos est, quantò plus defecerunt virium, tantò magis latratibus indulgere.

Vide etiā in tit. Aduocati. g. Consiliū. z. Conuersatio. t. v. y. z. a. k. Conuitium. e. d. f. g. Cor. q. Discordia. l. Obedientia. p. Ociositas. d. Odiū. v. Pax. x. Taciturnitas & Verecundia. a.

Luxuria.

Augu. 12. de ciuitate Dei. a **L**uxuria nō est vitiū corporum pulchrorū vel suauīū, sed anime pueris amāris corporeas voluptates, neglecta temperantia: qua aptamur spiritualibus.

b Cur

b Cur te nō in voluptate tua modo aqua *Aug. de cō-*
luxuria dilatas, cūm te quis sequatur, igno- *fiētu vi-*
ras? Acceptū tēpus immisceri desideriis per *tiorum.*
dere nō debes, quia quām citius pertrāse it
neteis. Si enim Deus hominē in voluptate
carnis nollet, in iplo humani generis ex-
ordio masculum & fœminam non fecisset.

c Quāti & quales ep̄i, & clerici post con- *Au. de sim-*
fessionum & victoriarū calcata certamina, *gularita-*
post magnalia & signa mirabilia vsque- *te clericor-*
quaque mōstrata, noscūtur cum his omni- *rum.*
bus naufragasse, quū volunt in naui fragi-
li nauigare. Quantos leones domuit vna
infirmetas delicata, id est luxuria, quæ cūm
sic vilis & misera, de magnis efficit prædā.

d Cōmīstio sororū & fratrū quātō sit an- *Aug. 15.*
tiquior cōpellente necessitate, tātō postea *de ciuita-*
facta est dānabilior religione prohibente. *te Dei.*

e Sicut iniquū est auiditate possidēdi trās- *Ibidem.*
gredi limitem agrorū: ita & iniquū est libi-
dine concūbendi subuertere limitē morū.

f Luxuria est inimica Deo, inimica vir- *Aug. de do-*
tutibus, perdit omnem substantiam, & ad *ctrina*
præsens voluptatem deliniens, futurā non *Christia-*
sinit cogitare paupertatem. *na.*

g Ex voluntate peruersa facta est libido: *Aug. libr.*
& dum seruitur libidini, facta est consue- *confession-*
tudo: & dum consuetudini non resistitur, *num.*
facta est necessitas.

Hic. ma. tri G. si. lie. h Qui luxuriatur, viuens mortuus est: & ferreas mētes libido domat, quæ maiorem in virginibus patitur famem, dum dulcius putant omne, quod nesciunt.

Hiero. in epist. i O quàm acerbus fructus luxuria, amarior felle, crudelior gladio!

Ibidem. k Libido enim trāacta semper sui relinquit pœnitundinem, & nunquam satiatur, & extincta reaccenditur, vsu crescit & deficit, nec rationi pareat, quæ impetu ducitur.

Idem. l O ignis infernalis luxuria, cuius materia gula, cuius flāma superbia, cuius scintillæ praua colloquia, cuius fumus infamia, cuius cinis immūditia, cuius finis gehēna.

Greg. 22. moral. m Quælibet alia sient bona opera, si luxuriæ scelus non abluitur, immensitate huius criminis obruuntur.

Greg. ibi. n Malum luxuriæ aut cogitatione perpetratur, aut opere: callidus enim aduersarius noster, quum ab effectu operis expellitur, secreta cogitatione polluere nititur.

Grego. in moral. o Ex quo luxuria semel mentē alicuius occupauerit, vix eū bona cogitare permittit. Sūt enim desideria viscosa, quia ex suggestionē oritur cogitatio, ex cogitatione affectio, ex affectiōe delectatio, ex delectatiōe cōsensus, ex cōsensu operatio, ex operatione cōsuetudo, ex cōsuetudine desperatio, ex desperatiōe peccati defensio, ex de-

fensio

ensione gloriatio, ex gloriatiōe dānatio.

p Alia est carnis luxuria, qua castitate Ber. i ser.
corrumplimur: alia cordis, qua de castitate
gloriamur.

q Luxuriæ cursus quadriga voluitur vi- Ber. super
tiorum in gluuie, videlicet ventris, libidine cantica.
coit^o, molitie vestiū, otij soporisq; resolu-
tione. trahitur equis æquè duobus, p̄ sperita-
tate vita, & rerū abūdātia: & qui his præsi-
dēt duo, ignariæ torpor, & infida securitas.

r Vitium libidinis facilè ex vacantia & Chryf. sū.
otio nascitur. nam diffinitio amoris hæc per Mat.
est, Animæ vacantis passio. Ouidius:
Otia si tollas, periēre Cupidinis artes.

s Taliu spiritu fornicationis animū ne- Cas. ex col
cesse est impugnari, donec se bellū gerere latione ab
supra vires agnoscat. Nec labore, vel studio batis Moy
proprio victoriam obtinere se posse, nisi si.
Dei fuerit auxilio ac protectione suffulta.

t Brevis est voluptas fornicationis, sed Bede de
perpetua pœna fornicationis. tēplo Sal.

v Luxuria, est immoderata carnis petulā- Hugo.
tia, dulce venenum, importuna lues, perni-
tiosa potio, quæ humanum corpus debili-
tat, & virilis animi robur eneruat.

x Petulantia: est ex carnalium cogitatio- Ibidem.
num conceptione, rotius corporis pecudia-
lis hebetudo.

y Venus, est illecebrosa voluptas, adulte- Ibidem.

rina iocunditas, quæ mel habet in ore, fel
in corde, aculeum in dorso.

Ibidem. z O extrema libidinis turpitude, quæ nõ
solùm inëtem effœminat, sed corpus ener-
uat, nõ solùm maculat animam, sed fœdat
personã! Omne nãque peccatũ quodcũque
fecerit homo, extra corpus suum est. qui au-
tem fornicatur, in corpus suũ peccat. Sem-
per illam præcedunt ardor & petulantia,
semper comitatur fœtor & immundities,
semper sequitur dolor & pœnitentia.

Ibidem. a b Quis ei⁹ multiplices species enume-
rare valeat? hæc enim Pentapolim cum ad-
iacenti regione subuertit: Sychem cũ po-
pulo interemit. hæc filios Iudæ percussit.
Iudæum & Madianitidem pugione trans-
fodit: tribum Benjamin pro vxore Leuitæ
deleuit. filios Hely sacerdotis in bello
prostrauit. hæc Vriam occidit. Amon in-
terfecit. plurimos lapidauit. hæc Ruben
maledixit. Sansonẽ seduxit. Salomonẽ per-
uertit. Verum est ergo quod legitur, Pro-
pter speciem mulieris multi perierunt.

Valerius a c Blandũ malũ luxuria, quod accusare
Max. l. 9. aliquando facilius est quàm vitare. quæ in-
uictũ Annibalẽ armis illecebris suis com-
plexa, vincẽ dum Romano militi tradidit.
illa ducẽ vigilãtissimũ, illa exercitũ acer-
rimum dapibus largis, abũdanti vino, vn-
guent

guentorum fragrantia, Veneris vsu lasciuore, ad somnum & delicias euocauit.

Quid his ergo vitiis fœdus? quid etiã dâno ius? quibus virtus atteritur, victoriæ languescunt: sopita gloria in infamiam conuertitur: animi & corporis vires expugnantur: adeò vt nescias an ab hostibus, an ab illis capi perniciosius habendum sit.

a Venus dolosa & eius corrigia est varia, & quod ex insidiis agit incontinens concupiscentiæ. *Arist. lib. 7. ethicorum.*

a e Esus carniũ & potus vini ventrisque saturitas, seminarium libidinis est. *Ibidem.*

Vide etiam in tit. Abstinētia, h. Auaritia, a d. Caro, q. Castitas, p, s, t, v. Cõcupiscentia, a. Ebrietas, k, q. Gula, b, o. Libido. Mulier. Oratio, k. Superbia, o, s, t, a p. Vitium, b, f. Voluntas, k.

Magister.

a **P**ericulosum est magisterium: discipulus securus est: ideò psal. Audi tui meo dabis gaudiũ & lætitiã. Securius est enim verbi auditor, q̃ verbi prolator. *Augu. in quodam ser.*

b Magistrũ vocant, vt quasi laudatus mysterium cordis sui simpliciter aperiat, eosque velit habere discipulos. *Hic. super illud Mat. 22. Magister scim?*

c Dionysius magistrũ sibi in grãmatica elegit Donatũ, in rhetorica Victorinũ, in theologia Gregorium Nazanzenũ. similiter Theophrastus sibi elegit Aristotelem. *Isi. in Syn. rax es.*

Aristoteles Platonem, Plato Socratem. regina Austri sapientissimum Salomonem.

Chryf. sū-
p ill. Mat. d Magistru[m] vocat, cuius non vult esse
discipulus. de mandato magno interrogat,
22. Magi qui nec minimum seruat.

ster. quod
est māda-
tū magnū
in lege? e Optimus lector est, qui doctorū intel-
ligentiam expectet ex dictis potius, q̄ im-
ponat, & rerulerit magis q̄ attulerit. neque
cogitat illud videri dictis contineri, quod
Hilar. lib. ante lectionē præsumpserit intelligēdum.

1. de trini-
tate. f Principium disciplinæ humilitas est:
cuius cum multa sint documenta, hæc tria

Hugo in
d. dascali-
con lib. 1. præcipuè ad lectore[m] vel auditore[m] pertinet.
Primū, vt nullam scientiam, nullam scri-
pturam vilem teneat. Secundū, vt à nemine
discere erubescat. Tertiū, vt quū scientiam
adeptus fuerit, ceteros non contemnat.

Boët. de di-
scriptura
scholarū. g Nulla res discipulo est ita pernitiōsa,
sicut vita magistri contumeliōsa.
Vide etiam in tit. Doctrina.

Magnanimitas.

Tul. lib. 1.
de offi. a **V**iros fortes, magnanimos esse, eos-
dem volumus veritatis amicos,
minimèque fallaces.

Ibidem. b Ad magnanimū p̄tinet, neq; p̄turbatiōi
animi, neq; hoīs, neq; fortunæ succūbere.

Tull. 1. de
offi. c Ad magnanimū pertinet, ea quæ viden-
tar acerba, ita ferre, vt nihil à statu naturæ
discedat, nihil à dignitate sapientis.

d Mag

d Magnanimitas est virtus spontanea, *Ibidem.*
 difficultum aggressio, & rationalis.

e Si magnanimus fueris, nunquam iudicabis tibi contumeliam fieri. De inimico *Sen. de 4. virtutib.*
 dices: non nocuit mihi, sed animū nocendi habuit, & quum illum in potestate tua videris, vindictam putabis, nō vindicare potuisse. Scito enim magnum & honestum vindictæ esse genus, ignoscere.

f Magnanimitas aut si ultra modū suum *Seneca. Ibid.*
 extollat, faciet virū minacē, inflatū, turbidū, inquietū, & in quascūq; excellentias doctorū atque factorū neglecta honestate festinū, qui momentis omnib⁹ supercilia subrigēs, vt bestiarius inquietat, excitat, alium ferit, aliū fugat: sed talis aut miseram appetit finē, aut arumnosam sui memoriam derelinquit. Mensura ergo magnanimitatis est, nec timidū esse hominē, nec audacem.

g Eris magnanimus, si pericula nec adpetas, vt temerarius, nec formides, vt timidus. Nam timidum non facit animus, nisi reprehensibilis vitæ conscientia. *Sen. de 4. virtutib.*

h Magnitudo animi, si à communitate humana sit remota, feritas quædam erit & immanitas. *Ibidem.*

i Pauper siā, inter plures ero. exul siā, me *Seneca in natū* putabo, quò mittar. Nō sum vni angustionatus, patria mea totius huius mūdi est. *epist.*

- Senec. 23. epist.* k Magnanimo nihil est magnū. Stilbon Philosophus capta patria amisso rerū, &c. ecce vir fortis & strenuus ipsam sui hostis victoriam vicit. Facilius est totā gentem, quā magnanimum vincere.
- Senec. 37. epist.* l Magnanimi est magna contemnere, & mediocria malle, quā nimia.
- Senec. 40. epist.* m Animū excellētē moderatū, oīa tāquā maiora trāseuntē, quicquid timemus optamūque ridentem, cœlestis potētia agit. Non potest res tanta sine adminiculo numinis stare: quēadmodū radij Solis contingunt quidē terrā, sed ibi sunt vnde mittuntur: sic animus magnus ac sacer, conuersatur quidē nobiscum, sed hæret origini suæ.
- Senec. 66. epist.* n Animus intuendus, vt pariter fugiendorum, ac petendorum, non ex opinione, sed ex natura pretia rebus imponens, asperis blandisque pariter inuictus, neuter se fortunæ submittebat, supra omnia, quæ contingunt acciduntque eminēs, imperturbatus, intrepidus, quem nulla vis frangit, quem non attollant fortuita, nec deprimant: talis animus virtus est. hæc est eius facies.
- Ibidem.* o Magnanimo de rebus magnis iudicandum est. fortunacior est, qui omnia rerum diuersarum onera rigida ceruice sustollit, eo supra fortunam extat. Non mirum est in tranquillitate nō concuti: illud mirare, ibi

ibi extolli aliquem, vbi omnes deprimuntur: ibi stare, vbi omnes iacent.

p Magnanimus stat rectus sub quolibet pondere. nulla illū res minorē facit, nil illi eorū, quę ferēda sunt, displicet: quicquid cadere in hominē pōt, in se cecidisse nō quæritur. vire, suas nouit, vincit virtute fortunam.

*Seneca. 72.
epist.*

q Nihil magnum est in rebus humanis, nisi magno animo despicias.

*Seneca de
moribus.*

r Propriū enim est magnanimitatis verę, nō sentire se percussū. In magnis enim fera & magna ad latratū canū lēta respicit.

Ibidem.

Vide etiam in ritu. Contemptus, o. Diuitiaz, b, p. Fortitudo, c, e, y. Labor, l. Nobilitas, q. Pusillanimitas & Virtus, a, f, a i.

Malitia.

a **M**elius iudicauit Deus de malis bene facere, quā in mala nulla esse permittere.

*Augu. in
Enchirid.*

b Malignitas, est mala voluntas hominis, cū vltra non possit: vel beneficis gratias non referre.

August.

c Malitia est, per quam moribus decepto-riis veritate palliata vel odiū alterius, vel proprium commodum attenditur.

*Augu. in
quadam
epist.*

d Malitia, est mentis atque animi deprauatio à tramite veritatis deuia, quæ in curiosorum animos frequenter obrepit.

*Ambro. in
Examer.*

e Mala non sunt, nisi quæ crimine men-

Amb. ibi.

tem implicant, & conscientiam ligant.

*Gre super
Ioëlem.* f Sicut ignis amoris mentem erigit: ita ignis malitiæ innoluit. quia & spiritus sanctus cor quod replet, eleuat, & ardor malitiæ ad inferiora semper incuruat.

*Greg. 12.
moral.* g Mens praua semper in laboribus est, quia aut molitur mala, quæ inferat: vel metuit ne sibi ab aliis inferantur: & quicquid contra proximos cogitat, hoc contra se cogitari à proximis formidat.

*Gre. Naz.
kanzen.
in apole.
getico.* h Velocius malitiæ parua scintilla consumitur, quàm virtutis ignibus cõalescere possumus. nam & melli plurimo parum absinthij iniectum, velocẽ amaritudinem tradit. mellis etiam si duplum iniiciatur absinthio, non poterit eius obrineri dulcedo.

*Ber. super
cantica.* i Habet malitia currum suum rotis quatuor consistentem sauitia, impatientia, audacia, impudentia. Valde enim velox est currus iste ad effundẽdum sanguinem, qui nec innocentia sistitur, nec patientia retardatur, nec timore frænatur, nec pudore inhibetur. Trahitur autem duobus perniciosibus equis, & ad omnem perniciem paratissimis, terrenæ potentia & seculi pompa. Porrò præsidet his duobus equis aurigæ duo, timor & liuor. Timor quidem pompam, Liuor potentiam agit.

Chryf. sup. k Consideras huius stultitiæ mistum dolum

Iam tyranni: aut enim Herodes credidit *Matt. 22*
 scripturis aut non. Si non credidit, ut quid
 ergo interrogabat scripturas, quas puta-
 bat esse vaniloquas? Si credidit altimans
 prophetiã esse immobilẽ, quõ ergo spera-
 bat illum regem posse interficere, quẽ fu-
 turum esse dicebant scripturæ? Nam si pro-
 phetiæ credidit, clarum erat ipsum aduer-
 sus impossibilia conari. Sed si nõ credidit,
 tũc nec sibi timere debuit, nec puero insi-
 dari. Respondit Chrysoſtomus: Anima se-
 mel malignitate capta, stultior cunctis ef-
 ficitur. Tale quippe est vitium malignita-
 tis, ut à nullo plerunque impulsa, sese ipsa
 præcipitet, & sæpe absque effectu operis,
 arũnosa & impossibilia conetur efficere.

I Coërceri omnino nequit animus pra- *Ibidem.*
 ua semel volũtate vitiatus, quia zelus sa-
 pere nescit, & ira consilium nõ habet. ideo
 Herodes non suo consilio gubernabatur,
 sed vinculo diaboli trahabatur.

m Sicut ignis quantõ amplius ligna su- *Chry. sup*
 sceperit, in maiorem flammam erigitur, sic *Matt. 22.*
 anima mala quantõ magis veritatem au-
 dierit, eõ amplius in malitiam excitatur.

n Aetate minores, malitia pares. Nã pul- *Ibidem.*
 li serpentum statura breuioreſ sunt, vene-
 no autem æquales. caruli, luporum, & si ve-
 natione nocere non possunt: iam tamen
 in

in sanguine gaudent, & morsibus lædunt.

Ibidem. o Debuerūt Pharisæi timere Sadducæo-
rū exēplo, vt ne similiter interrogātes cō-
fundātur, sed ardēs malitia dum se sociare
festinat, rei exitum nō aspicit. maleuolen-
tia enim & liuor nutriunt impudentiam.

Ibidem. p Pharisæi apud se dicebāt: Vnus loqua-
tur pro omnibus, & omnes loquamur per
vnum, vt si vicerit, omnes videamur victo-
res. Si autem victus fuerit, solus videatur
confusus: ecce sagacitas malignantium.

Hug. l. i. de animis. q Loquitur apud se maligna cogitatio:
vsquequo illum talem tolero? Consentire
ei cōprobor, si eum nō corripio. cōsentiens
autem, Deum offendo. corripiam ergo, ne
Deum offendam. Nihil pro mea, sed pro
Dei iniuria vel vlciscenda totum facio.
imò sic illum sibi restituiam. proximum
enim corripere & eum castigare, hoc non
est proximo nocere, sed prodesse velle.
Sic sæpe apud se loquitur cogitatio ma-
ligna. excæcauit enim eam malitia sua.

Cas. super ps. r Nequitiā veteres diffinierūt, volūtariā
esse malitiā, in quā non casu incidimus, sed
spōranea voluntate versamur. nequam di-
ctus est, nequaquā, id est nullo tempore apt^o.

Cas. su il. Anni eos sū sicut. l Malignitatē vitæ nostræ similitudo de-
clarat. Aranea est animal debile ac tenuif-
simū, quod transeūtibus muscis quedā reti
dolo

dolosa contextu: sic animi illorum, qui sceleratis operibus dediti sunt, inanibus & subdolis machinationibus occupantur.

t Malitia est ex proposito & deliberatione, malo cognito, p. cono. a. n. consentire. *Richa. de ver. Apo.*

v Inuentor malorum est, qui aliquam malam consuetudinem vel aliquod tormentum primus inuenerit. *Stoli. tra. Illud. Non fermento*

x Malitia ipsa maximam partem veneni sui bibit. at venenum quod serpentes in alienam perniciem perferunt, sine sua continetur, non est huic simile. hoc habentibus pessimum est. *Tullius. Se. 82. ep.*

y Male facere quod vult, nusquam non inuenit causam. maleuolus semper sua natura vititur. *Se. in pro.*

Vide etiam in titu. Adulatio. b. e. Correctio. c. f. c. g. c. m. c. n. discordia. p. fortitudo. n. fraus. homo. h. hypocrisis. o. a. i. ira. a. p. documentum. a. poenitentia. r. predestinatio. l. m. n. prudentia. r. sapientia. l. simplicitas. c. d. e. f.

Mandatum.

a **S**I quid vel addas vel detrahas, prauaricatio videtur esse quaedam mandati. Simplex enim & pura mandati forma tenenda est, vel testimonij series intinenda. Nihil igitur quod bonum videtur, addendum est. *Aug. in li. de parad.*

b Si quis vnum mandatum custodiat, & aliud prauaricatur, nil ei prodest. *Ibidem.*

c Tu qui veram requies, quae post hanc vitam Christianis promittitur, quaeris, etiam hanc *Augusti.*
eam

eam inter amarissimas vitæ huius molestias suauem iocundamque gustabis, si ei⁹, qui eam promittit, præcepta dilexeris.

Act. super psal. 66. d Nō est amicus recti, qñ, si fieri posset, malet id, quod rectum est, non iuberi.

Ide. Epi. e Nō ideò putes aliqua cōtēnenda esse mandata, quia leuiora sunt. tam enim maxima illa, q̄ minima imperata sunt, & cōtemptus cuiuscunque præcepti præcipientis iniuria est. In quouis proposito in quouis gradu æquale peccatum est, vel prohibita admittere, vel iussa non facere.

Her. de p̄ceptis & dispensat. f Iussa sine culpa non negliguntur, & sine crimine non contemnuntur.

Ibidem. g Contēptus in omni specie mandatorū pari pondere grauis, & cōmunitè damnabilis. est neglectus autē in fixis grauior, tolerabilior in mobilibus mandatis.

Ibidem. h Siue Deus, siue homo vicari⁹ Dei mādatum quodcunque tradiderit, pari profectò obsequendum est cura, pari reuerentiā deferendum, vbitamen Deo contraria nō præcepit homo.

Her. super santis. i Sūt mādata, quæ duris atque carnalib⁹ imponūtur animis ex lege vitæ, & disciplina, & sunt olea dispensationis, q̄ infirmis & pusillis corde misericordiæ apponunt. & sunt consiliorum solida fortiæque, quæ ex intimis sapientiæ proponuntur sanis.

k Prælati iussio vel prohibitio non prætereat terminos professionis. nec ultra extendi nec contrahi citrà debet. Nil me prælati prohibeat horum quæ promisi, nec plus exigat, quàm promisi. *Ber. de præcep. et dis.*

l Mandata Moyfi in actu facilia sunt, ut *Chr. sup. Mat. 6.* nō occidas, & ideò in remuneratione modica, & in peccato magna, sed mandata Christi: ut non irasceris, in actu difficilia: & ideò in remuneratione magna & in peccato minima.

m Meritò dedit præceptū, quod promisit exemplū. *Cass. ps.* n Nihil arduū humilibus, nihil asperū auitibus, & facile omnia præcepta veniunt in effectū, quādo & grā præcedit auxiliū, & obedientia mollit imperiū, nec dura ibi necessitate seruitur, ubi diligitur, quod iuberur. *Leo papa in apparitione Domini.*

Vide etiā in ti. Cōcupiscentia. b. Correctio. a b. b. f. Dilectio. i. Exemplum. x. Mansuetudo. g. Oratio. a l. a m. Peccatum. k. Superbia. q. Timor. n. *Mansuetudo.*

2 **M**ites sunt, qui cedunt improbitatibus, & non resistunt in malo, sed vincunt in bono malum. *An. de ser. do. i. m. a. e.*

b Mitescere est, non contradicere diuinæ scripturæ, siue intelligere, si aliqua vitia nostra percutit: siue non intelligere: quasi nos melius & verius sapere, & percipere possemus. *Aug. li. 2. de doctri. chris.*

- Ambr. ad Vercellem epi.** **c** Mansuetus homo cordis est medicus. **d** Quū deposuero ōe peccatum, & euero omnē malitiā, & simplicitate contentus fuero inops malorū, superest vt mores tēperē. Qui denim mihi prodest carere sceleribus, nisi fuero mitis atque mansuetus?
- Ambrosi.** **e** Beatus, qui seueritatē & mansuetudinem tenet, vt altero disciplina seruetur, altero innocentia non opprimatur.
- Hic. in gl. su. Mat. 5.** **f** Mitis est, quem nō rācor vel ira afficit, sed omnia equanimiter sustinet, nō irritatur, nec irritatur, nō nocet nec nocere cogitat.
- Hic. super ep. ad Ti.** **g** Nihil est fœdius p̄ceptore furioso, qui cū debeat esse māsuetus & humilis ad oēs, **nō iracū.** ex diuerso toruo vultu, tremētibus labiis, rugata frōte, effrenatis superciliis, facie inter pallorem & ruborem variata, clamore perstrepat, & errantes nō tam à bono retrahit, quam ad malū sua sœuitia p̄cipitat.
- Ber. super cant.** **h** Sunt qui lam mites, sed quandiu nihil dicitur, vel agitur, nisi pro eorum arbitrio. patebit autē, quā longē sint à vera mansuetudine, si leuis oriatur occasio.
- Isi. in soli. lib. 2.** **i** Magna est virtus, si non lædas à quo læsus es. Magna est fortitudo, si etiam læsus remittas. Magna est gloria, si cui potuisti nocere, parcas.
- Hugo.** **h** Beneuolētia, est bona erga aliquē voluntas, vltra quā valet, affectū suum protēdēs.

I Benignitas, est largitas rerum per cō- *Ibidem.*
passionem.

m Clementia est temperantia animi in *Hugo. de*
potestate vlciscendi, vel lenitas superioris *sac̄to vic.*
aduersus inferiorem.

n Clemens dicitur animus, quando est *Ibidem.*
tenet ad compatiendum, facilis ad remit-
tendum, promptus ad subueniendum.

o Māsuēti latentur, nō dixit, lege docti, *Cas. su. ps.*
nō ieiunātes, nō psallentes, sed māsuēri la- *33. Māsuē*
tentur, qui charitate præcipua habere om- *ti et latē.*
nium rerum temperantiam consueuerunt.

p Māsuētos appellamus manu cōsuetos *Cas. su. ps.*
id est patiētes & mites, q̄ alienas iniquita *36. Māsuē*
res tolerāt, nec aliquē grauare præsumunt. *ti heredi-*

q Ornāmētum enim bonorū omniū est *tabūt ter*
sincera benignitas, que nunquā est sola: qa *ram.*
de virtutibus cognoscitur esse generata. *Cas. in ep.*

r Māsuētudo, est morus animi vtrunque *Tulli. de*
statum mundi lance pensans æquali. *offic.*

f Clementia est virtus, p̄ quā aīus cōcita- *Tullius. 2.*
tus in odiū alicuius benignitate retinetur. *rhet.*

t Clementia est, quæ alieno sanguini tā *Se. de ele-*
quā suo parcit, & scit homini non esse *mētia ad*
homine prodigē vtendum. *Neronē.*

Vide etiam in ti. Correctio. a k. b a. c v.
Spiritus sanctus. l. *Maria.* *Av. de no*

a **E**Xcepta virgine Mariā, de qua pro- *tura &*
pter honorē Domini nullā prorsus *gratia.*

habere volo quæstionem. inde enim scimus, quòd ei plus collatum fuit gratiæ ad vincendum omni ex parte peccatù: quia cõcipere ac parere meruit eum, quem constat nullum habuisse peccatum. Hac virgine excepta si omnes sanctos & sanctas quum hîc viuerent, congregare possem, & interrogare utrũ essent sine peccato, quid fuisset responsum putamus: nisi quod ait Ioannes, si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus? &c.

Augu. in ser. de asump. b Auctrix peccati Eua: auctrix meriti Maria. Eua occidendo obfuit, Maria viuificando profuit. illa percussit, ista sanauit.

Au. i ser. de natu. ra. beate c Ave Maria gratia plena, Dominus tecum. tecum in corde, tecũ in ventre, tecum in vtero, tecum in auxilio.

Maria. Ibidem. d Exultauit Maria: & matrẽ se læta miratur, & de spũsancto se protulisse gaudet, nec quia peperit innupta, terretur, sed quia genuit cum exultatione, miratur.

Au. li. de virginit. e Felicior partus spiritalis, quã carnalis. Beatior enim Maria fuit cõcipiẽdo Christum fide, quã carne. materna enim propinquitas nihil ei profuisset, nisi felicius ipm fide, quã carne gestasset. Idem super illud Lucæ xj. Beati, qui audiunt verbum Dei &c. Hoc inquit est dicere, mater mea, quam appellatis felicem: inde felix est, quia

quia verbum Dei custodiuit, non quia in illa verbum caro factum est.

f Nō mirū, si Dñs redēpturus mundum operationē suā tunc inchoauit à Maria, vt per quā salus oībus parabatur, eadem prima fructum salutis hauriret ex pignore. *Amb. sup Lucam.*

g Quid nobilius Dei matre, quid splēdi- *Ambro. de virg. li. 2.*
dius ea, quam splendor elegit? quid castius ea, quæ corpus sine corporis contagione generauit? Et vt de cæteris eius virtutibus taceam, virgo erat non solum corpore, sed etiam mente; corde humilis, verbis grauis, animo prudens, loquendi peritior, legendi studiosior. nō in cumulo diuitiarum, sed in prece pauperum spem reponens. intēta operi, verecunda sermone, arbitrum mentis nō hominem, sed Deū querere: nullum lædere, omnibus bene velle, maioribus asurgere, æqualibus nō inuidere: iactātiā fugere, rationem sequi & amare: quando ista fastidiuit humilem? quādo risit debilē? quando vitauit inopē? Nihil in oculis toruum, nihil in verbis procax, nihil in actu inuerecundū, nō gestus fractior, nō incessus solutior, non vox petulantior: vt ipsa corporis species simulacrum fuerit mētis, figura probitatis, talem hanc Euangelista monstrauit, talem Angelus reperit, talem spiritus sanctus elegit. Quid enim in su-

gulis morer? quæ digna fuit, ex qua Dei filius nasceretur.

Ibidem. h Quæ in vna virgine species virtutū emicant, secretū verecundiæ, vexillū fidei, deuotionis obsequium, virgo intra domū, comes ad ministerium, mater ad tēplum.

Ibidem. i Sit igitur nobis tanquam in imagine descripta virginitas, vita Mariæ, in qua velut in speculo refulget species castitatis, & forma virtutis. hinc sumatis exēpla viuendi, vbi tanquam in exemplari magisteria expressa probitatis, quid corrigere, quid fugere, quid tenere debeatis, ostendunt.

Ambr. de virgini. k Talis fuit Maria, vt eius vnus vita omnium disciplina sit.

Am. super Luc. li. 2. l Maluit dominus aliquos de suo ortu, q̄ de matris pudore dubitare. sciebat enim teneram virginis verecundiam, & lubricam fumam pudoris: nec putauit ortus sui fidem, matris iniuriis adstruendam. Seruatur itaque sanctæ Mariæ, sicut pudore integra, ita inuiolabilis opinione virginitas. Oportet enim sanctos & ab his testimonium habere, qui foris sunt, nec decuit sinistra virginibus opinione viuentibus velamen excusationis relinqui, quòd infamata mater quoque Domini videretur.

Ibidem. m Surgens Maria &c. Non quasi incredula de oraculo, nec quasi incerta de nūtio.

nec

nec dubitans de exemplo, sed quasi læta pro voto, religiota pro officio, festina præ gaudio, in montana perrexit. Quo enim iam Deo plena, nisi ad superiora cum festinatione conscenderet? Nescit tarda molimina spiritus sancti gratia.

n Disce virginē moribus, disce virginē *Ambro.* verecūdia, disce virginē oraculo, disce virginē ministerio, solā in penetralibus quā nemo virorū viderat. Solus angel⁹ reperit solā sine comite, solā sine teste, ne quo indigno damnaretur affatu. Disce ergo virgo verborū vitare lasciviā. Maria autē angeli salutationem verebat, ab angelo salutatur. vbi clauso sup se ostiolo orabat. patrem in abscondito. Nō est enim putandum ostiolū virginis apertum, ne vel orātis turbaretur silentiū, vel continentis castitas tentaretur.

o Ave Maria gratia plena dominus tecum &c. Talibus nāque decebat virginem *Hic. 1. ser. de assum.* oppignerare muneribus: vt esset gratia plena, quæ reddidit cœlis gloriā, terris Deum, pacēque refudit, fidem gentibus, finem vitiis, vitæ ordinem, moribus disciplinam.

p Quod natura nō habuit, vltus nesciuit, *Hic. ibid.* ignoravit ratio, mens nō capit humana, pa uet cœlum, stupet terra, creatura oīs etiam cœlestis miratur. Hoc totum est, quod per Gabrielem Mariæ diuinitus nuntiatur.

Hierony. q Quid nos tātilli, qd actione pusilli, qd in eis laudibus referamus, cū etiā si omniū nostrū mēbra verterētur in linguas: eā laudare sufficeret nullus. Altior enim cœlo est, de qua loqui nitimur: abyssō profundior, cui laudēs dicere conamur. Si cœlum inquit, te vocē, altior es: si matrē gentium, præcedis: si formam Dei te appellē, digna existis: si dominam angelorum, prima esse probaris. Quid ergo de te dignè dicam?

Hierony. r Cæteris virginibus per partes præstatur gratia: Mariæ verò se totam infundit gratiæ plenitudo, quæ fuit in Christo, quā quā aliter & aliter. quia in Christo fuit plenitudo gratiæ tāquā in homine personaliter diffinito: in Maria verò vt in tēplo singulariter cōsecrato: vel aliter, in Xpo fuit plenitudo gratiæ, sicut in capite influente, in Maria verò sicut in collo transfundēte.

Ibidem. s Non est in mundo locus dignior vtero virginali, in quo Dei filiū Maria suscepit. nec in cælis solio regali, quo Mariam Dei filius sublimauit.

Ibidem. t Si diligēter attēdas, nihil est virtutis, nihil splēdoris, nihil gratiæ, & nihil cādoris quod nō resplēdeat in virgine gloriosa.

Bernar. in ser. 2. v Virgo regia ipsa est via, per quā saluator aduenit: procedēs de ipsius vtero, tamquā sponsus de thalamo suo: Per te accessit

cessum habeamus ad filiū, ó benedicta inuētrix gratiæ, genitrix vitæ, mater salutis, vt per te suscipat nos, qui per te datus est nobis. excuset apud ipsum integritas tua culpam nostræ corruptionis, & humilitas Deo grata, nostrę veniã impetret vanitati: copiosa charitas tua, nostrorum cooperiat multitudinē peccatorū: fœcūditas gloriosa fœcunditatē nobis conferat meritorum.

x Ad beatā virginem sicut ad medicum, *Bern. ibid.* sicut ad arcanum Dei, sicut ad rerum causam, sicut ad negotium seculorū respiciūt, & qui in cœlo sunt, & qui in terra, & qui in inferno habitant, & qui nos præcesserunt, & nos qui sumus, & qui sequuntur, & nati natorum, & qui nascentur ab illis: illi qui sunt in cœlo, vt restaurentur: & qui in inferno, vt eripiantur: & qui præcesserunt, vt prophetæ fideles inueniantur, & qui sequuntur, vt glorificentur.

y Per te, virgo sancta, cœlum impletum *Berna. ser. mo. 98,* est, infernus euacuatus est, instauratæ ruinæ cœlestis Ierusalem, miseris expectantibus perdita vita data.

z Nihil est, quod tantum me terreat, nec *Berna. in quodā ser.* est aliquid, quod tantum me delectet, sicut de beata virgine sermonem habere. terret, inquam, me indignitas propria, sed me delectat virginis laus & excellentia.

Ibidem. a b Ille solus ò virgo beata tuas laudes
 fileat, quite fideliter inuocatam senserit,
 vnquam in suis necessitatibus sibi defuisse.
 Et quid mirũ, ì inuocata adest, quæ etiã
 non vocata præstò est?

Ibidem. a c O' venter capaciore cælis, diffusior ter-
 ris, latior elemētis, q̄ illũ cōtinere valuit,
 quẽ totus orbis cōprehendere non potuit,
 & q̄ tribus digitis molẽ terræ apprehēdit.

Ber. i ser. a d Si criminũ immanitate turbatus, si
 cōscientiæ fæditate cōfusus, si iudiciij hor-
 rore perterritus, si barathro desperationis
 absorptus es, Mariam cogita, Mariam in-
 uoca. Non recedat à corde, non recedat ab
 ore. Nam ipsam rogitãs, non erras: ipsam
 cogitãs non desperas: ipsam sequens, non
 deuies: ipsa tenẽte non corruis: ipsa prote-
 gente non metuis: ipsa duce non fatigaris:
 ipsa propitia peruenis, & sic in temetipso
 experiri poteris, quàm meritò dictum sit
 nomẽ Virginis: Maria, id est, maris stella.

Idem. a e Oportet vniuersos christicolas inter
 fluctus huius seculi nauigantes, attendere
 hanc maris stellam, quæ supremo cardini
 id est, Deo proxima est, & respectu exẽpli
 eius cursum vitæ dirigere. quod qui fece-
 rit, nõ iactabitur vanæ gloriæ vento, nec
 frangetur scopulis aduersorũ, nec absor-
 bebitor Sirenea voragine voluptatum, sed
 prosp

prosperè veniet ad portū quietis æternæ.

a f Sicut à te despectus & aueſus neceſſe eſt quòd pereat, ſic ad te reueſus, & à te reſpectus, impoſſibile eſt quòd pereat. Filioſi hæc peccatorū ſcala, hæc mea maxima fiducia, hæc tota ratio ſpei meæ.

a g Puto quòd copioſior ſanctificationis gratia in ipſam deſcēderit, quæ non ſolūm eius ſanctificaret ortū, ſed & vitā deinceps ab omni peccato cuſtodiret immunem.

a h Quis miſericordiæ tuæ ó benedicta lōgitudinē, profunditatem, ſublimitatem, quærat inueſtigare? nam longitudo eius vſque ad nouiſſimū diem inuocantibus eam ſubuenit vniuerſis. latitudo eius replet orbem terrarū, vt tua miſericordia plena ſit omnis terra. ſic & ſublimitas eius ciuitatis ſupernæ inuenit reſtaurationem, & profundū eius ſedētibus in tenebris, & in vmbra mortis obtinuit redemptionem.

a i Maria omnib⁹ facta eſt ſapiētibus, & inſipiētib⁹, copioſiſſima charitate debiti cē ſe fecit, omnib⁹ miſericordiæ ſinū aperuit, vt de plenitudine eius accipiāt vniuerſi, captiuus redēptionē, æger curationē, triſtis cōſolationē, peccator veniā, iuſtus gratiā, angelus lætitiā, deniq; tota trinitas gloriā, filij perſona, carnis humanæ ſubſtātiā, vt non ſit, qui ſe abſcondat à calore eius.

Bar. i. ser. a k Beatā me dicēt omnes generationes, ex hoc beatā te dicent oēs generationes, quæ omnibus generationibus vitā & gloriā tribuisti. In te em̄ angeli lætitiā, iusti gratiā, peccatores veniā inueniūt in eternū. Meritō in te respiciūt oculi toti⁹ creaturæ, q̄a in te, & p̄ te, & de te benigna manus omnipotētis quicqd̄ creauit, recreauit.

Bar. super Missusest. a l Maria virginem se oblita, gloriatur de humilitate, & tu negligendo humilitatem, blandiris tibi de virginitate.

Bar. lib. 5. de considerat. a m mulier euangelica, quæ commiscuit tria fata farine fuit beata virgo, quæ in incarnatione, fermento fidei suæ cōmiscuit tria fata. nouū, antiquū & æternum: scilicet animā de nouo creatā, corpus de natura, Adam, & æternum in vnione diuinitatis,

Chry. sup Matth. 1. a n O inæstimabilis Mariæ laus! Ioseph plus credidit castitati, quā vtero intumescēti, plus gratiæ, quā naturæ, cōceptionem vidit, sed fornicationē non existimauit: Possibilius credebat mulierem sine viro cōcipere, quā Mariā posse peccare.

Orige. sup illud Mat. 1. Ioseph. in initio gratiæ. ideo eam dimittere volebat, quoniam virtutem misterij & sacramentū quoddā magnificum in ea esse cognoscebat: cui approximare se indignum æstim

æstimabat, exemplo Petri: Lucae 5. Recede à me, quia homo peccator sum.

a p Tu patrona humani generis, tu afflicta rebus medica singularis, quis tuo non egeat munere, cum sit peccare commune? *Caspo. in quadri epi stol.*

a q Dū vnigenitus Dei existēs ante secula, ex Mariæ utero natus est homo, inuestigabili miraculo facta est & ancilla hominis per Deitatem, & mater Verbi per carnem. *Grego. in regi.*

a r Quia umbra nō aliter exprimit, nisi per lumē & corpus: virtus altissimi Mariam obūbrat: quia in eius utero lux incorporea corpus sumpsit, ex qua videlicet obumbratione oē in se refrigeriū mentis accepit. *Gre i mo. sup illud: Virtus Altissimi o-*

a s Christus non operante coitu, sed spiritus sancto superueniente conceptus est: natus autem materna viscera & fœcunda exhibuit, & incorrupta seruauit. *tissimi o- bumbra- bit tibi. Gre. ibid.*

a t Quicumq; sibi Mariæ optat præmiū, imitetur exemplum. *Ambr. de virginit.*

a v Sicut in transitu meo Mariæ non est corrupta virginitas, sic mea ibi non est maculata maiestas. *Aug. contra duas heræ.*

a x Vnde sordes in Maria, quæ nec in concipiendo libidinē, nec in pariendo est passa dolorem? Vnde sordes in domo, in qua nullus habitator terræ accessit? Solus ad eam eius fabricator & Dominus venit. *Aug. ibid.*

a y Eva inobediens meruit pœnam, Maria obediendo consecuta est gratiam: illa Quomodo fiet istud.

gustando prohibitum, maledicta: hæc credendo Angelo, benedicta.

Auguf. de vir. a z Quod profecto non diceret, nisi Deo virginem se ante vouisset: sed quia hoc Israelitarum mores adhuc recusabant, desponsata est viro iusto, nõ violenter ablaturo, sed potiùs contra violantes custodituro, quòd illa iam vouerat.

Auguf. in ser. annũtiationis. b a Vera ratione cenfeo cõfitendũ, Mariã in Christo, & apud Christum esse in Christo: quia in ipso viuimus, mouemur & sumus apud Christũ: quia gloriose ad æternitatẽ assumptã benignitate Christi honoratiùs suscepta cæteris, atq; ad communem vtilitatem non addictã post mortem, putredini videlicet vermi & pulueri.

Hie. 7 ser. b c Sicut in comparatione Dei nemo bonus: ita etiam in comparatione matris Domini, nulla inuenitur perfecta: quãuis eximia virtutibus comprobetur.

Ibidem. b d Totã repleuerat eam Spiritus sancti gratia: totã incenderat eam diuinus amor: ita vt etiam in ea nihil esset mundanum, quod violaret affectum, sed amor cõtinuus & ebrietas perfusi amoris.

Ibidem. b e Maria qa mēte passa est, plusquã martyr fuit, nimirũ & ei⁹ dilectio ampliùs fortis, q̃ mors: quia mortẽ Christi suam fecit.

Ibidem. b f Si spiritu Dei omnis virtus angelorũ
con

cōstar, beatā & gloriosam virginē, inquā, superuenit Spiritus sanctus & Deus totus illapsus, portatur nouē mensibus in utero, credimus ampliora promeruisse virtutum priuilegia, & percepisse gratiā ab angelis.

b g Si in domo patris mansiones multæ *Ibidem.* sunt, credimus splendidiorē filium matri præstitisse, quā olim ædificauit sibi domum subnixam columnis septem.

b h Comestrix ac vinolēta nūquā Maria fuit: quia omnis mulier quæ vinolenta est & comestrix, meretrix est. Nō leuis, non iocosa, non cantatrix, non turpiū verborū amatrix: sicut solent plerunq; puellæ, quæ libēter talia aut loquuntur, aut audiunt: non super virum oculos suos extulit, aut infixit aspectum. *Chryf. sup Matth.*

b i Magna fuit sanctificatio Ieremiæ, *Ber. ad ca. no. Lugdun.* qua potuit vitare facilius culpam mortaliū: maior sanctificatio Ioānis Baptistæ; *nenfes.* qua potuit vitare frequentiam venialium: maxima virginis Mariæ, qua potuit vitare, imò vitauit omne peccatum.

b k Maria propriū peccatū non habuit: *Ru. in ser. nativita.* & ab innocentissimo corde eius præsentia longè fuit, nihil vnquā cogitauit, locuta vel operata est, de quo oporteret eā aliquando poenitere *virg. Hac Bern.* Gradum tamen plenioris sanctitatis in conceptione filij habuit.

vt videlicet plena gratia esset, & in gratia confirmata. Istud est illud vas nouum in figura, in quo iussit Helisus mitti sal.

Et. R. ho- b **Quæ** est virgo tam sublimis, vt saluter
mil. 2. tur ab angelo, tam humilis vt desponsata sit fabro?

Ber. super b m **Hæc** est virgo carne & mēte, virgo
ho. Missus professione, virgo denique qualē describit
est. Apostolus, mente & corpore sancta.

Bernard. b n **Super** illo verbo in plenitudine san-
ctorum detentio mea. Verè in plenitudine
sanctorum detentio virginis Mariæ: cui nō
defuit fides patriarcharū, spes pphetarū,
zelus apostolorū, cōstātia martyrū, sobrie-
tas confessorū, castitas virginū, fœcōditas
cōiugatorū, sed nec ipsa puritas angelorū.

Bernard. b o **Sinū** suæ misericordiæ Maria omni-
bus aperit: vt de plenitudine eius accipiāt
vniuersi, captiuus redemptionem, eger cu-
rationem, tristis cōsolationem, iustus gra-
tiam, angelus lætitiā, deniq; toea trinitas
gloriā: persona filij Dei carnis substantiā.

Hieromy. b p **Quòd** triēnis in tēplo præsentata est
beata virgo, & in cōtubernio virginū posi-
ta, nōdū plenè verba formabat, & iā gressu
maturo incedebat, vt non infantula puta-
retur, sed grāda:ua: horas sic discernebat, q̄
manè vsque ad tertiam orationi vacabat:
à tertia vsq; ad nouā tētebat, vel nebat ad
cult

cultū templi: à nona autem orationi instabat, donec angelus veniebat, de cuius manu cibū sumebat. cibū verò quē cum aliis virginibus sumebat, pauperi erogabat.

b q Per istas xij. stellas intelligimus duo *Berna. in Apocaty.*

decimī p̄rogatas in beata virgine fuisse. Regia generatio, angelica salutatio, p̄cipua sanctificatio, mirifica cōceptio, integritas sine corruptione in cōtinendo: fecunditas sine cōmissione in cōcipiendo, facilitas sine aggrauatione in filiū ferendo, suauitas sine afflictione in pariēdo, sobrietas pudorata in eloquio, humilitas cōprobata in animo, acerbitas degustata in martyrio, & credulitas conseruata in triduo.

b r Hinc fratres, hinc ergo perpenditur *Petr. Damia. i quo dā ser. su. per euan. li. generationis.*

quib⁹ laudibus digna sit beata & gloriola virgo Maria: q̄ illū de castissimis suis visceribus nobis genuit: q̄ nos de tā p̄fundo gutture auidissimi draconis eripuit. Ad eius nāq; digna efferēda p̄conia non Rhetoricorū diserta facundia, nō Dialecticorū subtilia argumenta, non acutissima Philosophorum apta reperiuntur ingenia. Et quid mirum, si hęc ineffabilis virgo, in suis laudibus modum humanę vocis exuperat, cum & ipsam humani generis naturam excellentium meritorum dignitate transcendat? Non deniq; excellentissimus ille patri

patriarcharū chorus, nō prouidus prophetarū numerus, nō iudex Apostolorū Senatus, non martyrū victor exercitus, non aliquis antiquorū, non quisquā sequentiū patrū huic beatissimæ virgini poterit comparari. Quid enim sanctitatis, qđ iustitiæ, quid religionis, qđ perfectionis singulari huic virgini deesse potuit, quæ totius diuinæ gratiæ charismate plena fuit? Sicut nāq; dū ab angelo salutare audiuit: Aue gratia plena, Domin⁹ tecū: qđ ergo vitū in eius mēte vel corpore vendicare potuit sibi locū, qđ ad instar cœli plenitudine totius deitatis meruit esse sacrariū? In Christo enim sicut per Paulum dicitur, habitat oīs plenitudo deitatis corporaliter. Nec mirū: si cūctorū merita transcēdit mortaliū: qm̄ & ipsa superexcedit celsitudinem angelorū. O mirabiliter fœcūda virginitas, quæ nouo & inaudito miraculo mater dici possit & virgo: qui toto mūdo non capitur, puellæ innuptæ mēbris infunditur. Sentiebat quidē pondera ventris, quæ pudorem non amiserat castitatis: mirabatur partus insignia, quæ nulla nouerat viri contagiæ spes in partu. cū nō fuisset voluntas in coitu: immensum cōcepit, æternum genuit, genitum ante secula parturiuit: qui sibi & munus fœcunditatis at-

tulit, & conceptus virginitatis decus non abstulit natus. qui ante, q̄ nasceretur, talem creauit eam, vt dignè nasci posset ex ea.

b t Quo pacto eius festiuitatem dignè Petr. Da- celebrare p̄t infirmitas hoīm: quæ gaudiū *miani in* parere meruit angelorū? Qualiter eā lau- *ser. natiui* dare poterit mortalis hoīs trāsitorium ver- *tat. beat.* bū, quæ illud de se protulit verbū, qđ ma- *virginis.* net in eternū? Quæ lingua in eius laude in- uenitur idonea, quæ illū genuit, cui oīa be- nedicunt, & cū tremore obediūt elemēta?

Vide etiam in tit. Incarnatio, d. Neces- sitas, m. *Martyrium.*

a **N**ON cōstituiūmus martyribus tem- *Aug. 8. de* pla & sacerdotia: quoniā non ipsi *civitate* sed Deus eorum nobis est Deus. *Dei.*

b Seculi homines infeliciter felices sunt: *Idem sup* martyres autem feliciter infelices erant. *Psal.*

c Iniuria est pro martyre orare, cuius de- *Augu. de.* bemus orationibus commendari. *ver. apo-*

d Mori à psequēte, martyriū in apto ope- *stoli.* re est: ferre verò cōtumelias & odiētē dili- *Grego. in* gere, martyriū est in occulta cogitatione. *honil.*

e Si adiuuantē nos Domino virtutem pa- *Greg. hoc* tientiaē seruare cōtēdimus, & in pace eccle- *mil. 35.* siaē viuimus, martyrij palmam tenemus.

f Nos sine ferro & sanguine martyres *Ibidem* esse possumus: si patientiam veraciter in animo custodimus.

Greg. ho. 3. super Euangel. g Quauis occasio per. ecutionis deest, habet tamen & pax nostra martyriū suum: quia & in carnis colla ferro non subdamus: spirituali tamē gladio desideria in mente trucidamus,

Ibid. in serm. h Duo sunt quippe martiriꝝ genera, vnū in publico, aliud in mente, simul & in a. ctione. Itaq; esse martyres possumus, etiā si nullo ferro percutientium trucidemur.

Ber. in sermo. i Quod martyriū grauius est, quam inter epulas esurire, inter vestes multas pretio. sas algere, paupertate premi inter diuitias quas offert mundus, quas ostētat malignus, quas desiderat noster appetitus? Propter eā pauperibus & pariter & martyribus re. gnum coelorum promittitur, quia pauper. tate quidem emitur: sed in passione pro Christo absque dilatione percipitur.

Chryso. k Egestas bene tolerata propter Chri. stum, facit martyrium.

Chry. sup. Mat. 11. l In praeliis sensibilibus, qui potior est ad occisionem, probior est, & hostibus terri. bilior: quauis eum rex non possit susci. tare post mortem: quanto magis hic, ubi tanta spes resurrectionis est?

Hayo de claustro anima. m Fortissimus Abrahā, sed beatus Laurē. tius fortior fortissimo. Audiamus qualiter Abraham sua dimisit, & Laurentius sua di. sperit, & dedit pauperibꝰ. Abrahā filiū suū

Deo

Deo obtulit: Laurēti⁹ seipsum p̄ filio Dei.
 hic ignē parat, colligat filiū, gladiū euagi-
 natū, sed angelum audit prohibētē ne perficiat: ille ad ignē positus Christiū prædicat,
 carnales vero virgētes carbonēs mini-
 st. an. lo. verbis nō exasperat: efficitur holo-
 cau tū Domino, id est rotū incensum, intūs
 igne charitatis: exteriūs verò fiā. na. tribu-
 lationis. hic quia obediens efficitur, filium
 recipit incolumen: ille quia perseverat in
 tormentis, à Dei filio recipitur ad salutem.

n Hoc enim baptisma, scilicet martyriū *Cypria in*
 in gratia maius, in potestate sublimius, in *quadam*
 honore pretiosius. *epist.*

Vile etiam in rit. Humilitas, r. Virgini-
 tas, f. Christianus, g. *Medicina.*

a **N** Quis medicus quid salutiferum, *Augu. in*
 quidque cōtrarium petat egrotus. *quodam*
 Aegroti estis, nolite ergo medico dictare *ser:*
 quæ vobis medicamina velit adponere.

b Contraria diuinæ conditioni præcepta *Ambr suc*
 medicinae sunt: à ieiunio reuocāt, lucubra- *per psal:*
 re nō sinunt, ab omni intentione medita- *130.*
 tionis ab iucunt, itaque qui se medicis de-
 derit, seipsum sibi abnegat.

c Omnis medicina habet ad tempus am- *Hic super*
 ritudinem: sed postea fructus doloris sani- *Hic lib. 2.*
 tate monstratur.

d Improbus & imperitus est medicus, *Gre. in pa*

Sorali. qui alienum mederi adperit, & ipse vulnus quod patitur, nescit.

Ibidem. e Moris medicinalis est, vt sepe feruorē viscerum in pruriginē cutis trahat: & plerumque inde interius curat, vnde exterius fauciat. Ita nonnunquam diuinæ dispensationis medicamine agitur, vt exterioribus doloribus internum vulnus adimatur.

Berna. in epist. f Ego plagis conscientię meæ malum iudico accommodatius, medicamentū probis & contumeliis.

Ber. super cantica. g Osapientia quanta arte medendi in vino & oleo animæ meæ sanitatem restauras, fortiter suavis, & suauiter fortis, fortis pro me, & suavis mihi.

Ibidem. h Vnde irrepſit morbus, inde remedium intret, & per eadem sequatur vestigia, vita mortem, tenebras lux, venenum serpentis antidotum veritatis, & sanat ocalum qui turbatus est, vt serenus videat quem turbatus non potest, auris prima mortis ianua, prima aperiatur & vitæ.

Chryf. sup. ill. Mat. i Spirituali medico spiritualement offerrebat mercedem nam omnes medici pecuniis. iste autem solus oratione placatur.

ve sacerdoti et offerre ma. Ec. I. lib. 4. k Nomen medicinæ à modo ac temperamento impositum existimatur, vt non statim, sed paulatim adhibeatur, nã in multo contristatur natura, mediocriter autem gaudet.

gaudet. Vnde & qui pigmenta & antidota *Etymolo.*
 aſidue biberint, vexantur: immoderatio
 enim omnis nō salutē, ſed periculū affert.

¶ Frequenter ſiquid ex aptitudine medici *Ver. ibid.*
 gratioſa, & ex quadam confidentia, quam
 agrotus inde cōcipit, natura iam deficiens
 conualeſcit.

¶ Medicorū conſilia deuita, qui parum *Sen. in ep.*
 docti & ſatis ſeduli officiōſiſſimē multos
 occidunt.

Vide etiam in titu. Eleemofyna, a. I. Eu-
 chariſtia, n. Gratia, b. Gula, f. g. Humilitas,
 b. Manſuetudo, c. Munus, e. Tribulatio, a.

Mendacium.

a **Q**uomodo Deus pater genuit filiū *Augu. ſu-*
 veritatem: ſic diabolus lapſus ge- *per Io. ſup*
 nuit quaſi filium mendacium. *Mendax*

b Quum humilitatis cauſa mentiris, ſi *eſt & pa*
 non eras peccator antequam mentireris; *ver. eius.*
 mentiendo efficeris quod euitaueras. *Augu. de*

c Perdes omnes, qui loquuntur mēdaciū. *ver. apo.*
 Sunt mendacia quædā pro ſalute vel com- *Augu. ſu-*
 modo alicuius, nō malitia, ſed benignitate *per pſa. 5.*

te, vt obſtrices, quæ dixerunt pro filiis
 Iſraël falſum Pharaoni. hec autē mendacia
 nō re, ſed in dolo laudantur: & qui ſic men-
 tiūtur, merebūtur aliquādo ab omni men-
 dacio liberati. Eſt etiā mēdaciū ioco, quod
 non fallit. ſcit enim cui dicitur, cauſa ioci

dici, & hæc duo genera non sunt sine culpa, sed nõ cum magna. Perfectis non conuenit mētiri nec pro temporali vita, cuius morte sua vel alterius occiditur anima. licet autem, si nõ falsum dicere, verũ tacere: vt si quis nõ vult hominẽ ad mortẽ perdere, verum taceat, sed non falsum dicat, nec pro corpore alterius animã suam occidat.

Augu. ad cantica.

d Quicquid figuratẽ fit, aut dicitur, non est mendacium.

Augu. in Enchirid.

e In quibus reb⁹ nihil interest ad capescẽdum regnũ Dei: vtrũ credatur an nõ: vtrum vera putẽtur an falsa: in his errare & aliud p̄ alio putare, nõ est arbitrãdum esse peccatum: aut si est, minimũ est atq; leuissimum.

Augu. sup psal. 5.

f Aliud est mētiri, aliud est verum occultare: sicut aliud est falsum dicere, aliud est verum tacere: vt si quis nõ velit ad mortem hominem prodere, paratus esse debet verum occultare, non falsum dicere, vt neque prodat neque mentiarur: neque occidat animam suam pro corpore alterius.

Augu. in Enchirid.

g Mihi autem absurdum videtur, omne mēdicium esse peccatũ. Sed multũ interest, quo animo, & de quibus rebus quisq; mentiarur. Non enim ita peccat, qui consolandi, sicut qui nocendi voluntate mentitur: nec tantum ille nocet, qui viatorẽ mentiendo in aduersum iter mittit: quantum is, qui viam

viam vitæ mendacio fallentem deprauat.

h Aliud est iurare falsum, aliud iurare in dolo. Non enim omnis, qui aliter facturus est, quàm promittit, in dolo iurat. Licet enim Apollolus Corinthiis promitteret: Veniã ad vos: nõ tamẽ in dolo iuravit, aut mēdaciter promisit. Ille autem in dolo iurat aut mēdaciter promittit, in cuius mente est, nõ sic se facturum vt promittit. Ille autem, qui promittit falsum quod putat verum: nec in dolo iurat, nec mendaciter promittit.

i Nõnulli obstetricum mēdaciũ conãtur asserere nõ esse peccatum, maximè quia illis mētiẽtib; scriptũ est: quod ædificauit eis Dominus domos, in quo magis recõpẽsatio cognoscitur, quàm mēdaci; culpa mereatur. Nam benignitatis earum merces, quæ eis in eterna potuit vita retribui, præmissa culpa mēdaci; in terrena est recõpẽsatiõẽ declinata.

k Nõnunquã peius est mēdaciũ meditari quàm loqui. Nã loqui plerunq; præcipitatiõis est, meditari verò studiosè, prauitatis.

l Mēdaci; quoq; genus perfecti viri summo opere fugiunt: vt nec vita alicuius per eorum fallaciam defendatur, ne sua animæ noceãt, dum præstari nitũtur carnĩ alienæ: quanquã hoc peccati genus facillimè credamus relaxari. Nam si qualibet culpa sequenti solet pia operatione purgari, quãtò

magis hoc facile abstergitur, quod mater
boni operis ipsa pietas admittit?

*Ber. super
santica.*

ser. 18.

m Aliud est sub incerto hoc vel illud opi-
nando sentire, aliud est temerè affirmare,
quod nescias. Est enim qui dubiè profert
médaciū, & nō mētitur: & est qui veritatē,
quā nescit, affirmat, & mētitur: nam & ille
non quidem, quod non est, esse, sed se quod
credit, credere dicit, & verum dicit: etsi hoc
verum nō sit, quod credit. Is quū se certum,
vnde certus est, nō est, dicit, verum non di-
cit, etiam si verum sit, de quo asserit.

*Chry. super
per Mat.*

*Chry. super
per Mat.*

21.

*Isi. de cō-
suetudinibus
viorū &*

virtutū.

Pet. Bles.

Pet. Bles.

Yollius.

Yollius.

Yollius.

Yollius.

Yollius.

Yollius.

Yollius.

n Cōcessum est diabolo interdū vera di-
cere, vt médaciū suū rara veritate cōmēdet.

o Mendacia si non habent quem deci-
piant, ipsa sibi mētiuntur, sicut ait Psalmus,

mentita est iniquitas sibi.

p Nec artificioso ingenio, nec simplici
verbo oportet decipere quēquā: quia quo-

libet modo mentiatur quis, offendit.

q Quidam in suis médaciis gratiosi sunt:
quidam semper laborant esse veridici, &

mendacissimi reputantur.

r Mendacium, est falsa verborum prola-
tio, cum intentione fallendi.

Vide etiā in tit. Adulatio, b, a. Confessio,

d. Ieiunium, a h. Veritas, h, l. Vitium, f.

*Angl. No.
per psal.*

a

D

Esiderio tuo locum facis diabolo.

Mercatio.

Eccc

Ecce enim diabolus proposuit lucrum & mutuauit ad fraudem, lucrum habere non poteris, nisi fraudem feceris: sed lucrū esca est, fraus laqueus: sic attende escam, ut videas & laqueum: quia lucrum habere non poteris, nisi fraudem feceris: fraudem autem si feceris, capieris.

b Regula iustitiæ manifesta est: quòd à vero nō declinare virum deceat bonū, nec damno iusto aficere quenquam, nec aliquid dolo annectere rei suæ. *Ambros. lib. de offi.*

c In contractibus vitia eorum, quæ vaneunt, prodi iubentur: at nisi intimauerit venditor, quanuis in ius emptoris tranierint, doli actione tenetur. *Ambros. 3. de officis.*

d Vilem se vult æstimari Christus, ut ab omnib⁹ ematur: ne quæ pauper deterreatur. *Ambros. super Lucā li. 6.*

e Super oēs mercatores, plus maledictus est, scilicet vsurarius, quia mercator dat, ut nō iā repetat: iste autē postquā scenerauerit, & suū iterū repetit, & alienū cū suo tollit. *Chrysostomus super matth. Eiciebas de templo*

f Quicūque cōparat, inquit, rem, ut illam integrā & imminutam dando lucretur, ille est mercator, qui de templo Dei eiicitur. *oēs ementes, &c. Chrysostomus ibi.*

g Propemodū donare videtur, qui vendit rogatus: ad saturatos cum mercibus ire, certamen est. suo autem arbitrio pretium poseit, qui victualia potest ferre ieiunans. *Cassiodorus in epist. lib. 2.*

h Aurum vel diuitias siquidem per bella *Cassiodorus in epist.*

quæreret, nefas est : per maria, periculum : per falitates, opprobrium : per agriculturam verò, licitum est : honestum verò est lucrum, per quod nemo læditur, iuste acquiritur, & nulli præiudicatur.

Tullius.

i Sordidum est eorum officium, qui emunt à mercatoribus, quod statim vendant : nil enim proficiunt, nisi quodammodo mentiantur. Agricultura enim nil melius, nil vberius, nil homine libero dignius.

Hanc laudat Horatius : Beatus ille, qui procul negotiis, Ut prisca gens mortalium paterna rura bobus exercet suis : Solutus omni fœnore.

Vide etiam in titu. Clericus, c. Prædicatione, b g. *Meritum.*

Aug. li. cõ a
fessionũ.

Q Visq̃ tibi enũerat vera merita sua, quod tibi enumerat nisi munera tua?

Aug. de lib. arbit.

b Deus autor est meriti, qui & voluntatẽ applicat operi, & opus explicat voluntati.

August. Mat. 11.

c Simples & indocti regnum cœlorum rapiunt : & nos cum literis nostris ad infernum descendimus.

Grego. in moral.

d Magna sunt actiue vite merita, sed contemplatiue potiora.

Grego. homil. 10.

e Non est magni meriti, si quid foris erga nos agatur in corpore, sed magis pensandum est, quid agatur in mēte. nam præsentem mundum despiciere, transitoria non amare

amare, mentem medullitus in humilitate Deo & proximis sternere, contra illatas cōtumelias patientiam seruare, & custodita patiētia dolorem malitiæ à corde repellere, egenis propria tribuere, aliena minime ambire, amicum in Deo diligere, propter Deum & eos, qui sunt inimici, amare, de afflictione proximi lugere, de morte inimici nō exultare, hic est noua creatura.

f Hoc totum hoīs meritum, si totā spem suā ponat in eo, q̄ totum saluū fecit: sufficit ad meritum scire quod nō sufficiāt merita. *Bern. serō*
13.

g Præposter⁹ ordo est, an meritū exigere præmium, & ante laborē sumere cibum. *Bern. sū. cō.*

h Domine, multi volunt tecum conregnare: sed non cōpati volunt. inuenire, & non querere, volunt consequi, & nō sequi. *Bern. i ser.*

i Et si milies moriamur, & si omnes virtutes animæ expleamus, nihil dignum gerimus ad ea, quæ ipsi à Deo percepimus. *Chr. de cōpūlt. cor.*

k Videmus aliquoties nūillos cœpisse postremos, & factos merito priores. *Chr. de reparatione*

l Quicquid gesseris, parū est: quicquid feceris, minus est. Omne enī meritum breue est cōparatione donorum: numera beneficia, si potes: & tunc cōsidera quid mereris. *lappi. Chrysof. Hom. 70.*

m Si totum tps vitæ huius occupāt obsequia, laudes teneant: gratiarum actiones insistant, non poteris pensare, quod debes. *Ibidem.*

Ibidem. n Sit licet excellens hominum meritum, sit naturæ iura conseruans, sit legum iussis obtemperans, fidem impleat, iustitiam reneat, virtutes exerceat, damnet vitia, peccata repellat, exemplum semet imitantibus præbeat, nihil est respectu eiusdem.

Ibidem. o Cum diuinis muneribus actus proprios meditare: nec dignū te iudicabis, eo quod frueris, si intelliges, quod mereris.

Chryso. p Grandis violentia est in terra nasci, & *Mat. II.* cælum rapere, & habere per virtutē, quod nō possumus habere per naturā. Regnum cælorum vim patitur: quia gloria Domini Israël patribus debita, à prophetis nūtiata, à Christo oblata, fide Gentium occupatur & rapitur, dum per pœnitentiā, quā Ioannes prædicauit, reuiuiscunt ad cœlestem patriam, quasi in alienum locum redeunt.

Cas. lib. I. q Securus celsa conscendit, qui se in paulo minoribus approbavit, & certo præcedit vestigio, qui gradatim potitur accepto. Sine merito si quidē remuneratum putatur omne, quod subitum est: nec in exploratis suspicionē refugit, quod repetēte prouenerit. Econtrā omnia deliberata sunt robusta, & totum bonis actibus obtinuisse creditur, qui post documenta laudatæ militiæ promouetur.

Ibidem. r Sumpsiisti nomen ex meritis, custodi vt
semp

semper leteris veritate vocabuli. nam cum omnis appellatio ad deliniendas res videatur imposita, nimis absurdum est nomen alienum portare, & aliud dici, quam possit in moribus inueniri. Verum hæc bonæ conscientiæ dicta sufficiant, quia dubitari de illo creditur, qui à plurimis admonetur.

f Qui enim est ordine vel dignitate primus, debet esse meritorum laude precipuus. *Idē. l. 2.*

t Indiscreti hominis mores consuli que vagarentur, si aut culpa formidinem, aut virtus præmium non haberet. *Ibidem.*

v Junioribus conceditur spes laboris, dum vicissitudo fuerit reddita veteranis. *Idē. l. 4.*

x Differri non debent merita fidelium, vt ad studia bonorum actuum prouocentur vota cunctorum, Demus igitur, quæ sunt iusta, laboribus, vt prouectu priorum inuitemus corda sequentium. *Ibidem.*

y Sicut enim æquum est desidiosis, laborantium præmia denegare: ita conuenit exultantibus, id est, operantibus remunerationis optata concedere. *Ibidem.*

z Dignum est, vt fructus laborum sequatur vota fidelium, & superior gradus accipiat, que gestarum rerum integritas affecta comedat. *Ibidem.*

ab Bene moderatrix omnium rerum antiquitas considerauit, vt laboris sui pretia recipiant, qui publicis utilitatibus obsecundant

dant: ne quis haberetur preteritus, qui probabili fuerat actione laudandus.

Cassio. a c Hoc est profecto difficilimum regnandi genus, exercere iuuenem in suis sensibus principatum. Rarum omnino bonum est, dominum triumphare de moribus, & hoc consequi in florida ætate, ad quod vix creditur cana modestia peruenire.

Vali ser. a d Parum laudis habet virtutum corona, quæ ex labore non descendit: potest quidem habere palmam, sed non habet gloriam. Hæc est magnarum virtutum: vt quantò plus homo laborat: tantò plus mercedis acquirat.

Vide etiã in ri. Anima. i. Charitas. d. Cõsolatio. e. Gloria vana p. Gloria aterna. l. u. a q. Gratitude. l. m. Iustitia. a b. Otiositas. i. Pœnitentia. b c. Remuneratio & Sanctitas. q. Tentatio. b. Tribulatio. a k. Vanitas. a c. c d.

Militia.

Augu. de a **M**ilitare, non est delictum, sed propter prædã militare peccatum est. *rer. domi.* Nec rempublicã gerere criminofum est: sed idẽ agere rempublicã, vt rẽ familiarem potiùs augeas, videtur esse damnabile: propterea enim providentia quadam militantibus sunt stipendia constituta, ne ad Theoc. tum sumptus quæritur, prædo grassetur, *domachũ.* b Decubiculo ad aciem, de vmbra egrediens

diens ad Solem : corpus assuetum tunica,
loricæ ouis non sustinet : caput opertum
linceo, galeam recusat : mollem otio ma-
num ducus exasperat capulus : fortior au-
tem miles ex confragoso venit.

c Iuuēt⁹ em̄, cui defensio puñciarū, cui *Vege. de re*
bellorum est cōmittenda fortuna, & gñe, si *mib. lib. 1.*
copia suppetat, & moribus debet excelle-
re. Honestas. n. idoneū militē reddit: vere-
cūdia, dū ꝑhibet fugere, facit esse victorē.

d Fabros ferrarios, carpentarios, macel- *Ibidem.*
larios, & ceruorum aprorūque venatores
conuenit sociate militiæ.

e Nihil enim magis in itinere, vel in *Ibidem.*
acie custodiendum est, quàm vt omnes mi-
lites incedendi ordinem seruent: quod ali-
ter non potest fieri nisi vt exercitio deambu-
lare celeriter & æqualiter discant. Pericu-
lum enim ab hostibus semper grauissimū
sustinet diuisus & inordinatus exercitus.

f Nihil enim neque firmitus, neque feli- *Ibidem.*
cius, neque laudabilius est republica, in
qua abundant milites eruditi.

g Plurimum enim terroris hostibus ar- *Vege. li. 2.*
morum splendor importat. Quis credat
militem belliciosum, cuius dissimulatio-
ne, situ ac rubigine arma scēlantur?

h Ab his, q̄ tyrones probāt in omnibus *Ibidem.*
quidem staturæ magnitudinē, corporis ro-
bur

bur, alacritatem animi cōuenit explorari.

Idē l. 8.

i Nunq̄ enim ad cōtumaciam pari consensu multitudo prorumpit, sed incitantur paucis vitiorū scelerūmq; impunitate: sperant peccare cum plurimis. Quòd si ferri medicinam necetsitas extrema p̄suaserit, recti⁹ est more maiorū, in autores criminū vindicari: vt ad oēs metus, ad paucos pœna perueniat: laudabiliores tamen duces sunt, quorum exercitum ad modestiam, labor & vsus instituit, quàm illi, quorum milites ad obediētīā suppliciorum formido cōpellit.

Vez. ibid.

k Pleriq; rei militaris ignari, pleniorē victoriam credunt, si aduersarios aut locorum angustiis, aut armatorū multitudine circumdederint vt aditū nō inueniāt abscedēdi: sed clausis ex desperatione crescit audacia, & quum spei nihil est, sumit arma formido. Libenter cupit cōmori, q̄ sine dubio scit se esse moriturum. ideóq; Scipionis laudata sententia est, qui dixit, viam hostibus, qua fugerent, inueniendam. Nā quum abscedendi aditu patefacto, mentes oīum ad prebenda terga cōsenferint, multi more pecudum trucidātur: nec insequentium vllū periculū est, quū victi (quibus defendi poterant) arma conuerterint in fugam: hoc genere quantò maior fuerit exercitus, tantò facilius multitudo prosternitur.

Ne

I Neq; enim ibi regrēdus est numerus, *Ibidem.*
 vbi animus semel territus, nō tam tela ho-
 stiū cupit declinare, q̄ vultū: ceterum clau-
 si, licet exigui numero, & infirmi viribus,
 hoc ipso tñ sunt hostibus pares: q̄a despe-
 rates sciunt aliud sibi licere non posse. Nā
 vna salus victis nullam sperare salutem.

n Nulla cōsilia meliora sunt, quā illa, *Ibidem.*
 quæ ignoravit aduersarius, antequā facias.
 Quū igitur cōsiliū tuū cognoueris aduer-
 sariis proditum, dispositionē mutare te cō-
 uenit: quid fieri debeat, tractato cum mul-
 tis. Quid verò facturus sis, cum paucissi-
 mis, ac fidelissimis, vel potius ipse tecum.

q Nihil dānabili⁹ est in milite, q̄ oriū, p *Pet. Bles.*
 quod vsus armorū dediscitur: nutritur pu- *in ep. 94.*
 sillanimitas, vires fatiscunt, obrepit iner-
 tia, & ad immūditiaē actus anim⁹ occupat.

r Vegetij Renati testimonio, inutilis est *Ibidem.*
 omnino militiē, nutritus tenerē, & delitiis
 assuetus: eum autem cēset aptiorē, qui sub
 dio & ad arma nutritur in labore. Solis pa-
 tiēs, vmbre negligens, balneorum nescius,
 æquē ferēs frigoris iniurias, & caloris, ru-
 dis in causis, simplex in actibus, cibo mo-
 deratiore cōtentus, q̄ nō erubescat fossam
 ducere, reparare aggeres, ferre lapides &
 cāmētī, lignorūmq; materiam cōportare.

r Clypeos deferunt deauratos, prædā po *Ibidem.*

tius hostiū cupientes, quā certamen ab hostibus. bella tamē & cōflict⁹ equestres depingi faciūt in sellis & clypeis, vt se quādā imaginaria vitione delectet ī pugnis, quas actualiter ingredi, aut videre non audent.

Ibidem. v In his Frontinus refert, cū scutum cuiusdam vidisset auro & gemmis multipliciter adornatum, dixit se non mirari, si tanta clypeum diligentia ornasset, in quo plus præsidiij, quā in ense haberet.

Ibidem. x Refert Pericles: nō picturā, nō aurum, & lapides, sed scutum diuulsum, fractam galeam, hebetem gladium, faciem vulneratam cedere militibus ad ornatum.

Ibidem. y Hi sunt, quorū testimonio laudari audis in otio occupationes, in pace prædas, inter arma fugas, inter vina victorias, cum sint in prætoriis leones, in præliis lepores.

Ib. ep. 94. a b Porrò ordo militū nūc est, ordinē nō tenere: nā cuius os maiore verborū spurcitia polluitur, qui detestabilius iurat, q̄ minus Deū timet, ministros Dei vilificat: qui ecclesiam non veretur: iste hodie in cœtu militum fortior & nominatior reputatur.

Ibidem. a c Hodie militaris disciplina, quā Vegetius Renat⁹ & pleriq; alij docuerūt, prorsus euauit, & se in quandam delinquendi libertatem, & scurrilitatis speciē deformauit. Olim em̄ se iuramenti vinculo milites obligabāt, q̄ starent pro reipublicæ statu,

quod in acie non fugerent, & quod vite propriæ utilitatem publicam haberent: sed & hodie tyrones enses suos recipiunt de altari, ut profiteantur se filios ecclesiæ: atque honorem sacerdotij, ad tuitionem pauperum: ad vindictam malefactorum, & patriæ liberationem se gladium accepisse: porro in contrarium versa est: nam ex quo hodie militari cingulo decorantur, statim insurgunt in Christos Domini, & defrauant in patrimoniū Crucifixi: spoliant & plantant subiectos Christi pauperes, & miserabiliter atque immisericorditer affligunt miseros: ut in doloribus alienis illicitos appetit, & extraordinarias impleant voluntates.

a d Qui contra inimicos crucis vires suas *Ibid m.*
exercere debuerant, in potibus & ebrietatibus pugnant. Vacant otio, marcent crapula, vitamque degenerant in immunditiis transigentes, nomen & officium militiæ dehonestant.

a f Nullum laborem recusant manus, que ab *Se. in qua
dam epis.*
aratro ad arma transferuntur: quolibet enim viam patiuntur iumenta, quorum durata in aspero vngula est: in molli & palustri pascuo saginata cito subteruntur: fortior autem miles ex confragoso venit. sed ille unctus & nitidus, in primo pulvere deficit

a g Ducis in consilio, posita est virtus militum. *Val. l. 4.*

a h Non fuit Romanis rubor eburneo scipione deposito, agrestem aratri stivam repe

tere: sed Atilij manus rustico opere attrita salutē publicā stabilierūt, ingētes hostium copias pessunderunt, & quæ prius arantiu bouum iuga rexerāt: postea triumphalis currus habenas retinuerunt: pōt pauperes consolari Atilius, sed multo magis docere locupletes, quod non est necessaria magnæ laudis cupido, aut anxia opum comparatio. Virtus enim nudo homine cōtenta est. Vide etiā in ti. Resurrectio. a b Xpian. e.

Mirabile siue miraculum.

*Am. 6. 10. a
de ciuitate
re Dei.*

Q Vicquid igitur mirabile sit in hoc mundo, profectō minus est, q̄ tot hic mūus: id est cœlum, & terra, & omnia, quæ in eis sunt: quæ certè Deus fecit. nam & omni miraculo, quod sit p̄ hominē, maius miraculum est hō. Quāuis igitur miracula visibilium naturarum videndi assiduitate vilescunt, tamē ea, quū sapiēter intruemur, inuisitatissimis rarisque maiora sunt.

*Am. 22. de
cui. Dei.*

b Miracula leguntur in populis, ut credantur, nec in populis tñ nisi credita legerētur. Hæc autē vbiq̄ sunt, vix à tota ciuitate ipsa sciuntur, vel à quocunque commanentium in loco. Nā plerumque sunt ignorantibus cæteris, maxime si magna sit ciuitas: & quando alibi, aliisque narrantur: tanta ea commendat autoritas, ut sine difficultate, vel dubitatione credantur.

quam

quamvis christianis fidelibus in lice: etur.

c Aliter magi faciunt miracula, aliter *Au. li. 33*
 boni Christiani, aliter mali. Magi per pri- *quast.*
 uatos contractus cum dæmonibus: boni
 Christiani per publicam iustitiam: mali
 Christiani per signa publicæ iustitiæ.

d Ideo nõ omnibus sanctis ista miracula *Ibidem.*
 attribuuntur, ne perniciosissimo errore
 decipiantur infirmi, æstimantes in talibus
 factis esse maiora bona, quàm in operibus
 iustitiæ, quibus vita æterna comparatur.

e Dicamus aliqd Deũ posse, qd nos fatea- *August.*
 mur inuestigare nõ posse. In reb^o. n. mira-
 bilib⁹ tota rõ faciēdi, est potētia facientis.

f Nihil mirabilius in rebus humanis, *Aug. lib^o*
 quàm diligere inimicos. *fesio.*

g Eunt omnes admirari alta montium, *Ibidem.*
 & ingētes fluct⁹ maris, & latissimos lapsus
 fluminum, & Oceani ambitum, & gyros
 syderum, & relinquunt seipos, & non mi-
 rantur: Nam & omni miraculo, quod fit
 per hominē, maius miraculum est homo.

h Sicut non fuit Deo impossibile, quas *Au. li. 21.*
 voluit naturas instituire: sic ei non est ien- *de ci. Dei.*
 sibile, in quicquid voluerit, quas insti-
 tuit naturas, mutare

i Operum Dei caussa si lateat hominem, *Au. de spi*
 nõse obliuiscatur esse hominem, nec pro- *ritu. et li*
 pterea Deo det insipientiam, quia nõ bene *tera.*

capit eius sapientiam.

- Mic. fo. ii.* k Prophetizare, & virtutes facere, & de-
Ma. 7. Nō monia eicere interdum nō est meriti, qui
ne in no- operatur: sed vel iuocatio Christi hoc agit,
mine tuo vel ob cōdemnationē eorum qui iuocāt,
virt. mul- vel vtilitatem eorum, qui vidēt, & audiunt.
tas fe. l Charitatis & pietatis miracula amate,
Gre. i ho. quę tātō securiora sunt, quātō & occultiora
 & de quib⁹ apud Deū, eō maior sit retribu-
 tio, quō apud homines minor est gloria:
Gre. ibid. m Diuina mirabilia semp debēt cōsidera-
 ri p studiū, & nunquā discuti p intellectu.
Ibidem. n. Rationē de occulto Dei cōsilio q̄rere,
 nihil aliud est, q̄ cōtra eius cōsiliū sup̄bire.
Chr. super o Quatuor mirabiles imitatores fecit
prim. Ma. Deus: de piscatore primum ecclesię pasto-
 rem: de persecutore magistrum gentium &
 doctorem: de publicano primum euange-
 listam: de latrone primum cœlicolam.
Ibidem. p Tria totus mundus mirabatur, Christū
 post mortē resurrexisse, cum carne in cœlū
 ascēdisse, & per duodecim Apostolos pesca-
 tores totū mūdū cōuertisse. hui⁹ autē qua-
 druplex fuit causa, scilicet pecunię cōtem-
 ptus, glorię despectus, secularium occupa-
 tionum segregatio, & terribiliū perpersio.
Chry. sup. q Mirabilius est videre hominem cōui-
Matth. tia passum, & nō motum, quàm hominem
 vulneratum, & percussum non cadentem.

r Miracula in signū sunt, nō fidelib⁹, sed infidelibus: quia signum fidelibus non est necessariū, qui iam crediderūt: sed infidelibus, vt cōuertātur. Nam Paulus, pro non credētiū infidelitate, patiē Publij de infirmitate febriū, virtutib⁹ curat: infirmantem verò Timotheum fidelē, non oratione, sed medicinaliter tēperare: vt noueris miracula pro incredulis, nō pro fidelibus fieri.

s Res multis modis adparent mirabiles: *Hugo de aliquā ex magnitudine: aliquādo ex paruitate: aliquādo quia raræ: aliquādo quia pulchrae. secundū magnitudinem attēditur, oñ res quælibet sui generis modū in quantitate excedit: sic miramur gigantem inter homines, cetū inter pisces, grifonē inter volucres, elephantē inter quadrupedes, draconē inter serpētes. Secundum paruitatem considerantur: quādo res quælibet cæteris sui generis quāitate æquari non potest, vt tinea & vermes & scinifes, & alia similia, quæ inter cætera quidē animalia viuūt, sed cæteris omnibus corporis exiguitate disparēs sunt. Vide ergo quid magis mireris, dentes apri vel tinea, alas grifi vel scinifis, caput equi vel locustæ, crura elephantis vel culicis, leonem vel pulicem, tygridem vel testudinem? Ibi miraris magnitudinem, hic miraris paruitatem. illis dedit oculos.*

quos vix cōprehendere pōt oculus, & in t̄i
exiguīs corporib⁹ sic omnifar a iuamēta
naturæ suæ cōgrua plenissimè distribuit,
vt nihil videas deesse in minimis eorum
omniū, quæ natura formauit in magnis.

Ibidem.

t Miramur, quare etiā crocodilus mādu-
cās, inferiorē molā non mouet, & quomo-
do Salamādra in igne illæsa permanet: q̄
dedit Eritio spinas, & docuit eū, vt se po-
misturbine discussis inuoluat, q̄bus onu-
stus incedens stridet quasi plaustrū? & for-
mica hyemis superuēturæ præscia, granis
horrea sua replet: aranea quoque de visce-
ribus suis laqueos nectit, vt prædam capiat:
isti sunt testes sapientiæ Dei.

Ibidem.

v. Est adhuc aliud verū & euidēs diuinæ
sapientiæ argumentū: q̄ omne genus simile
sibi p̄creat, & vna species propagata, pri-
mæ originis formā non immutat: nō ouis
vitulū, nō vacca agnū, non cerua leporē, nō
leo vulpē, sed in sibi simile propaginē suā
extēdit. Aliud genus est fagus, aliud quer-
cus, & aliud vnumquodque suam speciem
habet, & vnūquodque sui generis seruat si-
militudinē. Vide folium quomodo intrin-
secus productis costulis huc & illuc intexi-
tur. mirare vnū, mirare aliud. omne quod
est vnus generis, vnus inuenies similitu-
dinis. tot costulas in vno, quot costulas in
alio

alio. talem formā in vno, qualem in alio. omnis enim natura, quasi cuiusdā intrinsecus dictantis præceptū accepit. nusquam terminos suos excedere præsumit.

x In facie vultūq; nostro nullas duas in tot milibus hominum indiscretas effigies existere: quod ars nulla in paucis numero præstet affectando. *Pli. l. 10. hist. Nat.*

Vide etiā in tit. Anima. a. c. Antechristus. o. q. Castitas. t. v. Cōfessio. n. Cōsideratio. b. Eucharistia. h. i. Incarnatio. f. m. Resurrectio. q. & in tit. Sortilegium per totum.

Miseria.

a **M**iseria, est copia tribulationis, & Minopia cōsolatiōis, quādo multifarie quis patitur, & à nemine releuatur. *Augus. de diffinitio.*

b Qui nequiter vult viuere, nōne tantō inferior esse conuincitur, quanto facilius mala eius voluntas impletur? *Augus. lib. de ver. domini.*

c Quid miserius misero nō miserāte se ipsum, & flēte Didonis mortem, quæ flebat amando Aeneam, non flente ante mortem suam, quæ flebat non amando te? *August. 1. confes.*

d Magna hominis miseria, cum illo nō esse, sine quo non potest esse. In quo enim est, proculdubio sine illo non est. & tamen si eius non meminit, eūque non intelligit, neque diligit, cum illo non est. *Augus. de arbitri.*

e Cōsidera quātū potes, quāam magnum

bonū sit ipsum esse, quod & beati & miserī volunt. nā si hoc bene cōsideraueris, videbis intantum esse te miserū, in quantum non appropinquas ei, quod summum est.

Hic. i. epi. f Apud Christianos non qui patitur, sed qui facit contumeliam, miser est.

Greg. sup Ezech. g Peccantes quosque tunc consideremus amplius miseros, quando eos conspiciamus in culpa sua, sine flagello derelictos.

Gre. ibid. h Ille bñ nouit ī exteriorib⁹ miseriis subsistere, q̄ scit de spe interna semp gaudere.

Ber. ser. 8. i Generalis est humano generi miseria triplex, si diligenter aduertimus. nam & faciles sumus ad seducendum, & debiles ad operandum, & fragiles ad resistendum. Si discernere volumus inter bonum & malum, decipimur. si tentamus facere bonū, deficimus. si conamur resistere malo, deicimur & superamur.

Berna. de 12. gradi. humilita. k Sicut pura veritas non nisi puro corde videtur: sic miseria fratris, non nisi misero corde seruatur.

Ber. i. ser. l Homo nat⁹ de muliere breui viuēs tēpore &c. In fordib⁹ generamur, ī tenebris cōfouemur, in dolorib⁹ parturimur, añ exitū miseras oneram⁹ matres, in exitu more vipereo laceramus, mirū q̄ ipsi nō laceramur: primā vocē ploratus edimus, merito quidē, utpote vallē plorationis ingressi.

et nobis illud sancti Iob ex omni parte possit aptari. Multis repletur miseris, multis & multiplicibus in quibus miseris corporis, miseris cordis, miseris dum dormit, miseris dum vigilat, miseris quocumque se venit.

m Considerant tibi quid istis occurrer tibi *Ber. ibid.*
 homo nudus & pauper & miser & miserabilis homo dolens, & homo sit: erubescens & nudus sit: plorans & natus sit: murmurans & sit homo natus ad laborem, non ad amorem: homo natus de muliere, & hoc cum reatu breui vivens tempore. ideo cum metu repletur multis miseris, & propterea cum fletu. vere multis, quia corporis & anime simul.

n Quare de vulva egressus sum ut viderem laborem & dolorem: consumerentur *Inn. de vilitate con-*
 in confusione dies mei? Si talia locutus est *ditio. ha-*
 de se: ille quem Deus sanctificavit in utero: *mana.*
 qualia loquar de me, quem mater mea genuit in peccato? Heu me dixerim: mater quid me genuisti filium amaritudinis & doloris? quare non in vulva mortuus sum? egressus ex utero non statim perii? cur exceptus genibus, lactatus vberibus, natus in combustionem & in cibum ignis? utinam interfectus fuisset in utero, ut fuisset meum sepulchrum & vulva eius conceptus æternus. fuisset enim, quasi non essem de utero transurus ad tumulum.

o Quis

Ibidem. o Quis ergo det oculis meis fontem lachrymarū, vt fleam miserabilem humanæ conditionis ingressum, culpabilē humanę conuersationis progressum: damnabilem humanæ dissolutionis egressum. Consideraui igitur cum lachrymis de quo factus est homo, quid faciat homo, quid facturus sit homo. Sanē formatus est homo de terra, conceptus in culpa: natus ad poenam: agit praua quæ non licent: turpia quæ non decent: vana, quæ non expediunt.

Ibidem. p Formatus est homo de puluere, de luto, de cinere: quòdq; vilius est, de spurcissimo spermate cōceptus in pruritu carnis, in feruore libidinis, in foetore luxuriæ, quòdq; deterius est, in labe peccati: natus ad laborē, timorem, dolorem: quòdq; miserius est, ad mortem. Agit praua, quibus offendit Deū, offendit proximum, offendit seipsum. Agit turpia, quibus polluit famā, poluit personam, polluit conscientiā. Agit vana, quibus negligit seria, negligit vtilia, negligit necessaria. Fit cib⁹ ignis, qui semper ardet & vrit inextinguibilis: esca vermis, qui semper rodit & comedit immortalis: massa putredinis, quæ semper foetet, & fordet horribilis.

*Sup prim-
cipiū Boë
ty de cōso.* q Sapiēs miser plus miser est, quàm rusticus miser. scit enim exaggerare causas dolen

doleadi, quas rusticus miser ignorat.

r Miserum te reputo, quia nunquam fuisti *Sen. i. qua*
miser. transiisti vitam, & non inuenisti ad *dam epis.*
uersarium. nimis miser fuisti. miseros re-
puto: quia nimia felicitate torpescunt.

s Calamitosus est animus futuri anxius: *Ibidem.*
& ante miseriam miser, qui sollicitus est, ut
ea, quibus delectatur ad extremum usque
permaneant: nullo enim tempore conquies-
cet, & expectatione futuri, presentia, qui-
bus frui poterat, amittet.

t Miseriores, quam in omnem fraudem oculis *Sen. de ve*
raperis, quam si omnino oculos non habueris. *medis for.*
Vide etiam in tit. Cōpassio. o. f. Homo. d. i. *tuorum.*
m. n. o. Honor. a. Timor. a. i. Voluntas. a.

Misericordia.

a **M**isericordia, est animi cōdolētis *Augu. de*
fectus cū additamēto bñficij: ut cō *diffi.*
patiamur pximo, & largiamur de pprio.

b Nihil ad misericordiam sic inclinatur, *Augu. ad*
atque proprii periculi cogitatio. *Gal.*

c Non est quò fugias à Deo irato, nisi ad *Augu. sup.*
Deum placarum. *psal 74.*

d Beati illi, qui subueniunt miseris: quoniam *Augu. de*
eis repēditur, ut per misericordiam dominū *ser. domi.*
de miseria liberentur. nā id ipsum videtur
iustū, ut qui à potentiore adiuuari vult, ad-
iuuet inferiorē, in quo est ipse potentior. *Augu. sup.*

e Melius est ut nullus sit miser, quam ut *psal.*

tu facias misericordiam. Qui enim ut faciat misericordiã, optat esse miseros, crudelẽ habet misericordiã: quomodo si medicus, ut exerceat artem suã, optat esse multos agrotos, crudelis est medicina.

Aug. 9. de civit. Dei. f Misericordia, est alienæ miseriæ in nostro corde compassio, qua utrique si possemus, subuenire compellimur.

Aug. ibid. g Lõgẽ melius & humanius & piorũ sensib' accomodatius, in Cæsaris laude locutus est Cicero, vbi ait: nulla de virtutibus tuis nec admirabilior nec gratior miã est.

Augus. de opere monacho. h Multò misericordius operatur q̃s circa animas infirmorũ, qui bonæ famæ seruatorũ Dei cõsulit: quã erga corporum agrotantium, qui panem esuriẽtibus tribuit.

Aug. li. 1. apologi. i Nec omisso iudicio, sis etiã pauperi in mala causa misericors, cui si parcis, cultello percutis cor, & tantò nequiores reddis, quantò iustum sibi fauere videt.

Ambr. ad Ti. 4. Pietas ad omnia utilis est. k Omnis summa disciplinæ christianæ in misericordia & pietate est, quã aliquis sequens si lubricum carnis patitur, sine dubio vapulabit.

Ambr. de offic. l Misericordia largior, vbi fides promptior. Nihil tam commendat Christianũ, quàm miseratio charitatis.

Ibidem. m Vasa sacrorũ vèdere opus est, ut quis si de sincere & perspicaci prudẽtia misericord

cordie munus impleat. sane si aliquis in sua declinat emolumenta, cum inueniatur. si vero pauperibus erogat, captiuum re. limit, inia est.

n Non memini me legisse mala morte *Hic. i. epl. ad Nepo.* mortuum, q̄ libenter opera charitatis exercuit. Habet enim multos intercessores, & impossibile est multorum preces non exaudiri.

o Natura hominum p̄na est ad clementiam, *Hic. i. epl.* & in alieno peccato sui quisq; miseretur.

p Misericordia, affectio est, qua nec voluntate coeretur, nec rationi subiicitur: sed ipsas pias mentes ad compassionem dolentium necessario cogit affectu: ita etiam, vt si peccatum eiles misereri, & si multum vellem, non possem non misereri. Est timor plus humilis fructuosus, qui cuiuslibet quantulibet peccatori facile misericordiam promeretur. talis timor generat, nutrit & seruat humilitatem, mansuetudinem, patientiam & longanimitatem.

q Misericordia a misero corde vocata *Grego. in ma.* est, eo quod vnusquisque inuenitur quem piam miserum, & ei compatiens de dolore animus tangitur. ipse cor miserum facit, vt eum a miseria liberet, cui intendit.

r Respicere inopem, exaudire peccatē, ligam *Grego. in ho. s.* re stipitē, p̄bere defensionē, atq; p̄ eiusdē defensionē pauperis aduersatis cuiuslibet inimicitias timere, magna metis latitudo est.

*Bern. ser-
mo. 4.*

s Sunt qui iam misericordes de his, quæ ad ipsos non pertinent: qui scandalizantur, quod nō datur omnibus abundanter: sic tamē, vt ipsi ne in modico quidē grauentur: q̄ si misericordes essent, de suo facere deberent misericordiā: si non possent de terrena substātia, de volūtate bona darēt eis, qui cōtra eos fortasse peccare vidētur. darēt dulce signum, verbum bonū, quod est super datum optimum, vt eorum mētes ad pœnitentiam reuocarent. Denique his omnibus, quos in peccato esse cognoscerēt, compassionem impenderent & orationē aliōquin misericordia illorum nulla est, & misericordiam consequentur nullam.

*Berna. in
serm. 88.*

t Septē in merideo misericordias Domini, quas & vos ipsi facile inueneritis in vobis. prima est, qd̄ à multis peccatis adhuc in seculo positū custodiuit. Prima quidem nō inter oēs, quas mihi impendit, sed primas inter has septē. Quis em̄ non videat, q̄ sicut in multa cecidi: sic & in alia poteram cecidisse peccata, nisi Omnipotentis pietas conseruasset? Fateor & fatebor, nisi quia dominus adiuuit me, paulò minus cecidisset in omne peccatum anima mea. Secūda miseratio, quæ non poterit explicari sermone, quàm benigna, quàm libera, quàm gratuita. ego peccabā, & tu dissimulabas,
non.

non cōtinebā à sceleribus, & tu abstinebas à verberibus: prolongabā ego multo tēpo-
 re iniquitatem, & tu Domine pietatē tuā.
 Tertia, q̄ visitauit cor meū, & inuitauit, vt
 amara fierēt, quæ malè dulcia prius erant.
 Quarta, q̄ pœnitētē misericorditer suscepi-
 sti, vt in eorū nūero inuenirer, de qb⁹ psal.
 Beati, quorū remissæ sunt iniquitates, &c.
 Quinta, per quam mihi continendi dein-
 ceptus, & emendatius viuendi præstitisti vir-
 tutem, ne recidiuū paterer, & esset nouissi-
 mus error peior priore. Postquam in his
 quinque miserationibus à malo liberaue-
 ris, in duabus aliis bona largiris. hæ duæ
 sunt, gratia promouēdi, qua videlicet mu-
 nus bonæ conuersationis indulges: & spes
 obtinendi, qua donas homini indigno, &
 peccatori de tua toties experta bonitate
 vsque ad cœlestia speranda præsumere.

v Magnæ misericordiæ sunt quatuor si- *Ber. i. ser.*
 lia, scilicet amissio amaritudinis, subtra-
 ctio opportunitatis, virtus resistendi, & sa-
 nitas affectionis.

x A nouissimis inceptus. q̄a qui ante Xpm *Chryf. sup.*
 fuerūt, quasi ex operibus iustificati fuerūt: per *Mat.*
 gētes aut̄ ex misericordia, vnde misericor- *20.*
 dia incipit à nouissimis, iustitia à maximis.

y Deus tristatur non de sua iniuria, sed *Chryf. sup.*
 de nostra perditione. Sicut rex benignus *Mat.*

diens criminofas personas, lege quidem cōpellente ipfe mortis ſententiã dictat aduerfus eas: tamen miſericordia inſtigante lachrymas fundit ſuper ipſas, & vult eas adiuuare, & non poteſt, contradicente ſibi iuſticia: quoniam miſericordia tũc eſt vere miſericordia, ſi ſic facta ſit, vt iuſticia per eã nō cōtempnatur. Si autem cōtempna iuſticia, miſericordia obſeruetur, ipſa miſericordia non eſt miſericordia, ſed fatuitas. Iuſticia enim ſine miſericordia non eſt iuſticia, ſed crudelitas: ſicut & miſericordia ſine iuſticia, non eſt miſericordia, ſed fatuitas.

Ibidem. z Miſericordia, eſt ſalutis præſidium, fidei ornamentum, propitiatio peccatorum: hæc eſt, quæ iuſtos probat, ſanctos roborat. Dei cultores oſtentat.

Raba. ſuper Mat. 25. a. b Habens intellectũ curet oĩno, ne taceat: habens rerũ affluentiã, vigilet, ne à miſericordiẽ largitate torpeſcat. habẽs artem qua regitur, magnopere ſtudeat, vt uſum & utilitatẽ cũ pximo partiatur. habẽs loquẽdi locũ apud diuitẽ, dãnationẽ pro reſento talento timeat, ſi nō quoridie, quum valet, apud diuitem pro pauperibus intercedat.

Rab. ibid. a. c Qui eſurientẽ pane verbi reſeit, & ſi riẽtẽ poru ſapiẽtiã refrigerat, qui errãtem in domũ patris reuocat, qui innocẽtẽ protegit, q̄ infirmũ fide aſſumit & confirmat, quẽ

tribuit

tribulatione oppresso subuenit, cōpatiēdo
vel cōsolando, verā dilectionem adimplet.

a d Misericordia cōsistit in elemosynis *Rab. ibid.*
largiendis, in malis tolerandis, in cōiitiis
remittendis, & in imperitis corrigendis.

a e Misericordiae virtus tanta est, vt sine *Leo papa*
illa, ceterae & si sint, prodesse non possunt. *in ser. de*

Quauis enim aliquis fidelis sit, & castus, *apparis.*
& sobrius, & aliis maioribus ornatus insi-
gnibus, si misericors tamen nō est, miseri-
cordiam non meretur.

a f In illo magno summōque iudicio tan *Ibidem.*
ti aestimabitur vel largitatis benignitas,
vel tenacitatis impietas, vt pro plenitudi-
ne omniū virtutū & pro summa omnium
commissorum, & per vnum malum illi in-
ignem mittuntur aeternum, & per vnū bo-
num isti introducuntur in regnum.

a g Benigni quippe principis est, ad cle- *Cassio in*
mentis cōmodū trāsilire terminos aequita- *epist.*
tū, quādo sola est misericordia, cui oēs vir-
tutes honorabiliter cedere non recusant.

a h Egentibus iustum est, non diuitibus *Ibidem.*
subueniri: fundit potius qui mittit in ple-
num, nam illud potius reconditur, quod
vāsis vacuis congregatur.

a i Si nullum penitus indigēre cōtinge- *Ibidem.*
ret, locū proinde largitas nō haberet. Data
est prouinciis in regis nostri laude penu-

ria. steriles facti sunt agri, vt vbertas Domini possit agnosci. minus esset acceptissimum donū, niū præcessisset incōmodum.

Cas. super psal.

a h Misericordia subsequitur ad cultodiam, sed præcedit ad gratiam conferendam: nam si solūm sequeretur, nemo donatam perciperet: si tātūm præcederet, nullus poterit collata seruare. Grauiores enim sunt insidiæ, quas à tergo diabolus parat: & nisi misericordia subsequatur, facilimè fragilitas humana decipitur. tunc enim quando se quis vitium transisse credit, in euitata magis ignoratione decipitur.

Cas. super illud psal.

a i Misericors est quū credat, q̄a nullis be- neficiis prouocatur, vt præstet. miserator

Miserator est quū res cadentes sua pietate recōstruit, & miserī a k Differunt misericordia & miseratio, sicut fons & riuulus. misericordia em̄ quali

Hugo. fons ē affectu: miseratio q̄si riuul^o effectū.

Pet. Rau.

a l In regno cœli coram omnibus ange- lis in conuentu resurgentium, quòd Abel

ser. exponens illud

passus sit, quòd mundum cōseruauit Noë, quòd Abrahā fidem seruauit, quòd Moyses

Mat. Esuriui et de.

legem tulit, quòd Petrus crucem Iesu pri- mus ascendit. Deus tacet & clamat solum,

Ec.

quòd pauper comedit dicens, esuriui. qui em̄ misericors est, misericordia dignus est.

Pet. Rau.

a m Ite, proferte stolā primam. Nō dixit vnde venis? vbi fuisti? vbi sunt, quæ tulisti?

in ser.

quare

quare tantam gloriam in tantam turpitudinem cōmutasti: sed proferte stolam primā, & induite illum. Videtis, quia delicta non videt vis amoris: tardā misericordiam pater nescit, delicta qui discurrit, prodit.

a n Præcedētis misericordiæ beneficium *Valerius* ^{quodā sermone.} perdidit, qui putat esurienti semel sufficere, quod donauit: Ille autem ad Deum integros misericordiæ fructus præmittit, à quo pauper nunquam tristis abscedit.

a o Misericordia est vicina miserix. habet enim aliquid trahitque ex ea. imbecilles oculos esse scias, qui ad aliam lippitudinem & ipsi suffunduntur. *Sen. lib. de clemētia.*

a p Frustra rogatur, qui misereri nō pōt. *Seneca in grauis tñ pœna est, quē pōst facti pœnitet. promerb.* Mali causa est, qui requirit misericordiam.

Vide etiam in ti. Adiutoriū ex apostoli. f. Auaritia, k. Bellum, v. Beneficentia, f. Charitas, l. Cōpassio & Conuersio, e. Correctio, n. Eleemosyna. Excusatio, n. Hospitalitas, & Humilitas, r. Ieiunium, r, a m. Paupertas, q. Pietas, Venia, b, f. Christianus, a.

Modestia.

a **I**N omnibus moribus nostris nil fiat, *Aug in re* quod cuiusque offendat aspectū, sed *gula.* quod nostram deceat sanctitatem.

b Sermones proferamus libra iustitiæ *Ambro. de examinaatos, vt sit grauitas in sensu, in ser- offi. lib 3.*

trone pondus, atque in verbis modus: temperantia cordis habeat animi munditiam, iustitia misericordiam, prudentia pacem, fortitudo mansuetudinem.

Amb. de offi. lib. 1. c Est in ipso motu, gestu, incessu tenenda verecundia. habitus enim mentis, in corporis statu cognoscitur. hinc homo cordis nostri absconditur, aut leuior aut iactantior, aut torpidior, aut congruior, constantior, & purior, & maturior æstimatur. Itaque vox, quidã est animi corporis motus.

Ibidem. d Est gressus probabilis in quo sit species autoritatis, grauitatisque pondus, tranquillitatis vestigium. ita tamen vt studium desit atque affectio: sed motus sit tibi purus ac simplex.

Amb. ibi. e Sicut molliculum & infractũ aut vocis sonũ aut gestũ corporis nõ p̄bo, ita neque agrestẽ, neq; rusticũ imitemur. effigies em̄ forma disciplinæ, forma, honestatis est.

Ibidem. f Hoc est pulchritudinem viuẽdi tenere, conuenientia cuique sexui & personæ reddere. hic ordo gestorum optimus, hic ornatus ad omnem actionem accommodus.

Ibidem. g Motum natura informet, si quid sanẽ in natura vitij est, industria emendet.

Ber. lib. 3. de cõsideratione. h In te consistito, non infrà deiici, non suprà attolli, non euadere in longius, non extendi in latius. Tene medium, si non vis perid

perdere modum. locus melius tutus est medium, sedes modi, & modus virtus.

i Melior est gradus lentior per iter re- *Leo papa*
ctum, quam velocitas festina per deuium. *in ser. de*

k Riſus, est vox cōfusa latitiæ, insultatio *pentec.*
nem immoderata hilaritate denuntians. *Cassio. l. 2.*

l Lasciua est indecēs motus dissoluti ani *per psal.*
mi, & corpis ex intēperātia carnali *ppdiēs. Ibidem.*

m Nouū est sub amore principis cuiodi- *Cass. 4. di.*
re modestiā, quæ tam clara, quam rara est: *epist.*

quia gaudia semper animos inquietāt. mo-
dus enim rarò latis rebus interuenit.

n Modestia est, cultū & morū & omnem *Hugo.*
nostrā occupationem vltra defectum, & ci-
tra excessum sistere, de qua Horatius: Est

modus in rebus, sunt certi denique fines,

Quos vltra citraq; nequit conſistere rectū.

o Modestia, est pudici & honesti habitus *Tullius 2.*
cum laudabili profectu verecundia. *rhetor.*

p Modestia est seruata propria virtute, *Ibidem.*
omnibus iustè pièque moribus conuenien-
tium se contēperare.

q Si disputarē nec manū iactarem, nec vo *Senec. 66.*
cē attollerē, sed ista Oratorib⁹ reliquissē, *epist.*

cōtentus sensus meos ad te perulisse, quos
nec exornassem, nec abiecissē: non dele-

ſtent verba nostra, sed prosunt. Sit talis ser-
mo, vt res potiùs, quàm se ostendat.

Vide etiam in titu. Caro, d. Conuersatio,

f, q, r, s, a b, a c, a i. Discretio, e, f, h. Gloria vana, g. Humilitas, i. Infirmetas, b. Lasciua, f, h. Magnanimitas, f. Præsumptio, r. Prosperitas, r. Tristitia, g. Verecundia, a.

Monachus.

*Augu. ad
Aurelia-
num.*

a **N**imis dolēdū est, si ad tā ruinosam superbiā monachos subrigimus, & tā graui contumelia clericos dignos putamus: vt scilicet dicatur, q̄ malus monachus bonus clericus est, cū aliquando bonus etiā monach⁹ vix bonū clericū faciat.

*Hie. super
psal.*

b O monache qui stas corpore, stat anima tua, & non psallis Deo? maledictus homo, qui facit opus Dei negligēter. Si psalterium es, si cithara es, quare surdus es, & non glorificas Deum?

Ibidem.

c Sicut martyres laudant Deum purē in regione viuorum, ita & monachi, qui die ac nocte psallunt Deo, debent eādē puritatem habere martyrum, siquidē ipsi martyres sunt. Quod enim faciunt angeli in cœlis, hoc monachi faciunt in terris.

*Hiero. in
epist.*

d Si cupis esse quod diceris monachus, id est, solus, quid facis in vrbibus, quæ vtrique non sunt solorū habitacula, sed multorum.

Ibidem.

e Summę stultitię est, renūtiare seculo, dimittere patriam, vrbes deserere & monachū profiteri, & inter maiores populos viuere peregrē, quàm erat victurus in patria.

f Quid

f Quid tibi ea videre necesse est, quorum *Hiero. i*
cōtēptu monachus esse cōepisti: quē sēleris *epist. ad*
tibi, aut semper aut crebrō de minimis lo- *Pāmach.*
quentē, excepta eleemosyna, quæ differen-
ter omnibus patet: institutorem potius ha-
beto, q̄ monachum. Prima virtus monachi
est, contēnere hominum iudicia, & semper
Apostoli recordari dicentis, Si hominibus
placerem, Christi seruus non essem.

g Tu si monachus esse vis, non videri, ha- *Hiero. ad*
beto curā, nō rei familiaris, cui renuntiādo *Rusticū.*
hoc esse cōepisti, sed animę tuę. Monachum
non loquendo & discurrēdo, sed tacēdo &
sedendo quisque nouerit. monachus non
doctoris, sed plangētis habet officium: qui
vel se vel mundum lugeat, & Domini pa-
uidus præstoletur aduentum. Flos quidem
& pretiosus lapis inter ecclesiastica orna-
mēta, monachorū & virginum chorus est.

h Constat monachum in sua patria per- *Hiero. ad*
fectum esse non posse. *Heliod.*

i Quid facit monachus in cellis fœmi- *Ibidem.*
narum? quid sibi volunt priuata & sola col-
loquia, & arbitros fugientes oculi? Sanctus
amor impatientiam non habet.

k Quanti monachi, dum patri matrique *Hie. i. epi.*
miserentur, suas animas perdiderunt?

l Laudatur iure monachus, qui venera- *Hiero. ad*
tioni habet sacerdotes, & nō detrahit gra- *Paulinū.*

dui, per quem factus est Christianus.

Hiero. in episto. ad Rust. mo. in Aegyptiorum monasteria hunc morem tenent, ut nullum absque opere laborum suscipiant, non tam propter victus necessaria, quam propter animæ salutem, ne vagentur permissis cogitationibus.

Ber. 5 apo dogetico. in Magna abusus & maxima cura est, ut corpus regulariter induatur: & contra regulam suis vestibus anima nuda deferatur, cum tanto studio tunica & cuculla corpori procurentur: quatenus cui deerunt, monachus non putetur. cur similiter pietas & humilitas spiritui, quæ profectò spiritualia indumenta sunt, non prouidentur?

Ibidem. o Habitus noster, quod & dolens dico, qui humilitatis solet esse insigne, à monachis nostri tēporis gestatur superbè. Vix iam in nostris prouinciis inuenimus, quo vestiri dignemur. Miles & monachus ex eodem pāno partiuntur sibi cucullā & chlamydē.

Ber. 7 qua dam epi. p Labor & latebrę, & voluntaria paupertas, hæc sunt monachorum insignia. hæc vitā solēt nobilitare monasticā. nostri autem oculi omne sublime vident. nostri pedes omne forum circumeunt. nostrę linguę in omnibus audiuntur cōsiliis. nostræ manus omne diripiunt patrimonium.

Berna. in epist. q Certus sum ego monachus & monachorū qualiscūque abbas, si mei quādoque ponti

pontificis à propriis ceruicibus excutere
iugum tentauero, quòd Satanæ mox tyran-
nidi me subiicio.

r Super fratrum transgressiones, nõ super pa-
trium traditiones constituitur, qui abbas eligi-
tur, mã laterum cultor, & vitiorum vltor.

*Ber. de p̄
cepis &
disp̄sati.*

f Monachus singularis est, qui ad bona
propria est strenuus, ad bona cõmunia pi-
ger in lecto vigilat, & in choro dormit.

*Berna. in
epist.*

t Legumina, inquit, ventosa sunt: caseus
stomachum grauat: lac capiti nocet: potum
aquæ non sustinet pectus: caules nutriunt

*Ber. super
can. serm.*

melancholiã: choleram porri accedunt: pi-
sces de stagno aut de lutuosa aqua mæx pe-
nitus complexionis non congruunt: quale
est hoc, vt in omnibus fluuiis, agris, hortis,
cellariis reperiri vix possit, qd comedas?
Putate te quæso monachum esse, nõ medicũ:
nec de cõplexione iudicandũ, sed de profes-
sione. Parce, obsecro, primũ quieti tuæ: par-
ce deinde labori ministrantiũ, parce graua
mini domus, parce cõscientiæ, conscientia
nõ dico tuæ, sed alterius scilicet q̄ propè te
sedens & edens de tua singularitate mur-
murat, & de tua superstitione scãdalizatur.

v Qui monachum profiteris, qui cruciã-
xus es, q̄ debes lugere, rides. Dic mihi vbi
Christus hoc fecit? au disti hoc alicubi? nun-
quã. sed contristatum sæpius legisti.

*Chryl. sua
p̄r epist.
ad Heb.*

Ist. de sũ. x Sũma monachi virtus, humilitas, sum-
bono. li. 1. mum vitium eius, superbia est.

Ibidem. y Tunc autẽ se monachum quisque iudi-
 cet, quãdo se minimũ aestimauerit, etiam
 cũ maiora virtutum opera gesserit.

Ibidem. z Multi monachorum amore parentum
 non solũ terrenis curis, sed etiam foren-
 sibus iurgiis inuoluti sunt, & pro suorum
 temporali salute, suas animas perdiderũt.

Ioã. Cass. ab Monachum cupientem ad scriptura-
in collati. rum notitiam pertingere, nequaquã de-
pat. bet labores suos erga cõmentariorum li-
 bros impendere, sed omnem industriã mẽ-
 tis & intentionem cordis erga emẽdatio-
 nẽ vitiorũ carnaliũ detinere, quib⁹ expul-
 sis, cordis oculo, sublato velamine passio-
 nũ, scripturarum sacramenta cõtempletur.

Ioã. Cass. ac Ita inquit Macharius debere mona-
lib. 5. chũ ieiuniis operã dare, vt cẽtum annis in
 corpore cõmoraturũ: ita motus animi re-
 frænare, & iniuriarum obliuisci, iustitiãsq;
 respuere, dolores quoque ac detrimẽta cõ-
 temnere, tanquã quotidie moriturum.

Ibidem. ad Hęc apud Aegyptum est ab antiquis
 patribus sancita sententia: operantem mo-
 nachum dæmone vno pulsari: otiosum ve-
 rò innumeris spiritibus deuastari.

Hugo de a e Monachi sibi claustra faciũt, quibus
claus. ani. homo exterior teneri possit, sed vrinam
lib. 1. clau-

claustra facerent, quibus homo interior ordinate teneretur.

a f In choro sum corpore, & aliquo negotio mente, nunc intus maneo, nunc foris exeo: aliud canto, & aliud cogito: psalmodia verba profero, & psalmodia sentum non attendo: sed mente vagus, habitu dissolutus, oculis attonitus, huc & illuc prospiciens, quaecumque ibi geruntur, perlustro & perspicio: habitum monachi, non conuersationem habens, in magna corona & ampla cuculla salua mihi omnia existimo.

a g Ordo claustrum & ordo curiae diuisus est. Ibi sedes in insidiis, cum diuitibus in occultis, ut interficias innocentem. hic audis: non sedi cum consilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo. Ibi insidiaris, ut rapias pauperem. rapere pauperem, dum attrahis eum. hic dicis: Odiui ecclesiam malignantium, & cum impiis non sedebo. Ibi dextera tua repleta est muneribus, hic lauas inter innocentes manus tuas. Ibi laudatur peccator in desideriis anime sue, & iniquus benedicitur. Hic benedicitur Deus. Si vis esse monachus curialis, laudas quod non debes, defendis quod non expedit, operaris quod non licet, loqueris quod non decet.

a h Si monachus es, quid facis in turba? Si amas silentium, cur declamantibus assidue

interesse delectaris? Tu semper ieiuniis & seribus insistere debes, & tu philosophari quaris? Simplicitas monachi philosophia eius est. Sed docere, inquis, alios volo. non est tuum docere, sed plangere. Si tamen doctor esse desideras, audi quid facis. vilitas habitus tui & simplicitas vultus, innocentia vitæ & sanctitas conuersationis tuæ docere habent homines.

Pet. Rad.

a i Solitaria sanè vita, cœlestis doctrinæ schola est, ac diuinarum artium disciplina.

Vide etiam in tit. Acedia. b. Honor. d.

Ornatus. q. Religio. Sacerdos. a. e.

Mors.

Ioã. Chr.

a **O**mnis gloria Dei & ois salus hominũ, in Christi morte cõstituta sũt.

Augu.

Augu. de

grat. noni

testamen.

b Mortis diẽ omnes affuturũ sciunt: eũ tamen omnes, aut penè omnes differre conantur, etiam qui post mortem se beatius credunt esse victuros. tantam habet vim carnis & animæ dulce consortium.

Aug de ci

uitate

Dei. li. 1.

c Mala mors putanda non est, quã bona vita præcessit: neque enim facit malã mortem, nisi quòd sequitur ipsam mortem.

Ibidem.

d Prima mors animam pellit volentem à corpore, secunda mors animam nolentem tenet in corpore.

An de cu

ra p mor.

e Ita diuiti fuit cura pro viuís, quamuis quid agerent, omnino nesciret, quemad-

modum nobis cura est pro mortuis, quamvis quid agant utique nesciamus.

f Farendū est nescire mortuos quid hic agitur, scilicet dū hic agitur. possunt verò audire ab eis, q̄ hinc ad eos moriendo pergunt, nō quidē omnia, sed q̄ sinūtur indicare, qui sinuntur etiam ista meminisse, quæ illos q̄bus ista indicāt, oportet audire. Possunt & ab angelis, qui rebus, quæ hic aguntur, præsto sunt, audire aliquid mortui: quòd unumquoque illorum audire debemus, indicat, cui cuncta subiecta sunt.

Ibidem.

g Vocantur ante tēpus boni, ne diutius vexentur à noxiis: mali verò & impij tolluntur, ne diutius bonos persequantur.

Aug. li. de vita Christiana.

h Nescis qua hora veniat, semper vigila, ut quòd nescis, quādo veniat, paratum te inueniat, quum venerit: & ad hoc fortè nescis quando veniat, ut semper paratus sis.

August.

i In quo quemque inuenerit suus nouissimus dies, in hoc eum cōprehēdet mundi nouissimus dies. quoniam qualis in die isto moritur, talis in die illo iudicabitur.

Aug. ad Diocor.

k Vigilare debet omnis christianus, ne eum imparatū inueniat Domini aduētus. Imparatum autē inueniet dies ille, quē imparatum inueniet suæ vitæ vltimus dies.

Ibidem.

l Nunquam si longè est dies iudicij, longè est dies tuus. vnde scis, quando est? Nonne

Au. in ser.

mul

multi sani dormierunt, & obdormierunt? Nōne casus nostros nobiscū in hac carne portamus? Nōne fragiliores sumus, quam si vitrei essemus? vitrum enim & si fragile est, tamen seruatum diu durat.

Aug. li. 2. de doctrina Christiana. m Timor de futura morte mentem necessariò cōcutit, & quasi clavis carnis omnes motus superbix ligno crucis affigit.

Au. in quadam epi. n Latet vltimus dies, vt obseruentur omnes dies, serò parantur remedia, quum mortis imminent pericula.

Aug. sup. Ioan. o Quid est mors? relictio corporis, depositio sarcinx grauis: sed si alia sarcina non portetur, qua homo precipitetur in gehēnā.

Au. li. exhortatio. p Nihil sic reuocat à peccato, quàm frequens mortis meditatio.

Au. in epi. q Bene vnusquisq; de die nouissimo formidare debet: quia vnūquēq; in quo inuenit suus nouissimus dies, quū de hoc seculo egreditur, talis ī die nouissimo iudicatur.

Aug. sup. epi. Ioan. r Qui desiderat dissolui, & esse cū Christo, non patienter moritur: sed patienter viuit, & delectabiliter moritur.

Au. de doctri. chri. s Non potest malè mori, qui bene vixit: & vix bene moritur, qui malè vixit.

Amb. li. de excus. fra. t Nihil interest vtrum abiures depositū, an doleas restitutum: in vtroq; fidei ambiguum vitæ periculū est. Quid tam secundū naturam, quàm referre gratiam auctori? Nō

amitti, sed p̄mitti vidētur, quos nō absum-
ptura mors, sed æternitas receptura est.

v Nudi omnes nascimur, nudi morimur. *Ambr. in
nulla distinctio inter cadauera mortuo-
rum, nisi fortè quia grauius fœtēt diuitum
corpora, distenta luxuria.*

x Platonis sententia est, omnem sapien- *Hic. in ep.
tiam meditationem esse mortis: de- ad Helio-
bemus & nos igitur p̄meditari, quod
aliquando futuri sumus: & quod velimus
nolimus abesse longiùs non potest.*

y Memento mortis tuæ, & nō peccabis. *Hic. Cyp.
Qui se quotidie recordatur esse moriturū,
contemnit p̄sēntia, & ad futura festinat.*

z Non est nostrum mortē arripere, sed *Hic. super
illatam ab aliis libenter accipere. Vnde & Ionam.
in persecutionibus non licet propria ma-
nu perire.*

ab Inter eū, qui decē vixit annis & illū *Hiere. ad
qui mille, postq̄ idē finis vitæ aduenerit, & Heliodor.
irrecusabilis mortis necessitas: trāfactum
omne tantundem est, nisi quòd magis se-
nex onustus peccatorū fasce proficiscitur.*

ac Ad hoc autē cōditor noster latere nos *Greg. lib.
voluit finē nostrum, diēmq; nostræ mortis 12. mora.
esse incognitum, vt dū semper ignoratur,
semper proxim⁹ esse credatur: & tātò quis-
que sit feruentior in operatione, quantò
& incertus est de vocatione: vt dū incerti*

sumus quando moriamur, semper ad mortem parati debeamus venire.

Gre. li. 4. dialogor. ad Interdum contingit iustis, vt in morte sua sanctorum præcedentium visiones aspiciant, ne ipsam mortis suæ sententiam pœnalem pertimescant: sed dum eorum menticiuium internorum societas ostenditur, à carnis suæ copula sine doloris & formidinis fatigatione soluantur. aliquando in consolatione egrediētis animæ, ipse apparere solet autor & retributor vitæ.

Gre. i ho. ae Quum venerit, & pulsauerit: quia de sua spe & operatione securus est, cōfestim pulsanti aperit: quia lætus iudicē sustinet. & quum tēpus propinquæ mortis agnouerit, de gloria retributionis hilarescit.

Gre. li. 5. mora. af Antiquus hostis ad rapiendas peccatorū animas tēpore mortis, crudelitatis effranatur violentia, & quos viuentes blanditiis deceperit, morientes seueriūs rapit.

Gre. i ho. Sicut lūbi vestri. ag Sic mors ipsa quum venerit, vincitur: si prius quàm veniat, semper timeatur.

Grego. in morali. ah Quasi sub hoste, quē prosternit, moritur, qui de culpa, quam superat, eleuatur.

Gre. i ho. ai Quid est vita mortalis, nisi via: & qualis sit fratres mei perpēdite. In labore viæ latefcere, & tamē eandem viā nolle finire.

Gre. li. 12. morali. ak Qui considerat qualis erit in morte, semp pavidus erit in operatione, atq; inde

in oculis sui Conditoris viuit. Nil quod transeat, appetit: cunctis vitæ præsentis desiderijs contradicit, & penè mortuum se considerat: quia moriturum se minimè ignorat. Perfecta enim vita, est mortis meditatio, quam dum iusti sollicitè peragunt, culpæ laqueos euadunt.

a l Iustorū animæ leuibus quibusq; cōtagiis ipso sæpe mortis pauore purgantur, & æternæ retributiōis gaudia iā ab ipsa carnis solutione percipiunt. Plerūq; verò cōtēplationis internæ ēt prius q̄ carne spoliētur, hilarescūt: & dū vetustatis debitum soluunt, noui iā muneris lætitia perficiuntur.

a m Mors iustorum bonis est in adiutorium, malis in testimonium: vt inde peruersi sine excusatione pereant, vnde electi exemplum capiant, vt viuant.

a n Horam vltimā idcirco Dñs nř nobis voluit esse incognitā, vt semper possit esse suspecta: vt dū illā præuidere nō possumus, ad illam sine intermissione properemus.

a o Sicut hi, qui adhuc viuentes, animæ mortuorum quo loco habeantur, ignorāt: ita mortui, vitam in carne viuentium, post eos qualiter disponantur nesciunt.

a p Lachrymarum causas quidam tripudiantes peragunt, & mortis suæ negotium ridentes exequentur.

*Ber. i quo
dam ser.* aq In omnibus operibus tuis memora-
re tuæ mortis horrorem, iudicij tremendi
valde discrimen, ardētis gehēnæ metū ab
oculis tui cordis elongari nullatenus pa-
tiaris. Cogita peregrinationis tuæ mise-
riam: recogita annos tuos in amaritudine
animæ tuæ, & cogita vitæ humanæ peri-
cula. Cogita fragilitatem propriam, & in
huiusmodi cogitatione si perseueraueris,
dico tibi, parum senties, quicquid foris vi-
detur esse molestum, dum toto corde cir-
ca interiorem molestiam occuperis.

Ber. i ser. ar Nouissima sunt quatuor: mors, iudi-
ciū, gehēna, gloria. Quid horribilius mor-
te? quid terribilius iudicio? quid intolera-
bilius gehenna? & quid iucundius gloria?

Ibidem. af Miser homo, quare omni hora te nō
disponis? Cogita te iam mortuum, quē scis
necessitate moriturum: distingue qualiter
oculi vertentur in capite, venæ rumpentur
in corpore, & cor scindetur dolore.

Bernar. at Quid in rebus humanis certius est
morte, quid incertius hora mortis inueni-
tur? Non miseretur inopiæ, non reueretur
diuitias, non sapientiæ, non moribus, non
ætati denique parcit: nisi quòd senib⁹ mors
est in ianuis, inuenibus verò in insidiis.

*Ber. super
cant.* au Quàm mihius me priuares ô austerā
mors, vitæ vsu, quàm fructu? Nam vita sine
fruc

fructu, grauior est, quàm mors.

a x Bona mors iusti propter requiem, *Ber. 7 qua*
 melior propter nouitatem, optima prop- *dami epi.*
 ter securitatem. Ecōtrà mors peccatorum
 pessima. mala siquidem in mundi amif-
 sione, peior in carnis separatione, pessima
 in vermibus ignisque duplici contritione.

a y Pretiosa mors sanctorum, pretiosa *Ibidem.*
 planè tanquam finis laborum, tanquam vi-
 ctoriae consummatio, tanquam vitæ ianua,
 & perfectæ securitatis ingressus.

a z Nil cōgruētius esse potest q̄ vt mors *Berna. ad*
 operata sit mortē, spūalis corporalem, cul- *milites tē-*
 pabilis pœnalem, voluntaria necessariam. *pli.*

b a Mors, munus necessariū est naturæ *Chry. sup.*
 iā; corruptæ, q̄ nō est fugiēda, sed poti⁹ am- *Matt. 10.*
 plectēda: & iterum: fiat volūtariū, qđ futu- *cap.*
 rum est necessariū. offeram⁹ Deo pro mu-
 nere, quod pro debito tenemur reddere.

b c Illi deplorandi sunt in morte, quos *Isi. li. 3. de*
 miseros infernus ex hac vita recipit, non *sum. bo.*
 quos cœlestis aula lætificandos includit.

b d Et si pietas p̄ defunctis fidelib⁹ flere *Ibidem.*
 iubeat: fides tñ pro eis lugere vetat. Multi
 em vitā odio hābēt, & mori timent, & vi-
 uendi habent tedium, & moriēdi metum.

b e O durus & durior casus! heu qđ per- *Ansel. in*
 didit homo, & quid inuenit? Perdidit bea- *suis media.*
 titudinem, ad quam factus est, & inuenit

mortem, ad quã factus nõ est. Hodie venimus à patria in exiliũ: à visione in cæcitate, à iocunditate immortalitatis ad corruptionem mortis. misera conditio, grauius dolor, graue damnum, graue tormentum.

Cæsarius b f Percutitur hac animaduersione peccator, vt moriendo obliuiscatur sui, qui uiuens oblitus est Dei.

August. b g Quis mortem temporalem meruat, cui æterna vita promittitur? Quis labores carnis timeat, quum se in perpetua requie nouerit collocandum?

Seneca. b h Natura nihil hoĩbus breuitate uitæ præstitit melius. tot periculorũ genera, tot morbi, tot metus, tot curæ, toties inuocata morte, vt nullum frequentius sit votum.

Seneca in extrema parte epistolarum. b i Nemo scit nostrum, quàm ppè uerferur Deus. Sic itaque formemus animum, tanquàm ad extrema uentum sit. Venientem nemo hilaris mortem recipit, nisi qui se ad illam diu composuerit.

Se. ep. 30. b k Alia genera mortis spei mista sunt, desinit morbus, incendium extinguitur, ruinam quæ aliquem videbatur oppressura, euadit quis, deposuit mare quos hauserat, eadem in qua sorbebat hora, proiecit incolumem. gladium miles ab ipsa peritura ceruice reuocauit. nil autem habet, quod speret, quem senectus ducit ad mortem.

Se. ep. 88. b l Hic plus erit, ille min⁹. Quid refert

uterq; iam satur est, hic plus bibit, ille minus, quid refert? uterque non sitit. Hic pluribus annis vixit, hic paucioribus, nihil interest: si tam illum multi anni beatum fecerunt, quàm hunc pauci.

b m Quam multum ambulaueris, & diu redeundum est. Stultum est timere, quod non possis vitare. mortem non effugit, qui etiã distulit. Moriar nec primus, nec vltimus: omnes me antecesserunt, omnes sequentur: hac conditione intraui, vt exirẽ. *Ibidem.*

b n Nihil æque tibi proficiet ad temperantiam omnium rerum, quàm frequens cogitatio brevis æui & huius incerti. Quicquid facies respice ad mortem. *Senec. 25. episto.*

b o Non refert quot annos habeam, sed quot acceperim. Si plus viuere nõ possum: hæc est mea senectus. Quicumque ad extremum sui fati venerit, hic moritur senex. *Sen. 7. epi.*

b p Ois dies velut vltimus ordinãtus est. De felicitate hominis vltim⁹ dies iudicat. *Ibidem.*

b q Quorundam vitam mors in medio flore præcidit: aliorum interruit ipsa principia: alius inter cenã dissolutus est: alterius continuata mors somno est: aliquem concubitus extinxit. *Senec. 67. episto.*

b r Certum est viri mortemque per vices ire, & cõposita dissolui, & dissoluta componi. Omne humanum genus quodcumque est, *Senec. 72. episto.*

quodcunq; erit, morte dānatū est. Omnes
quæ vsquequaq; ponuntur vrbes, vbi fue-
runt, aliquando quæretur, & vano excidij
genere tollētur. alias destruent bella, alias
desidia, pāxque ad inertiam versa conlu-
mit, & magnis opibus exitiosa res luxus.

Senec. 24. episto. b s Quotidie morimur, quotidie enim
demitur aliqua pars vitæ, & tunc quoque
quum crescimus, vita decrescit. Infantiam
amissimus, deinde pueritiā, deinde adole-
scentiam vsque ad hesternū: quicquid trāsit
temporis, perit, hunc ipsum, quem agimus
diem, cum morte diuidimus.

Senec. 79. episto. b t Si fines bonorū ac malorū cognoue-
rimus, ita demum nec vita tædio erit, nec
mors timori. Si mors accedit & vocat, licet
immatura sit, licet mediam præcidat æta-
tē, recepit nihilominus vitę lōgissimę fru-
ctū: cognita est illi ex magna parte natu-
ra, scit tempore honesta non crescere.

Ibidem.

b v Vnus dies hominis eruditi plus va-
let, quàm imperiti longissima ætas.

Senec. 75. episto. b x Nō affligitur sapiens liberorū amif-
sione, nō amicorū. eodem enim animo fert
illorum mortem, quo suam expectat.

Sen. lib. de senectute. b y Nō me vixisse pœnitet, quoniā non
ita vixi, vt nō frustra me natū existimē: &
ex vita ita discedo, tanquā ex hospitio, non
tanquā domo. commorādi enim natura di-
uersorium nobis, non habitandi dedit.

b z Illi mors grauis incumbit, qui notus *Sen. ibid.*
 nimis, omnibus ignotus moritur.

c a Nullū maius solatiū est mortis, quā *Ibidem.*
 ipsa mortalitas. nullū autē omniū istorū,
 quæ extrinsecus nos terrent, quàm quòd
 innumerabilia in ipso sinu pericula sunt.

c b Si volumus esse felices, si nec Deorū, *Sen. de na*
 nec hominum, nec rerum timore vexari, si *turalibus*
 despiciere fortunā supuacua pmittentem, *quæstion.*
 & leuia minātem, si volumus trāquillē de-
 gere & ipsīs diis felicitate controuersiam
 agere: anima in expedito est habenda.

c d Effice mortē tibi cogitatiōe familiarē, *Ibidem.*
 vt si ita fors tulerit, possis illi obuiā exire.

c e O te dementē, & oblitū fragilitatis *Ibidem.*
 tuæ, si tunc times mortem, quum tonat!

c f Optimū est, anteq̄ optes, mori. Incer- *Sen. i epi.*
 tū est, quo loco mors te expectet: tu illā in
 omni loco expecta. Egregia res est mortē
 morte cōdiscere. quid ad illum carcer & cu-
 stodia, & claustra? liberū habet ostium.

c g Satis multum tēporis sparsimus, inci *Sene. ibid.*
 piamus vasa in senectute colligere, in fre-
 to viximus, moriamur in portu.

c h Ante senectutem curavi, vt bene vi- *Ibidem.*
 uerem, in senectute vt bene moriar. bene
 autem mori est, libenter mori. *Idē de cō-*

c i Nullū magnū, qd̄ extremū est. Mors *ceptu mor*
 ad te venit, timenda erat, si tecū esse posset. *sis.*

necesse est, aut non perueniat, aut transeat.

Ibidem. c k Recognosce exemplum eorum, qui domesticis insidiis perierūt, aut aperta vi, aut dolo. Intelliges non pauciores seruum ira cecidisse, quàm regum.

Ibidem. c l Dolor leuis est, si ferre possim: est breuis, si ferre non possim. Desinam egrotare posse, desinam alligari posse, desinam mori posse. nō repētē in mortē incidim⁹: minutim pcedimus, quotidie morimur &c.

Ibidem. c m Vltima hora, qua esse desinimus, nō sola mortē facit, sed sola consummat, tunc ad illam peruenimus, sed diu venimus.

Senec. 29.
episto. c n Numerare eos noli, qui tibi metū faciūt. Nōne videtur stultus, si quis multitudinē eo loco timeat, per quem transitus est singulis? Aequē ad tuam mortē multis aditus non est, licet illā multi minentur. Spiritus vnus tibi eripiet, quem vnus dedit.

Senec. 24.
episto. c p Inquietā nobis vitā facim⁹ metu mortis, & tanta est hominū dementia, vt quidā timore mortis, cogātur ad mortē. Firmandi sumus, ne nimis amemus vitā, & ne nimis oderim⁹ mortē: & quum ratio suadet, finire, sed nō timere. Vir fortis & strenuus non fugere debet de vita, sed exire.

Senec. 30.
episto. c q Bassus senex, si quid incommodi, aut metus in morte est, moriētis vitiū esse dicebat, non mortis, tā stultum esse, qui mor-

tem timeat, quàm qui senectutem. Nam quemadmodum senectus adolescentiã sequitur, ita mors senectutẽ. Si timẽda mors est, semper timenda est. quod enim tempus morti exemptum est? tu tamen mortem vè nunquàm timeas, semper cogita.

c r Illum lauda & imitare, quem nõ piget mori, cùm iuuet viuere: quæ enim est virtus, cùm eiiciaris, exire? *Senec. 57. episto.*

c s Vix Lucili quantũ satis erat mortem plenus vel lætus expecto. Nunquã me caro ita cõpellit ad metum. nunquam ob honore huius corpusculi mentiar. Fortes simus aduersus fortuita, non contremiscamus iniurias, non vulnera, nõ vincula, non egestatem. mors quidem est aut finis, aut transitus, nec desinere timeo, nec transire, quia nusquàm tam angustè ero. *Senec. 66. episto.*

c t Mors enim par est: per quæ venit, diuersa sunt: in quod desinit, vnum est. Mors nulla maior aut minor est. Habet enim eundẽ in omnibus modum, finisse vitam. *Senec. 67. episto.*

c v Optabilẽ rem existima bonã mortẽ: optimum est, memorabilem mori aliquo opere virtutis. Quum aliquis tormẽta fortiter patitur, omnibus virtutibus vititur. *Senec. 68. episto.*

c x Si quis in mortem ante primos annos delatus est, non magis cõqueri debet, quàm qui citò nauigauit. *Senec. 71. episto.*

c y Nil

Ibidem. cy Nil melius æterna lex fecit, quàm quòd vnum introitum nobis ad vitam dedit, multos exitus.

Ibidem. cz Nemo nostrū cogitat, q̄ qñq; sibi ex hoc domicilio exeūdū ut. Veteres inquit. nos indulgentia loci, & consuetudo etiam inter iniurias detinet. Vis aduersus hoc corpus liber esse? tāquā migraturus habitata. Propone tibi qñq; hoc contubernio carēdū. Fælicior eris ad necessitatē exeūdi.

*Senec. 78.
episto.*

da Nemo tā imperitus est, vt nesciat sibi quādoq; moriēdum. tñ quū propè accesserit, tergiuersatur, tremit & plorat. Quid fles miser? quid trepidas? omnes hac necessitate ducuntur: eò ibis quò omnia eūt. Ad hanc legem natus es, hoc patri tuo accidit, hoc matri, hoc maioribus, hoc omnibus ante te, hoc omnib⁹ post te. Quantus te populus moriturorū sequetur, quātus concomitabitur. fortior, vt opinor, esses, si multi tibi cōmorerent: multa milia hominū hoc ipso momento, quo tu mori dubitas, animā variis generibus emittunt: an nō putabiste ad id aliquando peruenturum, ad quod semp̄ ibas? nullū sine exitu iter est.

Ibidem. db Mors non est gloriosa, sed fortiter mori gloriosum est. Nemo mortem suam laudat, sed eū, cuius mors abstulit animū. Interest, vtrū malitia illi, an virtus manū admo

admouerit. Mors enim quę in Catone gloriosa est, in Bruto turpis & erubescenda. Cato illa honestissimè vsus est, turpissimè Brutus.

d c Massa per se nec calida nec frigida in fornacem coniecta, cōcaluit, in aquā remissa, refrixit. mors honesta est, per id, quod honestum est, & animus extrema contemns. *Ibidem*

d e Quę latebra est, in quā nō intret metus mortis? quę tā emunita, & in altū subducta vitæ quies, quam dolor non territet? *Senec. 57. episto.*

d f Nemo nostrū aliter, q̄ quomodo natus est, exit à vita: falsum est: peiores morimur, quā nascimur: nostrū istud, non naturæ vitium est. Quid enim turpius, quā in ipso limine securitatis esse sollicitum? *Senec. 17. episto.*

d g Quotidie enim propius ab ultimo stamus, & illò, vnde nobis cadendum est, hora nos omnis impellit. *Sen. i qua dam epis.*

d h Stultū est somno delectari, mortē horere: cū somn⁹ assidu⁹ sit mortis imitatio. *Senec. in li. de mori.*

d i Bis enim mori est, alterius arbitrio mori, cuius mortem amici expectant, vitā ciues oderunt. Crimen relinquit vitæ, qui mortem appetit: dum est vita grata, mortis conditio est optima. *Seneca in prouerb.*

d k Heu, qui timidus est, qui se moriturū putat. honesta turpitude est mori ꝑ bonā causā *Seneca in prouerb.*

causa. lex vniuersa, quæ iubet nasci & mori: mori felicitatis est, antequàm mortem inuoces. Tolerabilior est, qui mori vult, quàm qui male viuere.

Anselm.

d1 Nō nocet bonis, si occidantur, vel subita morte rapiantur. nō enim subito moriuntur, qui semper se cogitauerūt morituros. Siue ergo ferro immolentur, siue à bestiis lacerentur, aut flammis vel vndis immergantur, aut suspendantur, vel crura frangantur, vel quolibet alio infortunio moriantur, semper est pretiosa in cōspectu domini mors sanctorum eius, vt dicitur. *Qua* cunque hora iustus moriatur, iustitia eius nō auferetur ab eo, & ita mors non obest, imò multū prodest eis: quia si quid peccati contraxerunt per humanam fragilitatem, relaxatur per mortis acerbiteriam.

Vide etiā in tit. Amor. o. Charitas. p. Cōcupiscentia. d. Consolatio. s. Curiositas. a l. Desperatio. ch. Diuitiæ. a b. Gloria vana. z. a b. Homo. b. Liberalitas. c. Miseria. c. Negligentia. d. Pœnitentia. n. Resurrectio. a c. a d. Securitas. k m. Suffragium & Timor. h. a f. Vita. b. g. i. k. l. p. t. v. y. z. a c.

Mulier.

a **D**E carnibus scintillæ desiliunt, de ferro rubigo nutritur: morbos aspidēs sibilant, & mulier fundit concupiscentiam

Aug. in li. de fin. cle.

scientiæ pestilentiam : in risum aliquando dissoluitur : nunc blanditias exhibet , & quod est venenosius super cuncta , psallere delectatur , aut cæcare : cuius cantu , tolerabilius est audire basiliscum ubilantem.

b Memento Thamar, quæ ab Amon fratris suo corrupta fuit. Vbi vnus est tabernaculi conuersatio , carnis non facile tollitur delectatio. *Ibidem.*

c Nihil esse sentio , quod magis ex arte *Aug. li. 8.* deiciat animum virilem, quam blandimenta *Soliloquia* feminae , corporumque ille contactus, *rum.* sine quo vxor haberi non potest.

d Graue inimicum sortita est castitas, cui *Aug. de co* non solum resistendum, sed dimisso freno longius *habilitatio* fugiendum : nec eò minus illæ fugiendæ sunt, *ne clericorum* quia religiosæ videntur : quâdo quâto religiosiores, tâtò citius alliciunt : & sub prætextu pietatis, latet viscus libidinis : exper- *rum & mulierum.* to crede, expertus loquor, coram Deo non mentior. cedros libani, duces gregum sub hac peste cecidisse reperi. de quorum casu non magis suspicabar, quam Ambrosij, vel Hieronymi impudica turpitudine.

e Quanti & quales clerici simul & laici *Aug. ibid.* post confessionum, victoriarumque calcata certamina, post magnalia ac mirabilia usquequaque monstrata , noscuntur cum his omnibus naufragasse, quum volunt in

navi fragili nauigalle. Quātos leones domuit vna infirmitas delicata? quæ cum sit vilis & misera, de magnis efficit prædā, qd̄ Salomon ait: Pretium meretricis vix est vni⁹ panis: Mulier autē p̄iosas aīas rapit.

Amb. li. 1. de David. f Samson validus & fortis leonē suffocauit: sed amorem suum suffocare non potuit. Vincula soluit hostium, sed suarū nō soluit nexus cupiditatum. Messes incēdit alienas, sed vnus ipse mulieris accensus igniculo, messem suæ virtutis amisit.

Amb. li. 1. de officiis. g Viduarum ac virginū domos, nisi visitādi gratia, iuniores adire non opus est, & hoc cū senioribus: hoc est cū episcopo, vel, si grauior causa est, cum presbytero. Quid necesse, vt demus secularibus obtrectandi locum? Quòd si aliqua illarum fortè labitur, cur alieni lapsus subeas inuidiā? quāti non dederunt errori locum, & dederunt suspitioni: prima tentamenta clericorum, sunt fœminarum frequentes accessus: iste sexus reprehensibiles reddit clericos.

Amb. ibi. h Fœminarum cum clericis nullo pacto coniuncta permittitur conuersatio. Ianua diaboli, via iniquitatis, scorpionis percussio, nociuūmq; genus est fœmina: quū proximat, stimulat, ignem accendit, flammigero igne percutit conscientiam pariter habitācis, & exurit fundamenta mōtium.

Si cum viris foeminae habitent, viscarium non deerit diaboli.

i Si pudicam quaeris foeminam qua bene videris couersantem, mente dilige, non corporali accessu frequetes. Nemo miles cum uxore pergit ad bellum. Foemine cum viris habitates germinant spinas, & arcana mentium acuto mucrone percutiunt.

Amb. ibi.

k Illud aduerte, quod extra paradysum vir factus est, mulier intra paradysum: vt aduertas, quod non loci, non generis nobilitate, sed virtute vnusquisque sibi comparat gratiam. Denique extra paradysum, hoc est in inferiori loco, vir factus melior inuenitur, & illa, quae in meliori loco, hoc est, in paradiso facta, deterior inuenitur.

Ibidem.

l Hospitiolum tuum aut raro, aut nunquam mulierum pedes terant: oes puellas aut virgines Christi, aut equaliter ignora, aut equaliter dilige. Vide ne sub eodem tecto manseris, nec in preterita castitate confidas, nec Sansone fortior, nec Dauide sanctior, nec Salomone poteris esse sapietior. Memento semper, quod paradysi colonum de possessione sua mulier eiecit. Vnde ait quidam: Adam, Sansone, Petrum, Dauidem, Salomonem decepit mulier. quis modo tutus erit?

Hie. i. ep. ad Nepot.

m De industria dissuta sit tunica, vt aliquid intus adpareat. operitur quod foedum

Hie. i. ep. ad matrem.

est, & aperitur quod formosum est: crispanti cingulo angustum pectus arctatur: capilli in frontem vel in aures defluunt: palliolium interdum cadit, ut candidos nudet humeros, & quasi videri noluerit, celat festina, quod detexerat volens. Aliud pollicetur, aliud ostendit. lingua personat castitatem, & totum corpus profert impudiciam. Vix est ita turpis, aut senio confecta, quæ non gaudeat, & libenter audiat, si dicatur esse pulchra. Delectant castas etiam præconia formæ.

Hiero. ad Rust. mo. a Noui ego quasi iam maturioris ætatis & pleraque generis libertini adolescentibus delectari, & filios querere spirituales, paulatim pudore superato, per ficta matrum nomina erumpere in licentiam maritalem.

Hiero. ibi. o Matrem tuam ita vide, ne per illam alias videre cogaris, quarum vultus cordi tuo hæreant, & tacitum viuat sub pectore vulnus. Ancillulas, quæ illi in obsequio sunt, tibi scias esse in insidiis: & quanto vilior est earum conditio, tanto facilius est ruina.

Ibidem. p Ioannes Baptista matrem sanctam habuit: Pontificis filius fuit: nec tamen patris opibus nec matris affectibus in domo parentum cum periculo castitatis manere voluit.

Ibidem. q Nunquam de mulierum formis disputes. nec quid in cuiusquam domo agatur, alia

alia domus parte noueris: fœminæ nomen tuum nouerint, vultum tuum nesciant.

r Illa sit pulchra, illa sit amabilis, illa habenda inter socias, quæ nescit se pulchram esse, quæ negligit formæ bonum, & procedens ad publicum, nō pectus & colla denudat, nec pallio denudato ceruices aperit: sed quæ celat faciem, & vix vno oculo, qui vix nuntius est, patente, ingreditur.

f Vxorē pauperē alere difficile est, diuitē ferre tormētū est. Quid prodest diligēs custodia, cum vxor seruari impudica nō possit, pudica nō debeat? Infida enim custos castitatis est necessitas, & illa verē pudica dicenda est, cui licuit peccare, sed noluit.

t Pulchra citò adamat, fœda facilè concupiscit. difficilè custoditur, quod plures amant. Molestū est possidere, quod nemo habere dignetur. minore tamē miseria deformis habetur, quàm formosa seruatur.

v Nihil tutū est, in quo totius populi vota suspirāt. ali⁹ forma, alius ingenio, alius faceris: alius liberalitate sollicitat. aliquo modo expugnatur, quod vndiq; incessitur. Quid aliud est mulier, nisi amicitia inimica, ineffugabilis pœna, necessariū malum, naturalis tentatio, desiderabilis calamitas, domesticum periculum, delectabile detrimentum, mali natura, boni colore

re depicta? Ergo si dimittere illā peccatum est, tenere autem verè tormentum est. Necessè est autem, vt aut dimittentés adu-
 rium faciamus, aut tenentes quotidianas
 pugnas habeamus.

*Chr. i. ser.
 decoll. Io.
 Bap.*

y Quid enim quis dicat, aut quomodo
 quis enarret mulierem illā crudelē mali-
 tiosam? Ego quidē existimo nullam esse in
 hoc mundo bestiā cōparabilē mulieri ma-
 læ. Quid inter quadrupedia animalia leo-
 ne fruius? sed nihil hac ferocius. quid in
 serpētibus dracone acrius? nec hic quidē cū
 muliere mala conferri potest. Nam leo &
 draco in malo inferiores sunt. Daniele
 leones in lacu veriti sunt: iustū verò illum
 Naboth Iezabel interfecit. cetus Ionam in
 vētre custodit: Dalida Sāsonē circumuentū
 illecebris, raso etiā capite deformatū alie-
 nigenis tradidit. Ioannē Baptistā in deser-
 to viuētē dracones & aspides cornutæ sub-
 dita feritate tremuerunt. Herodias verò ei
 dem caput abscidit, & tanti viri mortem in
 pretiū salrationis accepit. O malū summū,
 & acutissimū diaboli telū mulier! Per mu-
 lierem Adam ab initio in paradiso cecidit:
 mulier ipsum exterminauit. Per mulierem
 mitissimus ille David sui militis innocen-
 tis Vriæ, epistolæ dolo occidendū hostibus
 presentauit. Mulier sapientissimum Salo-
 monem m

monem in preuaricationis sacrilegiū precipitavit, mulier fortissimū Sansonē rasi: rasumq; excecauit: mulier castissimum Ioseph vinculis alligatū in carcerem trussit: mulier Ioānem totius mundi caput capite truncavit. Quid dicam de hominibus? cū mulier angelos de cælo deposuerit, mulier malitia oēs prostravit, oēs iugulat, oēs interficit, oēs elidit: mulier imprudens nemini parcat, nō leuitam honorat, nō sacerdotē reueretur, nō prophetæ defert. O malum omni malo peius, mulier mala! Siue illa pauper sit, siue diues, si facultates habet, cooperatrices sunt malitiæ suæ. O malum intolerabile, vipera irremediabilis, venenū insanabile mulier mala! Si iniuriā patitur, insanit, si honorē accipiat, extollit: si potentis vxor sit, non cessat nocte ac die callidis stimulare sermonibus: blāditur nequiter: & qđ vult importuna rapit violenter. Si pauperem habeat virū, ipsum ad iracūdias & rixas incitare nō desinit: si vidua sit, oēs passim despicit: & ad omnem audaciam superbiæ inflatur. Timor Dei non refranat linguam suā, nec irata futurum iudicium prospicit, nec ad Deum attendit.

z Sicut per scēminam hostis antiquus pri *Raba. sup*
 mos parentes seduxit: ita per mulierem ad *il. mat. 26.*
 magistrum negandum, quem filiū Dei con *Accessit*

ad eū vna ancilla. a b *Raba. sup illud mat. 21. Nūtia nit disci pulis suis.* fessus fuerat, principem ecclesie compulit: Quia enim in paradiso mulier propinauit viro mortem, à sepulchro mulier viris adnunciat vitam: vt sicut occasione sexus muliebris fuit introductio mortis, ita hic ex pietate sexus muliebris nuntiatio vitæ: vt quæ viro trās fuderat culpam, transfunderet & gratiam.

Hugo i li bello ad so ciū volen tē nubere. a c *Scribit Herodotus:* q̄ quū mulier cum veste deponit verecūdiam, & quod sine veste gerit, quasi non fecerit, obliuiscitur. Si quis autē testis adfuerit, ipsa tamē artificio linguæ cogit eum fateri non vidisse, quod viderat: & quod verbis excusare non valet, hoc lachrymis excusat. blanditur oculis, seducit osculis, instat amplexibus.

Hugo ibi. a d *Fauus distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius, &c.* In fauo enim duo sunt, mel & cera: & in facie meretricis similiter duo, scilicet decor & gratia: hoc est, pulchritudo oris, & dulcedo sermonis. cera succendit ignem, mel præbet dulcedinē: sic pulchritudo meretricis igne libidinis inflammat carnē, blandimēto verò lenocinantis sermonis subuertit mentē. Stililat mel & cera, dum meretrix verba sua mollit, & facit dulcia. Hanc dulcedinem æternæ mortis amaritudo comitatur: vnde sequitur ibi: nouissima illius amara, quasi absin

a Anthium, & acuta quasi gladius biceps.
Diligit mulier, vt capiat: decipit, vt rapiat,
amat, quod habes, non quod es.

a e Ait Cato Vticensis: Si absque foemina *Valer. in*
esset mundus, conuersatio nostra non esset *epi. ad Res*
absq; diis. Amice: Cato nō nisi sensa & co-*sum.*
gnita loquebatur, nec quisquā foeminarum
execratur ludibria, nisi lusus: nec penē con-
scijs his fidem habere debet, nisi expertus,
is nouerat quòd flos Veneris, rosa, & q̄
sub eius purpura multi latent aculei.

a f Amice, ne longo dispendio te suspen- *Valer. ibi.*
dam, lege aureolum Theophrasti, & Me-
dæam Iasonis, & vix pauca inuenies impos-
sibilia mulieri. Amice, det tibi Deus omni-
potens foeminae fallacia non falli.

a g Quis muliebri garrulitati aliqd com *Ibidem.*
mittit, quæ illud solū pōt tacere, qđ nescit.

a h Viros ad vnumquodque maleficium *Tullius 2.*
singulæ cupiditates impellunt. mulieres ad *rhetoricæ.*
omnia maleficia cupiditas vna ducit. Mu-
liebrium enim vitiorum omnium funda-
mentum est auaritia.

a i Aut amat, aut odit mulier: nihil ter- *Seneca in*
tium. dediscere flere foeminam, inēdacium *proverb.*
est. Duo genera lachrymarum habentur in
oculis foeminarum: veri doloris vnum, in-
sidiarum aliud. mulier quum sola cogitat,
mala cogitat.

Vide etiã in tit. Concupiscentia, a, c. Coniugium. Ebrietas, z. Ornatus. Resurrectio, z. Sacerdos, e. Societas, l. *Mundus.*

*Augu. ad
Dioscorũ.*

a **M**undus iste periculosior est blandus, quã molestus, & magis cauendus, quum se illicit diligi, quã quum admonet, cogitque contemni.

Aug. ibid.

b In hoc mundo non timere, nõ dolere, non laborare, non periclitari, impossibile est: sed plurimum interest, qua causa, qua expectatione, quo termino quisq; patiatur.

*Augu. lib.
confessio-
num.*

c O amatores mundi, cuius rei gratia militatis: maior nõ esse poterit spes vestra in mundo, quã vt amici mudi sitis. Ibi quid nisi fragile, plenum periculis, & per quot pericula peruenitur ad maius periculum? pereant hæc omnia, & dimitramus hæc vana, & inania: conferamus nos ad solam inquisitionem eorum, quæ finem non habet. vita hæc misera est: mors incerta subito obrepit: & post hæc negligentie pœna supplicio luenda est.

*Augu. sup
epi. Ioan.*

d Mundus transit, & concupiscentia eius. Quid vis? vtrũ amare temporalia, & transire cum tempore, an Christum amare, & in æternum viuere?

*Augu. sup
psal.*

e Ecce turbat mundus, & amatur: quid si tranquillus esset? formoso quomodo hæeres, qui sic amplecteris fœdum? Flores eius quomo

quomodo colligeres, qui à spinis non reuocatis manum?

f Vincula huius mundi asperitatem habent veram, iocunditatem falsam, certum dolorem, incertam voluptatem, durum laborem, timidam quietem, rem plenam miseriam, spem beatitudinis inanem. *August.*

g Ecce ruinosus mūdus est, & sic amatur: quid si dulcis esset? ô munde immunde, tenebris periens quid faceres, si maneres? quid faceres dulcis, si amarus alimenta metiris? *Augu. in quodam ser.*

h Quàm rarus in terris, qui possit dicere: portio mea, & quàm alienus à vitiis, & quàm segregatus à labe peccati, qui nihil habeat cōmune cum seculo, nihil sibi mūdi huius vendicet, nō sit corporalium possessio cupiditatum, quem non inflammet libido, nō stimulet auaritia, non lasciuia effœminet, non luxuria decoloret, non sternat ambitio, non maceret inuidia, non aliqua negotiorum secularium cura sollicitet? *Ambros. sup psal.*

i Discite in hoc mūdo, supra mūdū esse, & si corp⁹ geritis, volitet ī vobis ales iterior. *Ambros. li. de virginit.*

k Sancti viri, quia nihil huius mundi appetunt, proculdubio nullis tumultibus in corde premuntur. *Grego. in moral.*

l Absit, vt fidelis quisq; q̄ Deū videre desiderat, de mūdi percussione lugeat, quē finiri eisdē suis percussione nō ignorat. *Greg. ibi.*

- Greg. lib. 5. moral.** m Mihi mundus crucifixus est: quia nec Paulus mundi gloriam quærebat, nec à mundi gloria ipse quærebatur. & se mundo & sibi mundum crucifixū esse gloriabatur.
- Greg. lib. 6. moral.** n Ille huius mundi veraciter mala sentit qui eius bona inhiat, non appetit.
- Grego. in homil.** o Ecce mundus, q̄ diligitur, tugit. Sancti isti, ad quorum tumbam consistimus, florentem mundum mētis despectu calcauerunt: erat vita longa, salus continua, opulentia in rebus, fœcunditas in propagine, tranquillitas in diuturna pace, & tamen cum in se ipso floureret, iam in eorum cordibus mundus aruerat. Ecce iam in seipso mūdus aruit: & adhuc in nostris cordibus floret. vbique mors, vbique luctus, vbique desolatio, vndique pcutimur, vndiq; amaritudine replemur. & tamē cæca mēte carnalis cōcupiscētia, ei⁹ amaritudines amamus, fugiētē sequimur, labenti in heremus, & quia labentē retinere nō possumus, cum ipso labimur, quem cadentem tenemus.
- Greg. lib. 4. moral.** p Nō tenet mundum in amore, nec rursus in amore mundi tenetur, sed vicissim sibi vtrique extincti sunt: quia dum alter alterum non appetit, quasi mortuus mortuum non attendit.
- Ber. in sermo.** q Cui Christus incipit dulcescere, necesse est amarescere mundum.

r Plenus est mundus spinis, quæ in terra sunt, in tua carne sunt. versari in his, & *Ber. super cantic.* minimè lædi, diuinæ potentia est, & non virtutis nostræ.

f Mundus est, vbi malitiæ plurimū, vbi *Ber. i ser.* sapientiæ modicum, vbi omnia sunt viscosa, omnia lubrica, omnia operta tenebris & obfessa laqueis, vbi periclitantur animæ, affliguntur corpora, vbi omnia vanitas, & afflictio spiritus: & in Ioële dicitur, confusum est gaudium à filiis hominum.

r Mundus clamat, ego deficiam. Caro clamat. ego inficiam. diabolus clamat, ego decipiam. Christus verò dicit, Ego reficiam. *Bernard.*

v Periculū probat transeuntiū raritas, *Bernard.* pereūtiū multitudo. In mari Mafsilæ de quatuor nauibus nō perit vna: in mari huius mundi de quatuor animabus, vix euadit vna.

x Habemus pro mari mundum, pro nauis ecclesiam, pro velo poenitentiam, pro gubernaculo crucem, pro naua Christum, pro vento spiritum sanctum. *Chry. super Matth.*

y In expletione Romani regni necesse est seculum consummari. *Effrē. l. i.*

z Fallax. n. ē hic mūdus, finis dubius, exitus horribilis, iudex terribilis, poena infinibilis. *Pet. Bles. Batoniē.*

ab Amor mundi nos in fortunæ potestate adducit. hic amissis liberis mœstus, hic solitinus agris, hic turpibus, & aliquā passis in *archidia. Sen i quadam epi. fam*

famiam triftis hanc imaginem animo tuo
propone ludos facere fortunam, & in hunc
mortalium cœtum, honores, diuitias, gra-
tias excutere. quorum alia inter diripien-
rium man⁹ fcilla ſunt, alia infida ſocietate
diuiſa: alia magno detrimento eorum, in
quos deuenerant, deprehenſa.

Vide etiã i ti. Abufio. e. Amor. e. f. Apoſtoli.
x. Auaritia. a p. Gloria vana. z. Gloria eter-
na p. Homo. l. Iuſtitia. x. Paſſio. i. Prælatio.
b v. Sapientia. l. Secularis & Simplicitas. b.
Sollicitudo & Stultitia. c. Tentatio. e. Tri-
bulatio. v. a b. Vita. l. n. o. *Munus.*

*Am. in ep.
ad. Cor. 1.*

a Libertatem arguendi amittit & pec-
cat, qui ab eo accipit, qui ideo dat, ne
corrigatur.

Ibidem.

b Munera excæcant oculos iudicum, &
vim autoritatis inclinant.

*Hiero. ad
Marcel.*

c Facile contemnitur clericus, qui ſæpe
vocatur ad prandium, & non recuſat. Nun-
quam petêtes, rarò accipiamus rogati. Ne-
ſcio quomodo etiam ipſe, qui deprecatur,
vt tribuat, quum acceperis, vilioſem te iu-
dicat: & mirum in modum ſi eum rogan-
tem contempſeris, plus te poſt veneratur.

Gre. 7^{ho}.

d Ante Dei oculos nunquam eſt vacua
manus à munere, ſi arca cordis plena ſit

Gre. 6. 22.

bona voluntate.

moral.

e Non ex Abel muneribus, ſed ex Abel

mune

munera oblata placuerunt.

g Quis non erubescat dicere, quid mihi *Chry. ibi:*
dabis, ut tibi iustitiam faciam? nonne simili-
le est, ac si dicatur: quid mihi vultis dare, ut
meipsum abnegem, officium perdam, &
Deum vendam?

h Quò beatus Eugenius munera cautiùs *Ibidem:*
abiecit, ad eum undique multipliciùs cõ-
fluebant: hoc quoque ferè ubique accidit, ut
fugiant, dum quaruntur: dum fugantur,
accelerant. Cum idem prior quidam mo-
dicæ facultatis, cuius causam nondum au-
dierat, marcam auri deuotione multa in-
stanter offerret, nondum, inquit, ingressus
es domum, & iam vis corrumpere domi-
num: corruptionem nãque vir sanctus cre-
didit, quicquid offerebatur lite pendente.

i Tres sunt munerũ acceptiones, quibus *Isi. de sũ.
bon. lib. i.*
contra iustitiam humana vanitas militat,
id est fauor amicitiarum, adulatio laudis,
& corporalis acceptio muneris. Faciliùs
autem peruertitur animus rei corporeæ
munere, quàm gratiæ laudisque fauore.

k Oblatio. n. muneris, sine a ã regiminis. *Cas. 7 ep.
Pet. Bles.*

l Perẽptoriũ enim est in principe, vel au-
tam adorare munerum, vel fauorẽ quærere
personarum, teste siquidem propheta, in
quorum manibus iniquitates sunt, dextera
eorum rep. est mu. Transibunt iniquitates
in

in pœnam, & munera in dolorem, quia testimonio Iob: Ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt.

Vide etiam in tit. Amicitia. a d. Amor. y. Eleemosyna. y. Liberalitas. q. f. x. z. Proditio. c. Tribulatio. a i. *Murmur.*

Aug. sup. Ioann.

a **D**E nulla re magis Deum offendisse ille populus Iudaicus dicitur, quam contra Deum murmurando.

Greg. in moral.

b Qui contra suprapositam sibi potestatem murmurat, liquet quod illum redarguit, qui eadem homini potestatem dedit.

Ibidem.

c Quisq; p peccato percutitur, nisi murmurando renitatur, eo ipso iam iustus esse inchoat, quo ferientis iustitiã non accusat.

Ber. de cõsideratio.

d Si is, qui murmurat secundum animã mortuus est, qui instigat, quomodo uiuit?

Ibidem.

e Animæ quæ sanæ sunt, portari non indigent, ac per hoc nec onus sũnt. quoscunq; igitur de tuis inueneris tristes, pusillanimes, murmurosos, ipsorum te patrem, ipsorum te noueris esse abbatem: consolando, exhortando, increpando agis opus tuum, & portas onus tuum, & portando sanas, quos sanando portas.

Isi. li. 3. de sum. bono.

f Disceat nō murmurare q̄ mala patitur: etiam si ignoret, cur mala patitur. Per hoc quisq; se iustè pati arbitretur, quia ab illo iudicatur, cuius nunq̄ iniusta iudicia sũnt.

g *Suf*

g Sufurratio est, per quã odiosa adulationis, vel derogationis sibi lo quodam, alter in alterius odium excitatur. Sufurrari est, inter amicos discordiam seminare.

h Qui contentiosus & murmurans extiterit, iuxta arbitrium prioris tandiu pœniteat, quandiu cupæ qualitas extat.

Vide etiam in tit. Diabolus. e.

Natiuitas.

a **A**vrum soluitur, quasi regi magno, Ath⁹ immolatur vt Deo, myrrha præbetur tanquã pro salute omnium morituro. habet enim prædicatores angelos, narrautes cœlos, adoratores magos.

b Nobilitas fuit Christi nascētis in virginitate parietis, nobilitas parientis in diuinitate nascentis.

c Mihi enim impossibile est generationis scire secretum. mens deficit, vox silet: non mea tantum, sed & angelorum. supra potestates, supra cherubin, & supra seraphin, & supra omnem sensum est: quia scriptum est: Pax Christi supra omnem sensum est. Quomodo non est supra omnem sensum tanta generatio? Tu ergo ori manum pone: scrutari non licet superna mysteria. Licet scire, quod natus sit, non licet discutere, quomodo natus sit. Hoc enim querere metus est. Ineffabilis enim est illa

gene

generatio. vnde Isaias ait: Generationem eius quis enarrabit? hæc humanū sensum & intelligentiam mundi excedit: hoc non capit humanæ intelligentiæ ratio, sed prudentiæ fidelis professio est.

Greg. ho. d Nato regi aurum offerimus, si in con-
10. Cū na spectu illius claritate supernæ sapientiæ
us esset resplendemus. Tus offerimus, si cogitatio-
Iesus in nes carnis per sancta orationum studia in
Beth. ara cordis incendimus, vt suavi odore per
 cœleste desiderium redolere valeamus.
 Myrrham offerimus, si carnis desideria
 per abstinentiam mortificamus.

Gre. 2^o ho. e Cœli rege nato, rex terræ turbatus
 est, quia nimirum terrena altitudo con-
 funditur, quum celsitudo cœlestis aperitur.

Greg. lib. f Cœli rege nato, angelorum chori in
27. mota. eius annuntiatione prodeunt: hymnum
 dicunt, & deuicta prauæ vitæ discordia, nos,
 quos dudum despexerant, ciues agnoscunt,
 consono ore prædicantes: Gloria in excel-
 sis Deo &c. ac si dicant: Quos à vobis mali-
 tia disiunxerat, iam nunc in terra bonitas
 nata coniungat.

Ber. super g Fratres, generationem istā quis enar-
antic. rabit? Angelus nunciat, virtus obumbrat,
 subuenit spiritus, virgo credit, virgo par-
 turit, virgo permanet. Quis non miretur?
 Nascitur verbum, infans & agnoscitur,
 logi

longitudo breuis, latitudo angusta, altitudo subdita, profunditas plana. Ibi agnoscitur lux non lucens, verbum infans, aqua ficiens, panis esuriens.

h O natiuitas illibata sanctitate honorabilis mundo, amabilis hominibus collati magnitudine beneficij, inuestigabilis: etiam angelis sacri profunditate mysterij: & in his omnibus admirabilis singulari excellentia nouitatis: vtpote, quæ nec primam similem visa est, nec habere sequentem. O partus sine dolore, solus nesciens, pudoris, corruptionis ignarus, nõ referans, sed consecrans virginalis vteri templum.

i Iesus Christus filius Dei nascitur in Bethleem Iudæ, Iesus Saluator. Quid tam necessarium perditis, quid tam optabile miseris, quid tam utile desperatis?

k Nunquid plus potuit Adam in malo, quam Christus in bono? Si ex Deo nati in Christo electi sumus: quæ nam iustitia est, vt plus noceat humana atque terrena, quàm valeat diuina cœlestisque generatio?

l Vbi aula regia? vbi thronus? vbi curiæ regalis frequentia? Nunquid aula est stabulum? thronus præsepium? & totius curiæ frequentia Ioseph & Maria?

m Nunquid inuenerunt palatium marmoribus splendidum? nunquid aulam regiam diuer-

*trātes do-
mū inue.
puerum.*

lis populis personantem: nunquid hastatas
sive clypeatas militum cateruas? nunquid
equos regalibus phaleris insignes? nūquid
currus auro ostrōque fulgentes? nunquid
matrem eius diademate coronatam, aut in
lecto eburneo recumbentē? Nunquid pue-
rum byllo & purpura inuolutū? Vtiq; non,
sed potius angustum & humile tugurium,
vile squalidūque præsepium, & magis
animalibus quān hominibus aptum: pue-
rum vilibus pannis inuolutum, matrē vix
tunicam habentem vnā, non ad ornatum
corporis, sed ad tegumentum nuditatis.

*Chr. sū. il.
Matt. 14.
Nōne hic
est fabri
fil.*

n Nō illius est filius fabri, quem putatis,
sed fabricatoris omniū, qui fabricatus est
Auroram & Solem. Nōne dicendum fi-
lius fuit agricolæ, & tamen radix fuit stir-
pis regiæ? Cur ergo Christum propter pa-
rentum ignobilitatem contemnunt?

*Leo papa
in ser. de
apparitio.*

o Adorant Magi in carne verbum, in
infantia sapientiam, in infirmitate virtu-
tem, & in hominis veritate dominum ma-
iestatis: vt sacramenta fidei suæ, intelligen-
tiæque manifestent, quod cordibus cre-
dunt, muneribus protestantur: tus pōtifici,
myrrham homini, aurum offerunt Deo.

*Fulgētius
ad Prob.*

p Hæc stella nunquā ante apparuit: quia
nunquā eam puer iste creauit, & Magis
ad se venientibus præuiam deputauit.

g Generationem eius quis enarrabit? *Maximū*
 Fratres, generatio Christi, si enarrari non *in ser. de*
 potest, si lingua deficit, fides proficit. *Manuali.*
 gnus enim profectus est fidei, quum tan-
 tum de Deo suo potest concipere, tantum
 sermo non potest parturire.

r Non mediocre tibi fidei hoc videatur *Beda sup.*
 exemplum: non vilis persona pastorum, *Luc. lib. i.*
 certè quò vilior ad prudentiam, eò pretio-
 sior ad fidem. Non sapientes, sed simplices,
 qui fucare audita nescirent: Dominus
 sui præcones elegit, nō rhetores, sed pisca-
 tores ad euangelizandum destinauit.

f Coæternitatē suæ maiestatis ostendit. *Cas. super*
 Hodie enim apud Deum nullo initio ince- *ill. ps. Ego*
 pit, nullo fine concluditur: non enim ibi *hodie ge-*
 fuit vel erit: sed semper manet, semper est: *nisi te.*
 & quicquid dixeris illi, hodie est:

t Licet Deus cunctos dies creauerit, sin- *Cas. super*
 gulariter tamen hunc diem fecisse dicitur, *ill. ps. Hac*
 qui Christi Domini natiuitate sacratus est. *est dies*
 in quo merito exultari conuenit & lætari: *quam.*
 quoniam in eo & diabolus ius perdidit, &
 salutem mundus accepit.

Vide etiam in ti. Aduentus & Gaudium.
 p: Malitia. k. l. Christus. i. a d. *Natura.*

a **N** Vllum quippe vitium ita contra Au. *ē qua-*
 naturam, vt naturæ deleat extre- *dani epi.*
 ma vestigia.

Am. in li. de Ioseph. b Vince naturā diligentia, exclude corporis somnum. Naturam nobis formare non possumus, possumus diligentiam.

Hugo. c Natura creatrix, est quædam vis & potentia diuinitus rebus inīta, alia ex aliis in suo genere producens.

Tull. in li. de natu. r. quest. d Natura an fuerit nouerca homini pro iectō corpore fragili, anxio ad molestias molli ad labores, prono ad libidines.

Se. 20. ep. e Nulla naturalia corporis aut animi vitia ponuntur. quicquid infixum & ingentum est, lenitur arte, non vincitur.

Se. in epi. f Tenenda est via, quam natura præscripsit, nec ab illa declinandum: illam sequentibus omnia facilia & expedita sunt: contra illam uiuentibus, nō alia vita est, quàm contra a quam nauigantibus.

Vide etiā in ti. Cōsuetudo. a b. Ascensio. r. Diuitiæ. b i. Homo. a. k. m. Lasciuiæ. a. Otiositas. l. Paupertas. a f. Senectus. f.

Neglectia.

Grego. in a mora. Sicutare parua negligimus insensibilia, sed uiti, audacter etiam maiora perpetramus.

Boi. de di. discipl. scho. b Sicut in vnoquoque mater est diligentia, ita vniuersa doctrinæ & disciplinæ nouerca est, negligentia.

Ioā. Cast. c Quodāmodo custodiri negligētius solet quicquid facillè creditur posse reparari.

Turp

d Turpissima est iactura, quæ per negligētiā ac. Quem mihi dabis, qui aliquod pretiū temporī ponat, qui diē ætmet, qui intelligat se quotidie mori? In hoc enim fallimur, quòd mortē nō prospicimus. Magna pars iam eius præterit: quicquid ætatis retro est, mors tenet, tu verò omnes horas complectere: sic fiet, vt minùs ex crastino pendeas, si hodierno manum inieceris.

e Negligētia est animi torpor, quo quis minus diligens est in exequendo quod exequi debet. *Hugo.*

Vide etiā in tit. Cōsiliū. o. a. c. a. d. Corregno. a. n. c. e. c. g. Exercitatio. h. i. Exēplū. m. Ingenium. d. Loquacitas. g. Natura. b. *Nobilitas.*

a **S**ola apud Deum libertas est, non seruire peccatis. Summa apud Deum nobilitas est, clarum esse virtutibus. *Hic i epi. ad Celātiā.*

b Nulli te vnquam de generis nobilitate præponas: nec obscuriores quassibet, & humili loco natas, te inferiores putes. nescit religio nostra personas, nec conditiones hominum, sed animas inspicit. *Ibidem.*

c Ille apud Deū præest potior, non quem nobilitas generis, nec dignitas seculi, sed quē deuotio fidei & sancta vita cōmendat. *Hic i qua dam epi.*

d Nihil aliud video in nobilitate appetē dum, nisi quòd nobiles quadam necessitate *Ibidem.*

cōstringūtur, ne ab antiquorum probitate degenerent. Non enim datur nobili patri palma, sed cursui, & plerunque nobilitas carnis ignobilitatem parit mentis.

Grego. in dial. e Nonnullis solet nobilitas generis parere ignobilitatem mentis, vt minūs se in hoc modo dispiciant, qui plus se ceteris aliquid fuisse meminerunt.

Ber. 7. epi. ad magi- strū Gual- terium de Caluo nō re. f Genus clarū, corpus aptū, forma euidens, ingeniū velox, eruditionis vtilitas, & morū honestas gloriosa quidem sunt: si tibi vsurpas, est qui quatrat, & iudicet.

Bernar. in quadā epi- sto. g Nescio cū quo pacto virtus ignobili placet, an fortè plus claret. si quidem ignobilis quum caret gloria, non facilè liquet, vtrum quia noluit, aut quia non possit habere. laudo factam de necessitate virtutē: sed plus illam, quam elegit libertas, non induxit necessitas.

Chrys. sup Matth. h Ille clar⁹, ille sublimis, ille nobilis, ille tūc integrā nobilitatē suā putet, si dignetur seruire vitiis, & ab eis nō superari.

Chry. in il- lud Matt. 4. Patrē habemus Abrahā. i Quid enim prodest ei quē sordidant mores, generatio clara? Aut quid nocet illi generatio vilis, quē mores adornant? Ipse enim se vacuū ab omnibus bonis ostendit, qui gloriatur in patribus. Quid profuit Cham, quòd fuerit Noë filius? nōne se- paratus de medio filiorum, qui secundum

carne frater fuerat natus, secundum animam factus est seruus? nec familia eius sancta potuit defendere impios mores.

k Quid Timotheo nocuisse creditur, quod fuit ex patre gentili: aut quod nocuit Abraham quod patrem habuit Tharam luteorum deorum cultorem: nonne separatim a genere suo, positus est in caput fidelium: ut iam non diceretur filius peccatorum, sed pater sanctorum? nec potuerunt eius gloriam sordidare paterni errores.

Chry. ibidem.

l Stagnum de argento egreditur, sed non est argentum. Itaque argentum colatum seruatur, stagnum autem foras expellitur. Melius est de contemptibili genere clarum fieri, quam de claro genere contemptibile nasci. Qui enim de claro genere clarus nascitur, gloria claritudinis eius, non est eius solius: sed communis videtur. qui autem de contemptibili genere clarus egreditur, tota gloria claritudinis eius solius est. qui vero de contemptibili genere contemptibilis nascitur, turpitudine contemptibilitatis solius eius non est, sed etiam generis. Qui autem de claro genere contemptibilis nascitur, omnis turpitudine est eius solius. Ideo melius est ut in te gloriantur parentes, quam tu in parentibus glorieris.

Ibidem.

m Nobilitas a me procedens, est mihi coram di plus, quam quae ex patrum procedit nobilitate: quia in quo desinit cuiusque nobilitas,

Cas. i. quae dam epi.

tunc aorum nobilitate congruè indiget.

*Cas. lib. 3.
epist.*

n Sicut indigna posteritas laudes antiqui generis abnegat: ita præclara de patribus egregiè dicta confirmat, iuxta illud: Præconia veterum præsens docuit vena virtutum. Laudabilis enim vena suã seruat originem, & fideliter posteris tradit, quæ in se gloriosa transmissione promeruit.

Cas. ibid.

o Similitudinẽ suorũ felix vena custodit, quando pudet delinquere, qui similia nequit in suo genere reperire. Hinc est, quòd melius agnoscitur elegisse nobilem, quàm fecisse felicem: quia iste cõmonitus per veterum se facta custodit: ille autem exemplum non habet nisi quod fecerit.

Cas. ibid.

p Nam si inueteratæ & per genus ductæ diuitiæ nobile faciunt, multò magis præstantior est nobilitas, cuius origo thesauris prudentiæ locuples inuenitur.

*Seneca. de
sententia
orat.*

q Si possent homines facere sibi sortem nascẽdi, nemo esset humilis, nemo egenus, vnusquisq; felicẽ domũ inuaderet: sed quãdiu non sumus, natura nos regit, & in quãcunq; vult casam nos mittit. Quencũque volueris reuoluere nobile, ad humilitatem peruenies. Quid recenseam singulos, cum hanc urbẽ tibi possem ostendere? nudi steterẽ colles, inter quos tamẽ effossa mœnia. Nihil est humili casã nobilius.

r Eis, qui nō nati sunt nobiles, sed facti, *Ibidem.*
 nihil crudelius, iuxta illud: Asperius nihil
 est humili, cū surgit in altum.

s Habet hoc optimū generosus animus, *Senec. 37.*
 quōd concitatur ad honesta. Neminē ex- *epistc.*
 celi ingenij virum humilia delectant &
 sordida. Felix, qui ad meliora imperium
 animi dedit: ponet se extra conditionem
 fortunæ, prospera tentabit, aduersa cōmi-
 nuet, & aliis admiranda despiciet.

t Nobilitas animi, generositas est sensus: *Ibidem.*
 nobilitas hominis est generosus animus.

v Ingenuitas non recipit contumeliam. *Sene. li. de*
 Vide etiam in tit. Natiuitas. n. *moribus.*

Nocumētum.

a **F**Acinus est, quod agit indomita cu *Augu. sup*
 piditas, vt noceat alteri. *Ioannē.*

b Nec aliquid nocet fidelibus negata *Aug. de ci*
 eorum corporibus sepultura, nec si exhi- *ra p mor*
 beatur aliquid infidelibus prodest. *tuis agen*

c Quantum ad peccati rationem perti- *da.*
 net, nocuit, qui nocere disposuit. *Hie. i. epi.*

d Aliud quoq; est nocere, qd̄ semper po- *Hiero. ad*
 tes, aliud pdesse cū possis, aliud nō facere, *Celantiā.*
 aliud nō operari bonū. Illud tibi rursus oc-
 currit nō sufficere christianū, si vnā partem
 iustitiæ impleat, quū vtraq; præcipitur.

e Sed vt inā soli impugnarēt nos maligni *Ber i ser.*
 spirit⁹ cū suggestionib⁹ suis, & nihil noce-

rēt homines punitioſis exēplis, perſuaſionibus importunis, ſermonibus adulationis vel detractionis, atque aliis mille modis.

Chr. de reparatione lapsi. f Etiam omnes, qui mare & terrā habitāt, cōueniāt ad lædēdū, nocere nequaquā poterunt ei, qui à ſe ſeipſo non læditur.

Iſi de ſummo bo. libro 1. g Rarò læditur homo ab extraneis, ſi ſui eum non lædant. magis enim inſidiis noſtrorum, quàm aliorum periclitamur.

Sen. 3. epi. h Ridiculum eſt aliquem odio nocētis, innocentiam ſuam perdere. inſidioſiſſimè nocet, cui gratiæ aguntur pro iniuria.

Vide etiam in tit. Crudelitas. c. Diabolus. b. Homo. p. Inimicitia. n.

Obedientia.

Auguſt. de opere monacho. a **Q**uid iniquius, quàm velle ſibi obtemperari à minoribus, & nolle obtemperare maioribus?

Auguſt. ſup psalm. b Non potuit Deus perfectius demonſtrare, quantum ſit bonum obedientiæ, niſi quum prohibuit ab ea re, quæ non erat mala. Sola ibi obedientia tenet palmam, ſola

Gregor. 12. mo. ibi obedientia inuenit pœnam.

Gre. li. 35. mor. tra- c Obedientia non ſeruili metu, ſed charitatis affectu ſeruanda eſt: nō timore pœnæ, ſed amore iuſtitia.

Etās illud 1. Re. Me- d Obedientia ſola virtus eſt, quæ mentis cæteras virtutes inferit, inferatq; cuſtodior eſt o- dit. Melior eſt obedientia, quàm victima.

obed

obediētia victimis iure præponitur, quia *bedientia*
per victimas aliena caro, per obedientiam *quã victi-*
verò voluntas propria mactatur. *ma. &c.*

e Nec studiū bonæ actionis, nec ostium *Ber. de no-*
sanctæ contēplationis, nec lachrymæ pœ- *ua mili-*
nitentis extra Bethaniam esse potuerunt. *tia.*

f Perfecta obedientia legem nescit, ter- *Berna. de*
minis non arctatur: nec contēta angustiis *præcepto*
professionis, largiori voluntate fertur in *& dispen-*
largitudinem charitatis, & ad omne, quod *satione.*
iniungitur, spontaneo vigore liberalis,
alacrisque animi motum non considerās
in infinitam libertatem extenditur.

g Meli⁹ est obedire Deo, q̄ hominib⁹, & *Ibidem.*
ipsis melius magistris, q̄ discipulis. porrò
in magistris melius nostris, q̄ extraneis.
quibus autē melius cōstat obedire, ipsis p-
culdubio non obedire, est detestabilis.

h Verus obediēs mādātū nō pcrastinat, *Bernard.*
sed statim parat aures auditui, linguā voci,
pedes itineri, man⁹ operi, & se totum in-
tus colligit, vt mādātū pagat imperantis.

i Nō attēdit ver⁹ obediēs, quale sit quod *Ibidem.*
præcipitur, hoc solo contētus, q̄a p̄cipitur.

k In ipsa obedientiæ via tibi fortasse ali *Bern. ser-*
qua dura & aspera occurrere possunt, vt ac. *mo. 22.*
cipias interdum præcepta nōnulla, quę li-
cet salubria sint, minùs tamē suavia vidē-
tur. hoc si molestè cœperis sustinere, si diu
dica

dicare prælatum, si murmurare in corde, etiã si exterius impleas quod iubetur, non est virtus patientiæ, sed velamen malitiæ.

Bernard. I Quisquis aperte vel occulte satagit, ut quod habet in volũtate, hoc ei spiritualis pater iniungat, ipse se seducit, & sibi quasi de obediẽtia blanditur: neq; ipse in ea se prælato, sed magis ei prælatus obedit.

Ber. i ser. m Nõ est dubiũ, quin ampliorẽ gratiam mereatur, q̄ paratũ se exhibet ante mandatũ, q̄ qui obedire satagit post mandatum.

Berna. de præcepto & dispensatione. n In obediẽdi ratione hæc generalis regula teneatur, ut in difficiliõibus quidem agendis obeditio gratior, quã præuari- catio grauior iudicetur, & in faciliõibus minũs; onorõsis contemptus damnabiliõr, quã actus laudabiliõr æstimetur.

Ber. ibid. o Solũ censuerim fregisse votũ, violasse propositũ, præuicasse pactũ, qui & præceptũ cõtẽpserit & remediũ: nam illũ sanè dico securũ, qui etiã si interdũ obedire præterierit, consiliũ non respuit poenitentia:

Ber. ibid. p Si iubẽte seniore ut sileã, verbum mihi fortè per obliuionẽ elabitur, reum me confiteor obediẽtiæ, sed venialiter. Si ex contemptu sciens & deliberans, sponte in verba prorupero, & rupero silentij legem, præuicatorem me constituo, & criminaliter: & si impoẽnitens perseuero vsque ad

ad mortem, peccavi damnabiliter.

q Optimū in moribus dixerim, q̄ in nullo profus resistat prioribus, aut inuideat paribus, aut subiectis in supbia prælit: prælati, obediēs, sociis cōgruēs, subditis vtiliter condescendēs: Deo deuotus, magistris subditus, senioribus obediens, minoribus obtemperās, angelis placens: verbo vtilis, corde humilis, omnibus mansuetus.

Ber. super cant.

r Multi deniq; sub præceptore quieti viuunt, quos si iugo absoluas, videas nō posse quiescere, nec se vllō modo, æqualibus seruare innoxios, simpliciter ac sine querela inter fratres conuersari: super fratres, non solū inutiliter, sed etiam insipienter & nequiter, minimè quidem egētes magistro, nec tamen idonei māgisterio.

Ibidem.

s Nullo alio vitio tā præcipitē diabolus monachū pertrahit ac pducit ad mortē, q̄ in collatio quē eum neglectis cōsiliis seniorū, suo iudicio persuaserit, diffinitioniq; confidere.

Ioā. Cass. ne Abbat. Moysi.

t Vnum atq; idem inobedientiæ genus est, vel propter operationis instantiam, vel propter otij desiderium senioris prætereire mandatum: tamque dispendiosum est pro somno, quàm pro vigilantia monasterij statuta conuellere. Tātum denique est abbatibus transire præceptum vt legas, quantum si contempnas, vt dormias.

In collatione Darnie. abba.

Hugo. de v Inobediētiæ morbus, ex superbiæ tu-
12. alasio. more procedit, sicut sanies ex vlcere: sic ex
 superbia cōtemptus manat. hoc autem tri-
 bus modis mederi solet, videlicet empla-
 stro, vnguento: & ferro: id est, exemplo bo-
 ni operis, verbo exhortationis, & discipli-
 na correctionis. Quum enim vlcus non
 emittit per confessionem saniē, vel ex cō-
 monitione nō promittit emendationē, re-
 stat vt ferri recipiat incisionem, id est, cor-
 rectionem disciplinæ.

Hugo. ibi. x Imponitur nomen obedientiæ præce-
 pro, loco & facto, vt designet quid præcipi-
 tur, mōstret quod agitur, nominet locū in
 quo quis moratur. prima facilis, secunda
 grauis, tertia ad vtrāque se habet. Leue est
 enim præcipere, sed graue est adimplere.
 locus verò aliquādo placet, aliquādo displicet.
 placet quibusdam, non quia abundat
 fratribus, sed quia piscibus placet, quia abun-
 dat famulis & fabulis. placet, quia solus
 cuncta possidet: & sic fit vt vocetur obediē-
 tia, cū non sit. hanc obedientiam multi
 desiderāt, vt extra obedientiā esse queant.

Tullius. y Inobedientia est ex duritia mentis
 obstinatæ, cui debeas, imperāti nolle ob-
 temperare.

Vide etiā in ti. Coniugiū. a f. Cupiditas.
 m. Mādatū & Murmur, & Voluntas. x. a h.

Obstinatio.

a **S**pirabam ligatus nō ferro alieno, *August. l. cōfession.*
 scēa mea ferrea voluntate, velle meū
 tenebat inimicus, & inde funes mihi fece-
 rat. ex peruersa enim voluntate facta est
 consuetudo: & dum consuetudini non resi-
 stitur, facta est necessitas, quibus quali qui-
 busdam annullis sibi met annexis, tenebat
 me strictē dura seruitus.

b Tres sunt species obstinatorū. Prima *Hugo de 12. abusio.*
 eorū, qui ex correctione nō proficiūt. Se-
 cūda, eorū, qui ex cōmonitione deteriores
 sūt. Tertia eorū, qui emendationē promit-
 tūt, sed nō faciunt. Ex correctione Manaf-
 ses fact⁹ est melior, Nabal ex cōmonitio-
 ne deterior, Pharao ex afflictione durior.

c Pertinacia est, ex irrationāli & inflexibili *Tullius.*
 mētis obstinatiōe meliorib⁹ nolle cedere.

d Tunc est consummata infelicitas, vbi *Seneca in proverb.*
 turpia non solum delectant, sed etiam pla-
 cent, & desinit esse remedio locus, vbi, quæ
 fuerant vitia, mores fiunt.

Vide etiā in tit. Charitas. x. Cōsuetudo.
 i. k. a. e. a. f. a. g. Cor. e. & in tit. Desperatio.
 per totum.

Otiositas.

a **N**ullus fructus otij, imō magis di- *Aug. l. epi. ad Verce.*
 spendium. otiosus Esau amisit pri-
 matus benedictionem, quia maluit cibum
 accipere, quā quærere.

b Nihil

Hiero. ad Demetri. b Nihil in sancto proposito, otio dete-
rius est. quod nō solummodo non acquirit
nova, sed etiam peracta consumit. sanctæ
vitæ ratio processu gaudet, & crescit: ces-
satione torpescit & deficit. quotidianis ac
recentibus virtutū incrementis inflauan-
da mens est, & viuēdi hoc iter nō de trāsa-
cto, sed de reliquo metiendum.

Hic ī epi. c Otium parit fastidium, exercitium fa-
mem: fames autē miro modo dulcia red-
dit, quæ fastidium facit insipida.

Hic. super Mat. li. 1. d Otiosum verbū est, quod sine utilita-
te loquētis & audientis dicitur: qualis qui
de rebus friuolis loquitur, & fabulas anti-
quas narrat: ceterū qui scurrilia repli-
cat, & cachinnis ora dissoluit, & aliquid
turpitudinis profert, hic nō otiosis verbis,
sed criminosis tenebitur reus.

Hic ī ser. e Sed aliquid operis facito, ut te diabolus
inueniat occupatū. non enim facile capi-
tur à Diabolō, qui bono vacat exercitio.

Grego. in ho. 6. f Omne verbum otiosum, quod locuti
fuerint homines, reddent de eo rationem
in die iudicij. otiosum quippe verbum est,
quod aut utilitate rectitudinis, aut iustę ne-
cessitatis caret.

Gre. ibip. g Nunquàm Dei amor est otiosus. ope-
ratur enim magna, si est: si verò operari re-
nuit, amor non est.

h Otiositas mater est nugarum, & nouerca *Berna. in*
 ca omnium virtutum. ipsa enim est, quæ vi- *sermo.*
 rum fortem fortissimè præcipitat in rea-
 tum. facit ei suffocare virtutem: superbiam
 & viam construere ad gehennam.

i Si rectè sapiens hortatur sapientiã scribi *Ber. de cõ*
 in otio, cauendum & in otio otium: fugien- *sideratio*
 da proinde est otiositas mater nugarum, *ne lib. 2.*
 nouerca virtutum. Inter seculares nugæ, nu-
 gæ sunt: in ore sacerdotis, blasphemix. In-
 terdum tamen si incidant, ferendæ, referen-
 dæ tamen nunquam.

k Sapientiã scribe in tempore otij. ergo *Ber. super*
 sapientiæ otia negotia sunt, & quò otiosior *cantica.*
 sapientia, eò exercitior in suo genere.

l Subitò procedenti de umbra ad Solem, de *Bernard.*
 otio ad laborè, graue cernitur omne quod
 incipit: sed quum ab his dissuescere, & ad
 illa se paulisper assuescere cœperit, vsus tol-
 lit difficultatè, inuenitque facile esse, quod
 impossibile antè putauit.

n Si propterea otiosum est verbum quòd *Berna. in*
 nullã rationabilem causam habeat, quam *sermo.*
 rationem de hoc reddere poterimus, quod
 est præter rationem?

o Qui otiosa quiete perfruitur, nisi spi- *Prosper.*
 ritualiter vixerit, more pecudum viuit. *de vi. cõtè*

q Non dormientibus prouenit regnum *platina.*
 celorum, nec otio & desidia torpentibus *Leo papa*

in sermo. beatitudo aternitatis ingeritur.

10. Cas. li. q Mens otiosa nihil aliud cogitare nouit,
10. de Pir. quàm de escis, aut quàm de ventre.

in acidia. r Natura q. lē humana sicut duris labori-
Cas. in ep. bus instruitur, ita p. otia torpētia fatuatur.

Valerius. s Otium, quod industriæ & studio maxi-
 mē contrarium videtur, præcipuē subnecti
 debet: non quo euanescit virtus, sed quo re-
 creatur.

Pet. Blés. t Solitudo est, quæ virū fortem fortissimē
 præcipitat in reatum. Ea enim mediāte ho-
 nestas impudicitur arma sua reddit: dege-
 nerat sanctioris vitæ propositū, & odorife-
 ræ opinionis gloria dānabiliter euanescit.

Seneca. v Otiū sine literis, mors est, & viui hoīs.
 sepultura. oīa nobis mala solitudo persua-
 det. circunspice singulos: nemo est, cui non
 sanctius sit, cū quolibet esse, quàm secum.

Sen. 8. ep. x Nullus mihi per otiū dies exit: partem
 noctium studiis vendico: non vaco somno,
 sed succumbo, & oculos vigilia fatigatos:
 cadentēque in opere detineo.

Seneca, 68. epist. y Demetrius vitam otiosā, & sine vllis
 fortunæ occursionibus, mare mortuum re-
 putat. in otio inconcusso iacere nō est tran-
 quillitas, malitia est. Malo, vt me fortuna
 in castris suis, quàm in delitiis habeat.

Seneca, epist. 19. z Gloriarī otio, iners ambitio est: vitam
 in odium otium adducere solet. & Sūt quo
 quo

rum corpus innoxium est, & in mille facinororum furias mens otiosa discurret. *Seneca in prouer.*

Vide etiam in tit. Acedia, e. p. Homo, a b. Militia, q. Sollicitudo, a e. Tempus, f.

Odium.

a **T**Ria sunt genera hominū que odit, Deus: remanentē, retro redeūtem, oberrantem. Excitandi sunt remanētes, retro redeuntes reuocandi, errantes in viam reducendi, tardi exhortandi, celeres imitandi. Qui nō proficit, remansit in via: qui fortē à meliori proposito declinat, ad illud quod deterius reliquerat, reuersus est retro: qui fidem deserit, à via errauit. *Augu. de nouo cantico.*

b Hoc est perfecto odio odisse, vt vitia, non homines oderis, nec vitia propter homines diligas. *Augu. sup. il. psa. Perfecto odio*

c Festuca in oculo, ira est: trabs in oculo, odium est. *oderā illos.*

d Multum aliud est, quando quisque irascens in aliquo verbo modū excedit, quod postea deleat poenitendo. Aliud est seruare insidias inclusas in corde: multum postremo inter hac verba scripturæ turbatus est præ ira oculus meus. De illo autem aliqui dictum est: qui odit fratrem suum, homicida est. multū interest inter turbatum oculum, & extinctum. festuca turbat, trabs extinguit. *Augu. sup. Mat. Aug. ibid.*

- Augu. de d'ffinit.** e Oidium, est vetus ira ex pluribus causis collecta, diuturno tempore perseverans.
- Augu. in serm.** f In comparatione odij, ira festuca est. se l festucam si nutrias, trabs erit: si euellas & proicias, nihil erit.
- Aug. de vera religio.** g Nemo potest perfectè diligere quò vocamur, nisi oderit vnde reuocamur.
- Hie super Micheã.** h Propemodum naturale est, vt nurus socrum, & socrus oderit nurum.
- Hiero. in epist.** i Qui occidit, & qui odit fratrem suum, & qui ei detrahit, pari poena digni esse monstrantur.
- Grego. in homi.** k Tunc bene animam nostram odimus, quum eius carnalibus desiderijs non acquiescimus, quum eius appetitum frangimus, quum eius voluptatibus reluctamur.
- Greg. 10. moral.** l Vitam animæ quælibet culpa polluit, seruatus verò dolor cõtra proximum occidit: mæti namque vt gladius figitur, & mucrone illius ipsa viscerum occulta pforantur.
- Greg. sup per Mat. 5. in homi.** m Qui ergo mortem nocendi habet in animo, debet iudicare se reum. Si autem prodeat in contumeliam aduersus fratrem, eget reconciliatione. Si autem nõ iudicat se reum, nec fratri vult reconciliari, ex contemptu perseverans in odio, reus erit gehennæ.
- Chry. sup Matt. 22.** n Sicut rex in imagine sua honoratur, sic Deus in homine diligitur & oditur. Non potest hominem odire, qui Deum amat: nec potest Deum amare, qui hominem odit.

o Nemo potest aliquid obliuisci, quod *Chryso. in*
diligit, aut retinere quod odit. *homi.*

p Hæc est pugna periculosa & hæc glo- *Chryso. ibi.*
riosa victoria, qui poterit odisse quod a-
mat, & amare quod odit.

q Bonos quis nisi stultissimus oderit? *Boë. de cõ*
malos verò odisse, ratione caret. *solatione.*

r Perfectum odiũ est, homines diligere, *lib. 1.*
& eorũ vitia semper horrere. nã in illa par *Cas. super*

te, qua creatura Dei sunt, amandos esse nō *illud psal.*

dubiũ est: in illa iniquitate horrendi sunt, *Perfecto*
in qua se polluerunt. Tales placere nō pos- *odio odes*
sunt, nisi eis, qui factis similibus replicatur. *ram illos.*

s Simul ista mundi rector Deus posuit, *Seneca.*
olium atque regnum. odia qui nimium ti-
met, regnare nescit.

t Peiora sunt tecta odia, quàm aperta, & *Seneca in*
agnosci amat, qui odium ostendit. *prover.*

v Propterea te loquax inimicus minùs, *Ibidem.*
quàm taciturnus offendit.

x Quauis agas, vt ne quis merito tuo *Seneca in*
oderit: erunt tamen semper, qui te odient. *prover.*

Vide etiam in tit. Amor, i. Correctio, e d.
Diabolus, e. Homicidium, d. Ira, b, d, f, h.
Labor, m. Loquacitas, m. Regimen, a m. &
in tit. Venia.

Opus.

a Sic doce me, vt agam, nō vt tantũ mo- *Augu. ser*
do sciam, quid agere debeam. Sicut per psal.
enim dictum est de domino, quòd nō noue

rat peccatū, & intelligitur nō fecerat, sic & iustitiā ille verē dicēdus est nosse, qui facit.

Ibidem. b Bonū opus fiat non timore, sed amore: non formidine pœnæ, sed dilectione iustitiæ. ipsa enim vera & summa libertas est.

Augu. sup per Ioan. c Bonū & rectū est omne, quod agimus, si nec memoriam decipiat obliuio, nec error intelligentiam, nec iniquitas voluntatem: ab his tribus est omne, quod agimus.

Hierony. d Vnusquisque pro operibus suis mercedē accipiet: nec possunt in die iudicij aliorum virtutes, aliorum vitia subleuare.

Grego. in homi. e Quum desideria bona concipimus, semen in terra mittimus. quum verò opera recta incipimus, herba sumus. quum autem ad profectum boni operis crescimus, a spicam peruenimus. quum in eiusdem boni operis perfectione solidamur, iam plenum frumentum in spica proferimus.

Ibidem. f Probatio dilectiōis, exhibitio est opis. Nō sibi aliquid credat, quicquid sibi anim⁹, sine testatione operis respōdet: de dilectiōe cōditoris, mēs, lingua & vita requirit. Nūquā est amor dei otiosus, operatur eū magna, si est: si verò operari renuit, amor non est.

Grego. in moral. g In opere perfectus non est, cui adhuc linguæ prauitas contradicit: nec in sermone laudabilis, qui hoc quod loquitur, opere non ostendit.

h Ad vos ipsos retrorsum recurrите: si Deū Grego-
 vere amatis, exquirite: nec tamen sibi cre- *hom*
 dat, quicquid animus sine operis attesta-
 tione responderit. veniet profectò dies il-
 le, in quo pastor pastorū appareat, & vni-
 uscuiusque facta in publicam deducat.

i Non solū illa nostra sunt, quæ ipsi ge- *Leo i ser.*
 rimus, sed etiam illa, de quibus in aliorum
 aetione, gaudemus.

Vide etiā in tit. Amor, a m. Doctrina, a b.
 Exemplū, d. z. Fama, d. Humilitas, r. Inten-
 tio, b. Labor, m. Laus, t. a f. Otiositas, e. Ora-
 tio, a h. Salus, d. Sapientia, r. Scriptura, f.

Oratio

a **M**ulti languescūt in orando, & in *Augu. su-*
 nonitate conuersionis suę feruen- *per psal.*
 ter orant: postea languidē, postea frigidē,
 postea negligenter, quasi securi sint. vigi- *65.*
 lat hostis, dormis tu.

b Oratio tua, locutio est ad Deum: quan- *Augu. su-*
 do legis, Deus tibi loquitur: quando oras, *per psal.*
 cum Deo loqueris. *85.*

c Tunc porrò in toto corde clamatur, *Augu. su-*
 quando aliunde non cogitatur. tales ora- *per psal.*
 tiones raræ sunt multis, crebrę paucis, vtrū *118.*
 nec cuiquam nescio.

e Oratio si pura est, si casta fuerit, cœlos *Aug. i quo-*
 penetrans vacua non redibit. *dam ser.*

f Dicuntur fratres in Aegypto crebras *Augu. ad*
 Probam.

quidem orationes habere, sed eas breuissimas: tamen & raptim quodāmodo iaculatas, ne illa vigilanter erecta, quæ orāti plurimum necessaria est, per p̄ductiones moras euanescat, atque hebetetur intentio.

Aug. in li. sententiarum Prosp̄ri. g Fideliter supplicans Deo pro necessitatibus huius vitæ, & misericorditer auditur, & misericorditer non auditur. Quid enim infirmo sit utilius, magis nouit medicus, quàm ægrotus.

Aug. in gl. Mat. 6. h Oratio paucis verbis res multiplices comprehendit: vt sic citò simplicitas fidei, sufficientia suæ saluti addisceret, & prudentia ingeniosorum, profunditate mysteriorum stupefceret.

Aug. in sermo. i Oratio oranti est subsidium, Deo sacrificium, dæmonibus autem est flagellum.

August. k Plus placet Deo latratus canum, mugitus bouum, grunnitus porcorum, quàm cantus clericorum luxuriantium.

Ibidem. l Oratio est animæ sanctæ præsidium, angelo bono solatium, diabolo supplicium, gratum Deo obsequium, & pœnitentię religionis laus tota, perfecta gloria, spes certa, sanitas incorrupta.

Aug. ad Dioscor. m Multū precari, est Deū quē precamur, diuturna & pia cordis excitatione pulsare. nā plerunq; hoc negotiū plus gemitibus, quàm sermonibus agitur, plus fletu, quàm affatu.

a Hæ sunt duæ alæ orationis, quibus volatur ad Deum: si illud quod communicatur, ignoscit delinquenti, & donat egenti.

Aug. 7. serm. de quadragesima.

o Quum oras, clamas non voce, sed mente. Nam tacetes exaudit Deus: nec quaeritur locus, quatum sensus.

Aug. 10. sermo.

Hieremias confortatur in carcere: Daniel inter leones exultat: Tres pueri in fornace tripudiant: Iob nudus in sterquilinio triumphat: paradysum de cruce latro inuenit, non est locus, vbi non sit Deus.

p De quotidianis breuibusque peccatis, sine quibus hæc vita non ducitur, quotidiana oratio fidelium satisfacit.

Aug. in eph. thurid.

q Oratio Deum vngit, sed lachryma com- pungit: hæc lenit, illa cogit.

Aug. 10. sermo.

r Ne deficias in oratione. Deus quod concessurus est, & si differt, non aufert: non leuitate vitur, qui promisit: non facile de sententia mouetur, quod promisit, est fixum: fallere non potest, habet vnde faciat.

Aug. 11. sermo per psalm. 65.

s Orationis pura magna est virtus, & velut fidelis nuntius, mandatum peragit, & penetrat, quod caro non peruenit.

Aug. ibid.

t Oratio, refectio est ieiuniorum: duritiam cordis emollit: austeritatem temperat: ieiunium dulcificat. Sicut enim sine potu non est plena refectio, sic & ieiunium sine refectioe orationis non potest animam perfecte nutrire.

Aug. 10. quodam sermo.

- Ambros. de officii.* v Sit oratio pura, simplex, dilucida atque manifesta, plena grauitatis & ponderis, nō affectata elegātia, sed nō intermissa gratia.
- Ambros. de uideis.* x Vbi est oratio, adest uerbum, fugatur cupiditas, libido discedit.
- Ambros. in hexame. lib. 1.* y Si pro te rogas tantum, pro te solus rogabisti autem pro omnibus rogas, omnes pro te rogabunt.
- Am. super ill. Mat. 6. Paterno ster. qui es in caelis.* z Vide quā breuis est oratio, & omniū plena uirtutum, primus sermo quantæ est gratia! O homo faciem tuam non audebas ad cælum attollere, oculos tuos in terram dirigebas, & subito accepisti gratiam Christi. omnia peccata dimissa sunt. ex malo seruo factus es bonus filius: ideò præsume nō de operatione tua, sed de gratia Dei. Gratia enim saluati estis, ut dicit Apostolus. Nō enim hæc arrogātia est, sed fides. prædicare quod acceperis, non est superbia, sed deuotio. ergo attole oculos ad patrem, qui per lauacrum te genuit, ad patrem, qui per filium te redemit, & dic, Pater noster. bona præsumptio, sed moderata. patrem dicis, quasi filius, sed noli specialiter tibi aliquid uindicare, solius Christi est pater specialis, nobis omnibus in communi est pater: quia illum solum genuit, qui nos creauit.
- Ambros. li. de uic. panit.* a b Multi minimi, dum congregantur uani

vanimes, sunt magni: & multorum preces impossibile est contemni.

a c Despiciuntur orationes leues, diffidentes, inutiles, seculi curis anxie, plenæ & rerum corporalium implicitæ, bonorum operum fructibus infœcundæ.

Am. super psalm.

a d Egredientes de hospitio armet oratio: regredientibus de platea occurrat antefessio, nec prius corpusculum requiescat, quam animam pascat.

Hic. 7. epi.

a e Ieiunio passiones corporis, oratione pestes sanandæ sunt mentis.

Hic. super Marcum.

a f Quoties pro centum animabus psallimus, vel missa canitur, tantum prodest cuilibet quantum si pro qualibet caneretur.

Hic. 7. epi.

a g Dominus noster sciens clementiæ suæ pœdera atque mensuras, interdum non exaudit clamantem, ut eum probet, & magis prouocet ad rogandum, & quasi in igne excoctum iustiores & puriores faciat.

Hic. super Habach.

a h Lectionem frequenter interrumpat oratio, & animam iugiter adhaerentem Deo, grata vicissitudo sanctæ operationis accendat.

Hiero. ad Demetri.

a i Error fuit, quod dum viuimus, mutuo pro nobis orare possumus: postquam autem mortui fuerimus, nulli sit pro alio exaudienda oratio.

Hic. contra Vigilanti.

a k Quisquis pro aliis intercedere nititur, sibi potius ex charitate suffragatur, & pro semetipso tanto citius exaudiri meretur,

Greg. in moral.

quan.

- quantò magis deuotè pro aliis intercedit.
- Ibidem.* a l Tunc cor fiducia in oratione accipit, quum sibi vitæ prauitas nulla contradicit.
- Ibidem.* a m Omnipotens Deus sæpe eius precem in perturbatione deserit, qui præcepta illius in tranquillitate contemnit.
- Ibidem.* a n Dignum profectò est, vt ab eius beneficiis sit quisque extraneus, cuius iusionibus non vult esse subiectus.
- Grego. in pasto.* a o Talis requirendus est ad orandũ, qui sit idoneus ad placandũ: quia quum is, qui displicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur.
- Grego. in moral.* a p Ille Deo veram orationem exhibet, qui semetipsum cognoscit, quia puluis sit: humiliter videt, qui nihil sibi virtutis tribuit, qui bona quæ agit, esse de misericordia Conditoris agnoscit.
- Ibidem.* a q Virtutis pondus oratio non habet, quam nequaquam perseuerantia continui amoris tenet. Veraciter orare est, amoris in compunctione gemitus, & non composita verba resonare.
- Grego. in homil.* a r Quantò grauiori tumultu carnalium rerum premimur, tantò orationi insistere ardentius debemus.
- Grego. in homil. sup. per euan.* a s Ecce stat, qui antè transibat: quia dum adhuc turbas phârasmatũ in oratione patimur, Iesum aliquatenus trãscũtẽ sentimus.

Quum verò orationi vehementer insiti-
mus, stat leuiss, vt lumen restituat: quia Deus
in corde figitur, & lux amissa reparatur.

a r Illam orationem Deus non exaudit, *Grego. in
cui homo, quando psallit, non attendit. quada ho.*

a v Cōditoris auribus illa maximè ora- *Grego. in
tio commendatur, qua pro inimicis quo- moral.*
que intercedere nitimur.

a x Quādo fidelis, & humilis, & feruens *Bernard.*
oratio fuerit, cœlū sine dubio penetrabit.
vnde certum est, q̄ vacua redire nō possit.

a y Nemo nostrum paruipendat oratio- *Ibidem.*
nem suam: dico enim vobis, quòd ipse, ad
quem oramus, non paruipendit eam. Post-
quam egressa est ab ore nostro, ipse scribit
eam in libro suo, & vnum ex duobus indu-
bitanter sperare possumus: quoniā aut da-
bit quod petimus, aut quod nouit vtilius.

a z Pro se orare necessitas cogit: p̄ alios *Chry. sup.
autem charitas fraternitatis hortatur. dul- Matth.*
cior autem ante Deum est oratio, non quā
necessitas transmittit, sed quam charitas
fraternitatis commendat.

ba Non voce clamosa pulsandus est *Chry. sup.
Deus, sed conscientia recta placandus, quia Matth. 6.*
nō est vocis, sed cordis auditor. Orans ni-
hil nouum faciat, quod aspiciant homines,
nec voce clamet, nec manus expandat, nec
oculos tollat, vt notabilis fiat.

Dice

- Ibidem.** - b c Dicendo, Pater noster, & veniã peccatorum & pœnarum interitum, & iustificationem, & sanctificationem, & liberationem, & filiorum adoptionem, & hereditatem Dei, & fraternitatem cum unigenito copulatam, & sancti spiritus dona largissima, vno sermone significauit.
- Chry. sup.** - b e Nihil potentius homine orante.
- Matt. 18.** Qui orat cum ieiunio, duplices alas habet: nam neque oberrat, neque torquet.
- Chry. sup.** - b f Colonus Dei, concilium diaboli nõ quærit: colonus autem diaboli etsi auxilium Dei quærit, non inuenit. Vnde fur orat, vt prosperetur, & fornicator sibi crucis signum facit, vt non comprehendatur, & tantò citiùs capitur: quia nescit iustus Deus patrociniũ criminibus dare.
- Chry. sup.** - b g Consuetudo erat ei, sine eis orare, in quo docemur tẽpore orationis quærere secretum, & fugere tumultum.
- Chry. sup.** - b h Petẽtis negligentia reprehenditur, vbi de dantis misericordia non dubitatur,
- Isidor. de sãm. ben.** - b i Qui vult cũ Deo semper esse, frequẽter debet orare & legere: nã cum oramus, ipsi cum Deo loquimur: cũ verò legimus, Deus nobiscum loquitur. omnis profectus ex lectiane & meditatione procedit.
- Ibidem.** - b k Hoc est remediũ eius, qui vitiorum tentamentis æstuat, vt quoties quolibet vitio

tie tangitur, toties orationem subdat: quia frequens oratio impugnationem vitiorum extinguit.

Ibidem.

b l Quid prodest strepitus labiorū, ubi cor est mutū? Sicut enim vox sine modulatione est quasi vox porcorum, sic oratio sine devotione, est quasi mugitus boum.

b m Oratio cordis est, nō labiorū: neque enim verba deprecantis Deus intendit, sed orantis cor aspicit. Melius est cum silentio orare corde sine sono vocis, quā solis verbis, sine intuitu mentis.

Ibidem.

b n Duobus modis oratio impeditur, ne impetrare quisque valeat postulata, hoc est: si aut quisque adhuc mala cōmittit: aut si delinquenti sibi debita non dimittit.

Ibi. ca. 17.

b o Sæpe multos Deus non exaudit ad voluntatem, ut exaudiat ad salutem.

Ibidem.

b p Orationibus mūdāmur, lectionibus instruimur: vtrumque bonū est, si liceat: si nō licet vtrūq; melius est orare, q̄ legere.

Ibidē c. 8.

b q Multū iuuat orationis puritatē, si in omni loco vel tēpe nos ab actibus tēperamus illicitis: si semp ab otiosis sermocinationibus auditū pariter castigemus & linguā. quæcūq; n. sapius agere, loq̄ vel audire solemus, eadē necesse est sapius ad animū, quasi solitā ppriāq; recurrant ad sedē: & sicut volutabra sives palustria, columbæ

Bed. de tēplo Salo.

lym

lympida solent frequentare fluenta : ita cogitationes puram mentem immundæ perturbant, castam spirituales sanctificant.

*Bas. i. exa
mer. li. 9.*

b r Psalmus daemones fugat, angelos ad adiutorium salutis inuitat, scutum est in nocturnis terroribus, diurnorum requies laborum, tutela pueris, inuenibus ornamentum, solamen senibus, mulieribus aptissimus decor, desertas habitari facit vrbes, sobrietatem docet, incipientibus primum efficitur elementum, profitentibus incrementum, perfectis stabile firmamentum.

Ibidem.

b s Quomodo obtinebit quis vt in oratione sensus eius non vagerur? si certus sit ad sistere ante oculos Domini?

Ibidem.

b t Si qs intēdat ita animā suā in singula verba psalmodi, sicut gustus intētus est ad discretionē saporis ciborum, iste est qui complet, quod dicitur: psallite sapienter.

Io. Cas. in

collat. 10.

Isa. c. 10.

b v Deus in adiutoriū meū intende, Domine ad adiuuandum, &c. Huius versiculi oratio in aduersis vt eruamur, in prosperis vt seruemur, ne extollamur, incessabili iugitate fundenda est. huius igitur versiculi meditatio in tuo pectore indirupta voluat: hunc in opere quolibet siue ministerio, siue in itinere cōstitutus decantare non desinas: hunc & dormiens & reficiens & in vltimis naturæ necessitatibus meditare.

b x Socrates nihil ultra à diis immorta- *Val. Ma-*
libus petendum arbitratur, quam ut bo-
na tribuerent: quia hi demum scirent, quid
vnicuique esset utile.

b y Nō dicimus: pater meus: sed, noster: *Cy. de ora-*
nec, da mihi, sed, da nobis: quia christiani- *tion. dom.*
tatis magister noluit priuatim precem fie-
ri: ut scilicet quis pro se tantum precetur.
vnum enim orare pro omnibus voluit,
quando in vno omnes ipse portauit.

b z Ipsi est oratio perfecta, cuius & *Cas. sup.*
causa clamat, & lingua, & actus, & sermo, *psal. 16.*
& vita, & cogitatio. *Exaudi*

ca Non solum cantantes, sed etiā intel- *dom.*
ligentes psallere debemus. nemo enim sa- *Cas. sup.*
pieter quicquam facit, quod nō intelligit. *ps. Psalite*

cb Pulchrè diffinitū est psalmos esse va- *sap.*
sa veritatis, quasi spiritualia dolia, vinum *Cas. su. ps.*
Domini incorrupto sapore seruantia. *Conf. tibi*

cd Magna voce ille clamat ad Domi- *in vasis.*
num, qui quanuis lingua taceat, bonis ta- *Ibi. su. ps.*
men. operibus perseveranter clamat. *Mise. mei.*

ce Oratio posita est. p. quā ira Dei suspē- *Cas. sup.*
ditur, venia procuratur, pœna refugitur, & *psal.*
pœmiorū largitas impetratur: cū Deo lo-
quitur, cū iudice fabulatur, presentē sibi fa-
cit. quem videre non præualet. ad penetra-
lia iudicis pœator admittitur, & null^o. inde
respuitur, nisi qui in ea tepidus inuenitur.

Ibidem. c f Ipsa est suauissima virtus harmonie, quæ vox cognoscitur opibus consonare. nam si hæc duæ res discrepabili varietate discederent, nequaquam possunt psalmodiæ temperatam efficere cantilenam: nec ad aures Domini venit, quod se mutua contrarietate confundit.

Cas. super psal. 101. c g In psalmis vincitur mundus: plorando superatur diabolus: & cui nullæ cohortes ad pugnandum sufficiunt, oratione vnus pauperis inclinatur.

Ibidem. c h Virtutem sanctæ orationis intēde: quia tanto se credit celerius audiendam, quanto de imis penetralibus clamat ad Dominum.

Cas. psal. c i Psalmodia, est consolatio fletiuum, cura dolentiuum, sanitas aegrotorum, hæc animæ remediū, hæc miseriarum omnium cognoscit esse suffragium. Nam qui tali munere priuatur, ab omni beneficio consolationis excluditur.

Ibidem. c k Oratio serenat cor, abstrahit à terrenis, mundat à vitiis, subleuat ad caelestia, reddit capacius, & dignius ad accipienda bona spiritualia.

Hugo. c l Oratio est piæ mentis & humilis ad Deum conuersio, fide, spe & charitate subnixæ.

Vide est in ti. Adiutoriū. v. Angelus. f. Cōmunitas. c. Contritio. h. Diuitiæ. g. l. Eleemosyna. a. q. a. f. Exēplū. f. Ieiuniū. y. z. Labor. b. Lachryma. f. g. p. Martyrium. c. Petitio & Prædicatio. g. Remuneratio. a. Sanctitas

g. d. Satisfactio. b. d. Seruitium. f. Vo-
rum. h.

Ordo.

M Aritū duarū post baptismū matro-
narū clericū nō ordinādū: nec illū
q̄ viduā, vel repudiatā, vel meretricē in ma-
trimonio sumpsit: nec eū, qui semetipsum
quolibet corporis sui mēbro, indignatiōe
aliqua, vel iulto vel iniulto timore tūpera-
tus truncauerit: neq; illū, q̄ vsuras accepisse
cōuincit, aut ī scena luisse dignoscit: neq;
illū, qui publica pūā mortalia crīa deflet:
neque eū, q̄ per ambitionē ad imitationē
Simonis Magi pecuniā offert: neque illū,
qui aliquādo in furiā versus insaniuit, vel
afflictione diaboli vexatus est, dicimus.

Augu. de
diffinit.

b Ne hi, qui ordinati sunt pereant, pro-
uideri debet, quales ordinentur: vt aspicia-
tur, si vita eorum continens in annis plu-
rimis fuit, si studium lectionis, si eleemo-
synæ amorem habuerunt.

Greg. in
reg.

c Nullus debet ad altare accedere, nisi
cuius castitas ante susceptum ministerium
fuerit approbata.

Ibidem.

d Agnoscat vnusq; ordinē suum, & qd
dignū sit eo ordine, quē suscipit, intelligat.
& ita libret actus suos, ita etiā sermonem,
incessum quoque & habitū moderetur, vt
cū ordinis sui professione conueniat, ne
audiat dici ad se à Deo, quia propter vos

Orig. sup.
Leuiticū.

blasphematur nomen meum inter gentes.

Vide etiam in tit. Acedia. c. Sacerdotes.

a k. Simonia. c.

Ornatus.

*Augu. ad
Pofido.*

NOlo, ut de ornamentis auri vel vestitis properam habeas in prohibendo sententiam, nisi in eis, qui neque conjugati sunt, neque conjugari cupientes cogitare debent, quomodo placeant Deo.

*Augu. lib.
ser. domi.*

b Animaduertendum est non in solo rerum corporearum nitore atq; pompa, sed etiam in ipsis sordibus lutuosis esse posse iactantiam, & eò periculosiorem, quò sub nomine seruitutis Dei decipit.

Ibidem.

c Quanta amentia est, effigiem mutare naturæ, picturam quærere: tolerabiliora propèmodum in adulterio crimina sunt. ibi enim pudicitia, hic natura adulteratur.

*An. de do
ctri. Chri.*

d Neglecta mundities, & inculta vestitus, cultus ipse sine cultu.

*Augu. ad
Pofido.*

e Fucare figmentis, quò vel rubicundior appareat, adulterina fallacia est. qua non dubito ipsos maritos se nolle decipi, quibus solis permittendæ sunt fœminæ ornari: sed secundum veniã, nò secundum imperium. execrãda autè est superstitio ligaturarum quæ non ad placendum hominibus, sed ad seruiendum dæmonibus adhibetur.

*Ambro. in
xamer.*

f Deles picturam Dei mulier, si vultum tuum materiali candore oblinias, si ex-
qui

quifito rubore perfundas.

g Collū catena cōstringit:pe les cōpedes *Amb li. i.*
 includūt, nil refert an corpus auro ligetur *de virgin.*
 an ferro. Si ceruix p̄mitur, ſi grauatur in-
 ceſſus, nil precium iuuat: niſi ꝑ vos mulie-
 res eſtis miſerabiliores, q̄ qui publico iure
 dānāt. Illi optāt viuos ligari, mulier ſic or-
 nata, eſt dom⁹ omniū dæmonū infernaliū.

h Neglecta decoris cura pl⁹ placet: & hoc *Ibid. li. i.*
 ipſum, quod nos nō ornamus, ornatus eſt.

i Decor corporis nō ſit affectatus, ſed na- *Ambro. de*
 turalis, ſimplex, neglect⁹ magis quā ex- *offi. lib. i.*
 peditus, nō pretioſis & albetibus adiutus
 veſtimentis, ſed communibus, vt honeſtati
 vel neceſſitati nil deſit, nil accedat nitore.

k Veſtes pullas æquē deuita vt candidas: *Hie. i. epi.*
 ornatus & ſordes pari modo fugiēda ſunt: *ad Nepo.*
 quia alterū delitiis, alterū gloria redolet.

l Inter ſericū & linteamina, quibus tibi *Hie. i. ep.*
 videris fulgidus & formoſus, intellige te
 nudum, cōſciſſum, ſordidū, mendicantem.

m Quid dicā de his, qui ambiunt ad ſa- *Hiero. ad*
 cerdotium? quibus cura eſt, vt veſtes bene *Euflochi.*
 oleant: vt pes laxa pelle nō ſordeat: quibus
 vt crines calamistro rotentur: quibus vt di-
 giti annulis radiāt, & ſi via humidior fiat,
 vix in eam pedes veſtigia imprimant?

n Si vir vel mulier ſe ornauerit, & vul- *Hierony.*
 tus hominum ad ſe prouocauerit, & ſi nul-

lum inde sequatur damnum: iudicium tamen patietur æternum: quia venenum attulit, si fuisset qui biberet.

Grego. in homi. o Sunt nonnulli, qui cultū subtilium pretiosarūque vestiū nō putāt esse peccatū. quod videlicet si culpa non esset, nequaquam sermo Dei tam vigilanter exprimeret, quod diues, qui torquebatur apud inferos, bysso & purpura indutus fuisset.

Gre. ibid. p Quod pro sola inani gloria vestimentum pretiosius quæritur, res ipsa testatur: quia nemo vult ibi pretiosis vestibus indui, vbi ab aliis non possit videri.

Bern. super Misericordias eius est. q Quid de habitu dicā? quo iā nō calor sed color requirit: magisq; cultui vestiū q̄ virtutū insistitur: pudet dicere. vincuntur in suo studio mulierculæ, q̄n à monachis pretium affectatur in vestibus, non necessitas.

Bernard. in apole. r Vanū cor, vanitatis notitiā ingerit corpori. Exterior enim superfluitas interioris vanitatis indicium est. Mollia indumenta, animi molliciem indicant. non tantum curaretur corporis cultus, nisi prius neglecta fuisset mens inculta virtutibus.

Chri. super Matth. s Quid autē? ab arte calceorū & textorū multa abscindere oportet. Etenim ad luxuriam deduxerunt necessitatem eius, corrumpentes artem malæ arti commiscētes.

Cyp. in li. t Nō virgines tantum aut viduas, sed & nup

nuptas puta, & omnes omnino fœminas *de habitu*
admonendas, quòd opus Dei & facturam *virginũ.*
eius, & plasma adulterare nullo modo de-
beât, adhibito flauo colore vel nigro, pulue-
re vel rubore, aut quomodolibet liniamē-
ta natiua corrumpente medicamine. & sub-
dit, manus Deo inferūt: qñ illud, quod ille
formauit, reformare contendunt.

v Serico & purpura indutæ, Christum *Cypri. ibi.*
sincere induere non possunt: auro & mar-
garitis adornatæ & monilibus, ornamen-
ta mentis & corporis perdidierunt.

x Superbus autem vt magnificus videat- *Im. de vi*
tur, satagit vestiri duplicibus, indui molli- *litate cõ-*
bus, pretiosis ornari: sed quid aliud est, ô ho- *d. huma-*
mo, pretiosior ornatus, quàm sepulcrum fo- *na.*
ris dealbarum, intus autem spurcitia? Hya-
cinthus, purpura, & crocus & byssus in li-
mo putrescunt: aurum & argentum, lapi-
des & gemmæ in luto sordescunt. Digni-
tas & potestas in puluere, honor & gloria
malè sedent in cinere.

y Artificialis species superducitur, & fa- *Ibidem.*
cies obducitur naturalis, tanquam homi-
nis artificium artem superet creatoris.

z Absit vt adulterinus color cõparabi- *Im. ibid.*
lis sit natiuo. Quinimo quum facies adul-
terino colore fucatur, os abominabili fœ-
tore corrumpitur. Vniuersa vanitas omnis

homo viuens. *Isaias.* Quid enim vanius quàm crines pectere, planare cæsarië, tingere genas, ungere faciem, producere supercilia: quandoquidem vana sit gloria & vana pulchritudo, omnis caro fœnum, & omnis gloria eius tanquam flos agri.

Tullius. a b In cultu obseruādū est, quod à forma remoueatur oīs viro non dignus ornatus.

Ibidem. a c Adhibēda est autē mūditiā nō odiosa, neq; exquisita nimis, tantūmque fugiat agrestem & inhumanam negligentiam.

Se. 81. epi. a d Omnium istarū pulchritudinem contemnes, si expoliaueris. Equum empturus, solui iubes stratū: detrahis vestimenta venalibus, ne qua vitia corporis lateant. ornamenta ipsa emētibus suspecta sunt. siue crus, siue brachiū aspiceres alligatum, nudari iuberis, & ipsum corpus ostendi. Mulierem inuolutā æstimas: si vis illam æstimare, totāque scire qualis sit, fasciā solue: multum mali sub illa latec.

Sen. lib. de moribus. a e Adolescens si fœmineis ornamentis te ornaueris, iniuriam facere cogitas.

Vide etiam in tit. Gloria vana. a i. Homo. k. m. Hypocrisis. b. d. Religio. a m. Virginitas. e.

Patientia.

Aug. 1. ep. ad Probā. a **P**erfacile est vestem contemptā habere, inclinato capite incedere, velū super capillos demittere: sed verū humilem

sem patientia ostendit iniuriæ.

b Virtus animi, quæ patientia dicitur, tã magnũ Dei donum est, vt etiam ipsius, qui nobis eam largitur, patientia prædicetur. *Aug. i lib. de patientia.*

c Omnes iniquitates, quæ sunt in terra ad tẽpus, oēs felicitates hominũ malorũ, oēs labores iustorum, meditati die ac nocte legẽ Dei, nulli sunt, & tollerant omnia. *Augu. sup psal. 93.*

d Fili si ploras, piẽ plora: noli cũ indignatione, nolli cũ typo superbix. Vnde planctus quod pateris, medicina est, non pœna: castigatio, non dãnatio. Noli repellere flagellum, si non vis repelli ab hæreditate. noli attẽdere, quam pœnam habeas in flagello, sed quem locum in testamento. *Augu. sup psal. 99.*

e Illud est magnificũ, si subiectus cõtumeliis iudiciũ Dei laudes: si vexatus egritudine, iudicio Dei deputes: si te inopia p̃mit, nõ reuocet, quo minus laudes iustitiã Dei. *Ambr. sup Beati immaculati.*

f Nullus perfectus est, qui inter mala proximorum patiẽs non est. Qui enim æquanimitè aliena mala non tolerat, ipse sibi per impatientiam testis est, quia ab omni plenitudine longè distat. Abel quippe re- *Grego. in mor. sup illud. Fra ter fuidra conum.*

nuit esse, quem Cain malitia non exercet. Sicut in tritura palææ grana premũtur: sic flores inter spinas prodeũt, & rosa quæ redolet, crescit cum spina, quæ pungit.

g Patiẽtia vera ipsum amat, quem portat: *Greg. sup Exo. ho. 7.*

nam tolerasse & odisse, nō est virtus mansuetudinis, sed velamentum furoris.

*Greg. sup
euangelia
homi. 35.* h Doctrina viri per patiētiā noscitur. Tāto ergo quisq; minus ostēditur doctus, quāto cōuincitur min^o patiēs. Nec em̄ potest veraciter bona docendo impēdere, si viuēdo æquanimiter nesciat mala tolerare.

Gre. i mo. i Si mēs forti intētiōe in Deū dirigitur, quicquid in hac vita sibi amarū fit, dulce estimat: omne, quod affligit, requiem putat.

*Greg. sup
Ezech.* k Donis suis Deus flagella permiscet, vt nobis omne, quod nos in seculo delectabat, amarescat, & illud incendium surgat in animo, quod nos semper ad cœleste desiderium inquietet & excitet, atque vt ita dicā, delectabiliter mordax, suauiter cruciet, hilariter contristet.

Gr. i mor. i Postquam non abstulit, nisi quod dedit, sua recepit, non nostra abstulit.

Gre. ibid. m Beatus Iob quot voces patientiæ in laudē Dei percussus reddidit, quasi tot in aduersarij pectore iacula intorsit, & aciora multò, quàm sustinuit, infixit.

n In hoc mēs iusta ab iniusta discernit, quia iusta omnipotentis Dei laudē inter aduersa cōfiteretur, quòd nō cū rebus frāgitur, quòd nō casu gloriæ exterioris cadit.

*Gre. super
Ezech.* o Nulla sunt bona quæ agimus, si non æquanimiter proximorū mala toleramus.

p Patientia est, aliena mala æquanimi- *Gre. Tho.*
ter perpeti, contra eum quoque, qui mala *super euã.*
interrogat, nullo dolore morderi.

q Tribus modis virtus paciẽtiæ exerceri *Quum an*
solet. Alia nãque sunt, quæ à Deo: alia quæ *dier. plia.*
ab antiquo aduersario: alia quæ à proximo *Gre. super*
sustinemus. à proximo nãq; persecutiões, *Ezechiel.*
dãna, & cõrumelias sustinemus: ab antiquo *ho. 7.*

aduersario tẽtamẽta: à Deo autem flagella
toleramus. Sed in his omnibus modis vigi
lãti oculo semetipsam debet mēs circũspi
cere, ne cõtra mala proximi pertrahatur ad
retributionẽ mali, ne contra tẽtamẽta ad
uersarij seducatur ad delectationẽ vel con
sensum delicti, ne contra flagella Opificis
prorumpat ad excessum murmurationis.

r Sæpe hostis callidus, quũ imparatã mẽ
tẽ ad tollerantiã videt, quid ab ea maxime
diligatur, exquirat: & ibi scandali laqueos
inserat, vt quò magis res quæque diligitur,
cò per eam facilius patientia turbetur.

s Nunquàm est paciẽtiæ virtus in pro
speris. Ille verò patiens est, qui & aduersis
conteritur, & tamen à specie suã rectitu
dinis non curuatur.

t Qui à statu paciẽtiæ ante linguarum *Ibidem.*
vulnera corruit, ipse sibi testis est, quòd cõ
tra manifestæ gladios persecutionis non
peristeret.

Gre. epaf. v Qui non tam, quæ ab altero tolleratur, quàm quæ ab ipso tolerantur, attendat: si tantum sua, quæ portantur considerat, ea quæ ab altero inferuntur, leuius sustinet.

Ibidem. x Impatientes dū perturbationi suæ minime obistunt, etiã quæ à se tranquilla mente fuerant bene gesta, confundunt, & improviso impulsu destruunt, quicquid forsitan diu labore prouido cōstruxerunt.

Ibidem. y Ipsa, quæ mater est omnium custòsq; virtutum, per impatientiæ vitium virtus charitatis amittitur.

Gre. i. ho. sup. euag. Quum au. dieritis. z Plerūq; ideò patiētes videmur, quia retribuere mala non possumus: sed q̄ idcirco malū non retribuit, quia nequaquā valet, proculdubio patiens nō est: quia patientia non in ostensione inquitur, sed in corde.

Gre. ibid. a b Non est perfectè bonus, nisi qui fuerit etiam cū malis bonus. bonus enim non fuit, qui malos tolerare recusauit.

Ber. 2. de cōsido. ad Eugenii. a c Non bona patientia est, cū possis esse liber, seruum te permittere fieri. vera patientia est, pati vel agere contra quod libeat, sed non præter quod liceat.

Berna. in quodã sermo. ad Paupertatē æquo animo ferre, virtus patientiæ est: spōte appetere, sapientiæ laus est. Sūt q̄ pauperes esse volūt, eo tamē pacto, vt nihil eis desit, & sic diligūt paupertatē, vt nullā patiātur inopiã. Sunt & alij mi-
res

tes, sed quādiu dicitur, vel agitur nisi pro
eorum arbitrio: sed quā longē sunt à pa-
tientia, apparet, si leuis oriatur occasio.

a e Prim^{us} gradus patientiæ est, nō incipe-
re iniustitiā. Secūdus, postquā inceptū est,
æqualibus non vindicari. Tertius est, nō fa-
cere vexāti ea, quæ passus es, sed quiescere.
Quartus, tribuere seipsum in patiēdo ma-
la. Quintus est, amplius tribuere ille vult
qui fecit. Sextus, non odio habere qui ope-
ratur hæc. Septimus, diligere. Octauus, be-
neficere. Nonus, Deū pro ipso deprecari.

*Chryf. sup
illud Mat.
5. Audistis
qui dicit
est anti-
quis, ocu-
lū pro oculo.*

a f Nihil ita cōfusionē facit gerētī mala,
sicut fortis tolerantia patientis, & neq; in
verbo neq; in opere reddere vindictam.

*Chry. sup
epi. ad He-
br. ser. 30.*

a g O tu qui reus es, nōlli exiliū tuū cū
mœrore suscipere. Non enim mereberis
misericordiam, si irasceris ad poenā: qn po-
tius intelliges te dignū eis, quæ pateris, &
quum te humiliaueris atq; dixeris, iustū de
te factū iudicium, forsitan misericordiam
consequēris ab eo, qui potest post damna-
tionem ad pristinū te statum reuocare.

*Orig. sup
Ezec. ho-
10.*

a h Qui cū omni humilitate, siue dignē
siue indignē depositi sunt, Deo iudicium
derelinquunt, & patienter sustinent, quod
de se iudicatū est: isti & à Deo misericor-
diam consequentur, & frequēter etiam ab
hominibus reuocantur ad pristinum gra-
dum

Ori. ibid.

dum, & ad gloriam, quam amiserant.

Hug. li. 3. de anima. a i Magna virtus est, si non lædas, à quo lætus: magna est gloria, si cui nocere potuisti parcas. Nobile vindictæ genus est, ignoscere victo.

Hug. i li. de claustr. anim. a k impatientia est, impetuofum animi motum non refrænare.

Cas. super psal. a l Patientia est honestatis aut vtilitatis causa rerum arduarum ac difacilium voluntaria atque diuturna perpessio.

Ibidem. a m Patientia religiosi viri, est laborum ac dolorum omnium spe futurarum rerû, & amore Domini grata tollerantia.

Cas. ibid. a n Patiëntia est, quæ omnia vincit aduersa non colluctâdo, sed sufferêdo, non murmurando, sed gratias agendo. ipsa est, quæ faciem totius voluptatis abstergit: ipsa est, quælympilas animas Deo reddit.

Cas. super psal. Ego autem t. i. quæ surd. a o Nihil potest esse forti⁹, nihil egregi⁹, quæ audire noxia, & nō respōdere contraria.

Cas. super psal. Opp. hominû. a p Ouis, quia nō habet arma resultationis, raptoribus suis p̄batur esse tenibilis.

Cas. super psal. Volûntariè sacri ficabo tibi. non enim aut cornu valet, aut dente contendit, aut fuga præsumit, sed manibus latronis patienter acquiescit, dum nulla se relictatione defendit, sic famuli Christi.

Tul. i rhe. a q Voluntariè Deo sacrificât, qui inter angustias passionû iugiter gratias agunt.

Tul. i rhe. a r Patiëntia est virt⁹ contumeliarû, & ois aduersitatis impet⁹ æquanimiter portans.

a 9 Acquiescit se in aduersis gerere, quid Val Max
aliud est, quam sauientem fortunã in ad- li. 3. de mo
iutorium sui pudore victam conuertere? mo. dictis.

at Tarētius intuens villicum suum ma Val ibid.
le meritum, Sumpsissem, inquit, suppliciũ, lib. 4.
nisi tibi iratus essem. Maluit impunitum

relinquere, quã per iram amplius iusto
punire, nimis liberalis Tarentini Archy-
tæ moderatio, quia alium, quem potius ca-
stigare, iuenerat, id est seipsum.

a v Nihil impatientius imperitia, quæ Sen. 7. epi.
rationes audire dedignatur.

a x Feras, nō culpes, quæ mutari nō potest. Seneca in
a y Libenter feras, quod necesse est. proverb.

ba Xenophō maledicēti sibi cuidã, Tu, Seneca de
inquit, maledicere didicisti: ego conscien- moribus.
tia teste didici maledicta contemnere. In prou.

bc Tacitus in senatu Lucio Metello ma- philosoph.
ledicenti sibi, Facile est, inquit, in me dice Ibidem.
re: quia ego responsurus non sum: potētia
ergo tua, non mea accusanda est patiētia.

bd Diogenes cum illi dixisset quidam, Ibidem.
vituperant te multi: Oportet, inquit, sapiē-
tiam ab insipientibus ferri. esse meliorē
indicat lingua, quem carpit.

Vide etiã in ti. Cōsolatio. h. i. k. Cōuitiũ.
h. m. n. Correctio. b. p. Cupiditas. m. Detra-
ctio. a. k. Doctrina. n. Dolor. b. k. Fortitu-
do. z. a. b. Humilitas. h. Iniuria. e. f. g. h. l.

Ira.g.k.a.e.a.m.a.r.Iustitia.p.Magnanimitas.e.r.Mansuetudo.h.i.p.Martiriū.d.e.f.Murmur.f.Passio.x.Reuerentia.a.Societas.c.Tribulatio.a.b.p.z.a.g.Virtus.a.s.Vita.m.n.q.Voluntas.a.h. *Parentes.*

Augus. in quodā ser. Ambr. de offi.

a **A** Mandus est generator, sed praeposendus est Creator.

Ambr. sup Luc. am.

b Sit approbāda liberalitas: vt, pximos feminis tui non despicias, si egere cognoscas, non tamen vt illi ditiores fieri velint ex eo, quod tu potes conferre inopibus.

Ambr. sup illud Mat.

c Nō iniuriose negligit matrem, nec mater negatur, quæ de cruce etiā agnoscitur. Religiosiores mōstrātur copulæ mentium quam corporum, & corporali necessitati præscriptorū cœlestiū forma præfertur.

19. Honora patrē.

d Primus gradus pietatis est iste, vt quos auctores tibi voluit esse Deus, honores obsequiis, abstineas contumeliis: nec vultu lædenda est pietas parentum.

Hic. tra. Etās. illud

Honora patrē.

e Meretur cæcitatē suæ subire supplicium, qui parentum vultus toruo visu despexerit, & elatis oculis læserit pietatem.

Omatriē. Hic. super illud. Ho-

nora pa-

g Si te caro à patre separat, tandiu no- scas carnis copulam, quandiu ille suum no- uerit Creatorem.

Hiéro. sup illud. Di-

mitte mor-

h Ob amorem Christi omittenda est sepultura patris, post cuius amorem nullus relinquitur inhumatus.

uos, sepe.

i Gladium tenet hostis, vt me perimat, & ego de matris lachrymis cogitabo. *Hie. i. epl. ad Helio.*

k Si necessitas venerit, vt amor parētum sue filiorum amori Dei cōparetur, & non possit utrūque seruari, odium in suos, pietas in Deum seruanda est. *Hie. super ill. Mat. 10. Qui amat patrē aut mat.*

l Diligamus illos, qui nobis cognatione coniuncti sunt, & quos proximos nouimus diligamus, & quos aduersarios in via Dei cōpatimur, odiēdo & fugiēdo nesciamus. *Grego. in quadā ho. super euāgelia.*

m Fili, vinū nō habent. Quid mihi & tibi est mulier? Vt quid, fratres, sic respondit Christus? vtiq; propter nos: vt conuersos ad Deū iam nō sollicitet carnaliū cura paren- *Ber. super canti. ser. 28.*

tū: & necessitudines illę nō impediāt exercitiū spirituale. *Chry. sup ill. Mat. 10. Qui a mat patrē & matrē & c.*

Quandiu enim de mundo sumus, debitores nos cōstat esse parentū, at postquā reliquim⁹ nosmetipsos, multō magis ab eorum sollicitudine liberi sumus. *Chry. sup ill. Mat. 10. Qui a mat patrē & matrē & c.*

n Non licet simpliciter odio habere parentes, sed si voluerint plus diligi, in hoc odio habeantur. *Chry. sup ill. Mat. 12. Ecce mater eius.*

o Dum Christus persuaderet populo, qd esset filius Dei, diabolus procurauit aduentū matris, vt turbæ videntes parētes carnales, diuinitatis eius obscuraret naturam. *Chry. sup ill. Mulier ecce filius tu⁹, & c.*

p Docet nos Christus vsq; ad vltimā respiciationē, parētū diligētiā habere: quia enim aliis mulieribus adstātibus nihil dixit: do-

cer nos plus aliquid impendere parētibus.

Chry. sup. illud Mat. 19. Relinquet homo. &c. q Quod enim est in herbis, aut in arboribus humor, hoc est in hominibus amor. Si-
cut enim herbae ex humore nascuntur & crescunt: sic homines per amorem incipiūt & augētur. Humor quidē de radicibus ascēdit in herbā: de herba autem nō reuertitur ad radices, sed sursum transmittitur in semen: sic & amor de parentibus ascendit in filios, de filiis autē nō reuertitur ad parentes. ideo parētes quidem diligūt, sed nō sic diliguntur à filiis. quia sicut herba nō deorsum, sed sursum ad semen transmittit humorem: sic & homo nō ad parentes, sed ad procreandos filios transmittit affectum.

Beda sup. il. mat. 19. Ecce mater tua. r Viscus amor possessionis, affectus cognitionis, cupiditas honoris, voluptas carnis, quibus anima irretitur, ne pennis cōtēplationis per plateas Ierusalem currere possit.

Cas. sup. illud psal. Iniquos odio &c. s Filios & parentes si aduersi sunt, alienata debemus volūtate contēnere. Sepe enim quos flamma nō terruit, quos ferrū nō subdidit, necessitudinū blandimēta flexerunt.

Cassian. in quodā epist. r Quem alienum tibi fidum inuenies, si tuus hostis fueris? Qui fallere audebit parentes, qualis erit in ceteros?

Pet. Rau. in quodā sermo. v Auelle à Sole Solis radium, & nō lucet: riuum à fonte, & arescit: ramū ab arbore, & exiccatur: membrū à corpore, & putrescit:

sepa

separa filiū à deuotione paterna, & iam nō
 est filius, sed frater & collega illorū de qui-
 bus dicitur: Vos ex patre diabolo estis..

x Iustissimè quadam pari vidicta paren- *Val. lib. 1.*
 tum ac Deorum violatio expianda est.

y Decius imperator cūm Deciū filiū suū *Val. max.*
 imperiali diademate pponeret insigniri, *lib. 4.*

requit filius, dicēs: Vereor ne si siā impera-
 tor, dediscam esse filius. Malo nō esse impe-
 rator, sed humilis filius quā̄m imperator &
 filius indeuotus. Imperet pater meus: meū
 imperium sit, parēre humiliter imperāti.
 Nā parētū affectū exuit, qui mole superpo-
 sita filium extinguit. Prius enim alendi &
 nutriendi sunt pueri, & quū̄ præcellerint,
 quos præcedere debent, inuitè ascendant.

z Surdū te parētibus tuis præsta: bono aīo *Sen. 31. ep.*
 male precātur: & si vis esse felix, ora Deos,
 nequid tibi ex his, quæ optantur veniat.
 Non sunt bona, quæ in te congeri volunt.

a c Iam non admiror, si omnia nos à pri- *Sene. ibid.*
 ma pueritia mala sequantur. inter execra-
 tiones parentum creuimus, exaudiunt dij
 quoque nostrā pro nobis vocē gratuitam. *Senec. 32.*

ad Cōtemptum tibi omnium opto, quo- *epist.*
 rum tibi parentes copiam optauerunt. *Socrates. 1.*

a e Iratus filio ipse te coërce pater, filio *proverbis*
 modesto nunquā̄m graue est, quod pater *philoso-*
 iubet impossibile. *phorum.*

Vide etiã in tit. Amicitia, b o. Coniugiũ
 e. Correctio, z. Dilectio, g. h. Gloria bona,
 h. Liberalitas, i. Monachus, k. z. Relinque-
 re, g. l. Sapientia, v. Virtus, d.

Passio.

*Aug. in
 lib. de vir-
 ginitate.*

a **I**nspice vulnera pendentis, sanguinẽ
 morietis, pretiũ redimentis, cicatri-
 ces resurgentis. caput habet inclinatum ad
 osculandũ, cor apertum ad diligendũ, bra-
 chia extẽsa ad amplexandũ, totum corpus
 expositum ad redimendũ. Hęc quanta sint
 cogitate: hęc in statera vestri cordis appen-
 dite, vt totus vobis figatur in corde, qui to-
 tus pro nobis fixus fuit in cruce.

*Aug. in
 sermo.*

b Multos filios Deus fecit, vnicus filius
 Dei emit sibi fratres sanguine suo, proba-
 tus, reprobatus, redemit venditus, honora-
 uit iniuriatus, viuificauit occisus, venditis
 rebus nostris nullum maius earũ pretium
 accipimus, quã nos ipsos: quia talibus im-
 plicati, nostri non eramus.

Aug. in li.

c Fusus est sanguis medici, & factum est
 cõtra quẽ medicamentum phrenetici.

*que here-
 ses.*

d Filius Dei ad crucem ducitur: expalma-
 tur, qui est vera palma victorię: spinis co-
 ronatur, qui peccatorũ spinas venit cõfi-
 gere: ligat, q̄ soluit cõpeditos: ligno suspen-
 ditur, q̄ e. igit elisos: aceto potatur fons vi-
 ritatis: disciplina ceditur, salus vulneratur: vita

*Aug. in li.
 de octo
 virt. cha-
 ritatis.*

morit

mortitur. Occidit ad tempus vitam mors,
vt in perpetuum à vita occideretur mors.

e Nulla res officiorum laborem ad por- *Augu. de*
tanda onera aliorum facit libenter impen- *verbis do-*
di, nisi quum cogitamus, quanta pro nobis *postol.*
pertulit Dominus.

f Homo factus est hoīs factor, vt suggeret *Augu. in*
vbera regens sydera, vt esuriret panis, vt si- *ser de nau-*
taret fons, dormiret lux, ab itinere via fati- *tali domi-*
garetur, falsis testibus veritas occultaretur, *ni.*
iudex viuorū & mortuorum à iudice mor-
tali iudicaretur, ab iniustis iustitia damna-
retur, flagellis disciplina cæderetur, spi-
nis botus coronaretur, in ligno fundamē-
tum suspēderetur, virtus infirmaretur, salus
vulneraretur, vita moretur.

g Congruit nostræ deuotioni, vt qui do- *Augu. in*
mini crucifixi passionem celebraturi su- *sermo. de*
mus, reprimendarum carnalium volupta- *quadra-*
tum crucem nobis ipsi etiam faciamus. *gesti.*

h Quē vis cōtēnere, preiū ei⁹ attēde, & *Augu. de*
cū morte Christi totū mundum appende- *verbis do-*

i O munde immunde, venit, qui te rede- *mini.*
mit, & turbaris? & tunc vis eum perdere, *Aug. 2. li.*
quando ille te disposuit liberare? *de summo*

k Fratres, vt à peccato sanemur, Christū *bono.*
crucifixum intueamur. quomodo qui intue *Angu. sue*
bantur serpētē æneū in deserto, nō peribāt *per Ioan.*
morsibus serpentum: sic qui intuentur fide

Xpi mortē, sicut moribus peccatorum.

Amb. sup. beati im- maculati. I Noli tantum amittere beneficium, & homo propterea Christus dānationi mortis se subdidit, vt te à iugo damnationis erueret: Ille suscepit mortis seruitutem, vt tibi tribueret vitæ aternæ libertatem.

Amb. sup. illud Mat. 26. Cum gladiis et fustibus. m Stultum est cū gladiis quærere eū, qui vtrò se offert: & in nocte per proditorem inuestigare quasi latentem, qui quotidie in templo docet: sed factū congruit tēpori, & personis: quia cū essent tenebrę, in tenebroso tempore tenebrosum opus exercebant.

Am. 7 quo dam ser. n Autor pietatis in cruce pendens testamentum cōdidit, singulis pietatis opera distribuens, apostolis persecutionem, Iudæis corpus, patri spiritum, Virgini paranympum, latroni paradisum, peccatori infernum, Christianis pœnitentibus crucem.

Amb. sup. illud mat. 27. Si rex Israël es, o Ostulte & cæce grex sacerdotum, nunquid impossibile erat ei de paruo stipite ligni descēdere, qui descēdit à cœlorū altitudine? Nūquid tua vincula possent illum redescendere, quem cœli non possunt capere? Non venit vt se liberaret, qui sub seruitute non erat, sed vt nos de seruitute redimeret.

Amb. sup. Luc. am. p Doles Dñe non tua vulnera, sed mea, nō tuā mortē, sed nostram infirmitatem.

Hic. super illud mat. q Fraudulenta sacerdotū promissio, maius fecit: surgit de sepulchro, & non cre-
tis

tis, nec si de cruce descenderet, crederetis. 27. Descendit
 r Omnis creatura cōpatitur Christo mo- *dat de cru-*
 rienti, Sol obscuratur, terra mouetur, petreæ & cre-
 scinduntur, velum templi diuiditur, sepul- *Ec.*
 chra aperiuntur: solus miser homo nō com *Hie. super*
 patitur, pro quo solo Christus patitur. *Matth*
 t Conspui voluit, vt nos lauaret: velari vo- *Hie. i quo*
 luit, vt velamen culpæ & ignorantie à cor- *dam ser.*
 dibus nostris auferret: in capite percuti, vt
 caput nostrum, id est Adam sanitati resti-
 tueret: colaphis cadi, & verbis derideri, vt
 nos ei labiis & manibus, id est verbis &
 operibus applaudamus.

t Traditus est Iesus militibus verberan- *Hie. super*
 dus, & illud sacratissimū corpus pectūsque *Matth. in*
 Dei capax flagella consumpserunt. *sine.*

v Cumenim posset nobis etiam non mo *Greg. lib.*
 riendo succurrere, voluit tamē hominibus *mora.*
 moriēdo subuenire: quia nos videlicet mi-
 nus amasset, nec vim suæ dilectionis nobis
 ostenderet, nisi hoc, quod à nobis tolleret,
 ad tempus ipse sustineret.

x Nihil adeo graue, quod non equanimi- *Gre. i qua*
 ter toleretur, si Christi passio ad memoriā *dam epi.*
 reducatur.

y Tantò De⁹ ab hoībus digni⁹ honoran- *Ibidem.*
 dus est, quātò pro hoībus indigna suscepit.

z Caput angelicis tremebūdū spiritibus *Ber. i quo*
 densitate spinarum pūgitur: facies pulchra *dam ser.*

præ filiis hominum sputis Iudæorum deturpatur: oculi lucidiores Sole caligantur in morte: aures, quæ audiunt angelicos cantus, audiunt peccatorum insultus: os, quod docet angelos, felle & aceto potatur: pedes quorum scabellum adoratur, cruci clauis affiguntur: manus, quæ formauerunt cælos, sunt in cruce extensæ & clauis affixæ: corpus verberatur: latus lancea perforatur: & quid plura? non remansit in eo nisi lingua, ut pro peccatoribus oraret, & matrem discipulo commendaret.

*Ber. super
ant. ser.* a b Passio tua Domine Iesu vltimum est refugium, singulare remediũ deficiente sapientia, iustitia non sufficiente, sanctitatis succumbentibus meritis, illa succurrit. quũ tamẽ defecerit virtus mea, nõ cõturbabor, non diffido: scio, quid faciã, calicẽ salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo.

*Ber. super
ant. ser.
62.* a c Quid tam efficax ad curãdũ cõsciẽtiæ vulnera, nec nõ ad purgandã aciem mentis, quàm Christi vulnere sedula meditatio?

*Berna. in
ser. feria
quarta
dominica
palmarũ.* a d In passione Dñi tria specialiter cõuenit intueri, opº, modũ, cãm. Nã in ope quidẽ patiẽtia, in modo humilitas, in cã charitas cõmendatur. patiẽtia singularis, humilitas admirabilis, sed charitas inestimabilis,

Bernard. a e Pater ignosce eis, quia nesciunt quid faciunt: Christus flagellis cæsus, spinis co-

ronatus, clavis confossus, patibulo affixus,
opprobriis laturatus, omnium tamē dolo-
ru immemor, ait, Ignosce illis. Hinc mul-
te miserie corporis, hinc dolores, hinc mi-
serationes, hinc oleum exultationis, hinc
gutta sanguinis decurrentis in terram.

a f Quam dulciter Domine Iesu cum ho- *Bernard.*
minibus conuersatus es! quam abundan-
ter multa & magna bona hominibus lar-
gitus es! quā fortiter tam indigna, tam aspe-
ra & dura pro hoībus passus es! dura ver-
ba, duriora verbera, durissima supplicia.

ag O duri & indurati & obdurati filij *Ibidem.*
Adam, quos non emollit tanta flamma, tan-
ta benignitas, tam ingens ardor amoris,
tam vehemens amator: qui pro vilibus sar-
cinulis tam pretiosas merces expendit!

a h O bone Iesu quid tibi est? Mori nos *Ber. i quo*
debuimus, & tu soluis? nos peccauimus, *dam ser.*
& tu luis? opus sine exemplo, gratia sine
merito, charitas sine modo.

a i Nonne satis propter te vulneratus *Ibidem.*
sum? nunquid pro iniquitate tua afflictus
sum? Cur addis afflictionem afflicto? Ma-
gis aggrauant me vulnera peccati tui, quā
vulnera corporis mei.

a k Scio. quod merita mea mihi non suf- *Ber. i quo*
ficiunt: quod mihi deest, audacter vsurpo *dam ser.*
ex visceribus Christi, quæ misericordia

affluunt, nec desunt foramina per quæ defluât. Patet enim arcuū cordis per toramina corporis: patēt viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos oriēs ex alto.

Bernard.

a l Dilexit nos Deus dulciter, sapienter, fortiter: dulciter nepe dixerim, quæ carnem induit: sapienter, quæ culpā vitauit: fortiter, quæ mortem sustinuit: sed super oīa reddit te mihi amabilē bone Iesu calix, quē bibisti opus nostræ redemptionis. hoc enim oīno amorē nostrum sibi vēdicat: hoc inquā nostrā deuotionē blandiūs allicit, iustiūs exigit, arctiūs stringit, & vehementiūs afficit.

*Ber. 2^o per-
sona domi-
ni in quo-
dam ser.*

a m O homo, vide quæ pro te patior. Nō est dolor sicut quo crucior: ad te clamo, qui pro te morior. Vide pœnas, quibus afficio: vide clauos, quibus cōfodior: cū sit dolor tantus exterior, interior est planctus grauior, quum te tam ingratum experior.

*Chry. sup.
per Matt.
3. c.*

a n Verè deserta erat Iudæa: vacua iustitia, plena peccatis, quā Deus plātauerat, oēs prophetae coluerant. Illa autem nullum fructum produxit, nisi spinas acerrimas, quibus Dominum suum coronauit.

*Chry. sup.
Matth. c.
27.*

a o Quæ nobis erit contumelia, postquā Christus hæc passus est? neque enim vna particula, sed totū corpus iniurias patiebatur. caput per coronam: manus per arundinem: os per acerum: facies inspuēbatur: genæ

na velabantur, & tandem totum corpus in
cruce extenditur & perforatur.

a p Si passio Redemptoris ad memoriã *Isi. defunõ*
re lucitur, nihil tam durũ est, quod nõ equo *mo bono.*
animo toleretur. Parua enim toleramus, si
recordemur, quid biberit ad patibulũ, qui
nos intitat ad cœlũ. Ille enim opprobria,
irritiones, cõtumelias, alapas, spura, flagel-
la, spineã coronam crucẽmque sustinuit, &
nos miseri ad nostrã confusionem vno ser-
mone fatigamur, vno verbo deiicimur?

a q Magna misericordia, vt Dominus *Cas. super*
mundi acciperet formã serui, panis esuri- *il. psal. Ma*
ret, fons sitiret, lux obscuraretur, virtus in- *gna mise-*
firmaretur, vita moreretur, Redemptor vẽ- *ricord. do.*
deretur, vt homo venditus redimeretur.

a r Vbi princeps tanta afflictione plãge- *Cas. super*
bat: quis illo flente nõ fleret? quis illo do- *psal. 50.*
lente non gemeret, quando pro geminato
diademate rex cinerem gestabat in capite,
canus puluere, non atate?

a s Christus in die crucifixionis suæ sic *Cas. super*
obũbratur, atq; defensus est, vt nec animus *illud psal.*
eius cõfusionem aliquã pateretur, nec caro *Obumbra*
ipius corruptionis iniuriã sustineret. Bene *sti caput*
diffinita est passio Domini, dies belli, scili- *meum in*
cet, quãdo diabolo victo infernorum clau- *die bel.*
stra dirupta sunt, captiui liberari sunt. *Leo pap. 2*

a t Effusio pro iniustis, sanguinis iusti tã *ser. 7. mē.*

poten

potens fuit ad priuilegium, tam diues ad pretium, vt si vniuersitas captiuorum in redemptorem suum crederet, nullum tyrannica vincula retinerent.

Anselm. a v Quid fecisti dulcissime puer, vt sic iudicareris? Quid cōmisiſti ò amantissime iuuenis, vt tā viliter tractareris? Quod scelus tuum? quæ noxa tua? quæ causa mortis? quæ occasio dānationis? Ego sum tui causa doloris, tuæ culpa occisionis. Ego tuæ passionis liuor, tui cruciatus labor, tuæ viæ meritum, tuæ vindictæ flagitium.

Vide ēt in ti. Ascēſio. k. l. Crux. Humilitas. b. Incarnatio i k. Proditio. a. b. Resurrectio. c. Tribulatio. a. r. Christus. a b. h.

Patria.

An. sup. il. a **C**Vi peregrinatio dulcis est, nō amat
ps. In die patriam. Si dulcis est patria, amara
tribulati. est peregrinatio: tota die tribulatio, quan-
m. clam. do in patria non est delectatio.

et c. b Odit valde patriam, qui sibi bene pu-
Aug. sup. tat quum peregrinatur.

psal. 93. c Non solū Dominus & caput prophe-
Bed. super tarum, qui à Moysē propheta nominatur,
ill. Luc. 4. sed Elias & cæteri prophætæ minùs in pa-
Nemo pro tria, quā in cæteris ciuitatibus sunt hono-
phæta in rati: quia propemodum naturale est. ciues
patria. ciuibus inuidere. non enim considerant
sua. præsentia viri opera, nō virtutem, sed fra-
gilis

gilis recordantur infantibus: quasi non & ipsi per eos leuæ ætatis gradus ad maturam ætatem peruenerint.

d Nimis dulcis est recordatio patriæ, *Cas. s. ill.* quæ in hostili terra probatur existere: nam *ps. Super* quanto hæc amara sentitur, tanto fit illa *flumi. Ba-* suauior. de loco enim peregrinationis, pro *bylon.* prii domicilij crescit affectus.

f Vt ait Ouidius: Nescio quæ natale solū *Hu. de sã* dulcedine cunctos Ducit, & immemores nō *cto Vict.* sinit esse sui. Magnū virtutis principiū est, *in didast.* ut discat paulatim exercitatus animus vi *lib. 3. c. 2.* sibi & transitoria primum cōmutare, ut postmodum possit derelinquere. Delicatus ille est adhuc, cui patria dulcis est. fortis autem iam, cui omne solum patria est: perfectus verò, cui mundus exilium est.

g Nōne exulauit Brutus? nōne exulauit Aeneas? in eorum tamen exilio non degenerauit Troiana nobilitas. *Pet. Ram.*

h Aequæ virtutis est, & bona patriæ au- *Val. Ma-* xillæ, & eius mala in se trāsferre voluisse. *li. 1.*

i Patria enim carere, nō est malum, quia *A. Gellius* forti viro omnis locus patria est. Socrates *li. 1. ca. 15.* enim non stultè exilij libertatem, domestica seruituti anteposuit.

k Patriam meam trāsire nō possum, omnium *Se. de re* vna est. extra hæc nemo proiici potest. Nō *med. fort.* patria mihi interdicitur, sed locus. In quacumq;

cunq̄ue terrā venio, in meam venio: nullū
exilium est, sed altera patria est. Patria est,
vbicunq̄e bene est. Illud autem, per quod
bene est in homine, nō in loco est. Si enim
sapiens est, peregrinatur: si stultus, exulat.

Seneca. l Nemo patriā diligit, quia magna, sed
quia sua. Vlysses ad sua saxa Ithacæ prope-
rat, quemadmodum Agamēnon ad Mycē-
narum nobiles muros.

Vide etiam in ti. Amicitia. b o. Dolor, q̄.
Honor. d. r. *Paupertas.*

Augu. de a **N**ON tibi displiceat paupertas tua.
ver. apos. nihil ea potes ditius inuenire. Vi-
ser. 28. sus nobis est, q̄ locuples sit. cēlū enim qui-
bus thesauris conferrī possit, q̄ pauperta-
ri videmus inductū? vt ad regnū cēlorū ve-
niret, diues possessione sua obtinere non
potuit, nunc obtinet, vt cōtēptu perueniat.

Aug. de ec- b Bonū est facultates cum dispēfatione
clesias. do. pauperibus erogare, melius pro intētionē
sequendi Domini cum infimul donare, & ab-
solutum sollicitudinē egere cum Christo.

Aug. sup. c Omnis philosophiæ magrā nobis ē in-
psal. 76. opia. nō ita laudamus Ioseph, quū frumētū
distribuebat: sicut cum carcerē habitabat.

Augu. de d Hi sunt pauperes spiritu, qui quando
verbo do. faciunt aliquod bonum, Deum laudant.
quando aliquid mali, se accusant.

Ibidem. e Fecundus est ager pauperū. citò red-
dit

dit donantibus fructum. via cæli est pauper, per quem venit ad patrem. incipe erogare, si non vis errare.

f Pauper Dei est in animo, nō in sacculo. *Aug. sup.*
 g Nihil grauius, quā ut fratres nostros *psal. 31.*
 pauperiores superbo oculo despiciamus: *Amb. sup.*
 conformes nobis intolerabili repellamus *ps. Increm.*
 fastidio, nostra indignos gratia iudica- *pasti sup.*
 res, quia sunt inopes, cūm paupertas fa-
 cilis Deo, quā thesaurus acceptior.

h Ob hoc maximè amanda est pauper- *Hiero. in*
 tas, quia à quo amaris, ostendit. quippe *quadā ep.*
 non habet adulationem comitem sibi par-
 centem, fortunam hominis & non perso-
 nam amantem.

i Difficilius arrogantia, quā auro & gē- *Hierony.*
 mis caremus. His enim abiectis interdum *epi. 120.*
 gloriosius tumemus, & venerabilem pau-
 pertatem populari auræ offerimus. Plus
 enim est animum deposuisse, quā cultū.

k Nō absque amictu lineo incedere, sed *Hic in ep.*
 pretium vestium linearum nō habere lau- *ad Nepot.*
 dabile est. Modica esca in hamo ponitur,
 ut matronarum in eo sacculi protrahātur,
 sic bestia, sic aues, sic capiuntur & pisces.

l Natus in paupere domo & in tugurio *Ibidem.*
 rusticano, qui vix milio & pane cibario
 rugientem satiare ventrem poteram: nunc
 simulam & mella fastidio.

Gre. sup. m Paupertas, inopia mentis est, non in
Exec. ho. quantitate possessionis: nam cui cum pau-
6. sc. part. pertate bene conuenit, diues est.

Gre. i ho. n Quum quosdam pauperes aliqua re-
Homo qui prehensibilia perpetrare conspicitis, noli-
dam erat te desplicere, quia fortasse quos superflui-
diues. tas tenui imæ prauitatis inquinat, cami-
 nu, paupertatis curat.

Gre. i pa. o Offerenda est eis consolatio, quos ca-
 minus paupertatis excoquit: atque illis in-
 ferendus est timor, quos consolatio gloriæ
 temporalis extollit.

Chry. ser. p Paupertas est manu ductrix quædam in
18. su. epi. via, quæ ducit ad cælum, vnctio athletica,
ad Hebr. exercitatio quædam magna & admirabi-
 lis, portus tranquillus. Nihil opulenti-
 us eo, qui paupertatem sponte diligit, & cum
 alacritate suscipit.

Leo papa q Sæper diues est christiana paupertas,
sermo. 4. nec pauet in isto mundo indigētia labora-
de 40. re, cui donatum est in omnium rerum do-
 mino omnia possidere. Operātibus ergo,
 quæ bona sunt, nō omnino metuendum ne
 eis deūt facultas operādi: cum & in duobus
 minutis euangelicæ illius viduæ sit lauda-
 ta deuotio, & pro calice aquæ frigidæ præ-
 mium habeat gratuita largitio. Ex affecti-
 bus enim piorum, benignitatis mensura
 taxatur: & nūquā eū miserādi efficacia de-
 serit,

ferit, in quo misericordia ipsa non deficit.

r Paupertatis tres sunt species. Sūt enim *Hugo de claustr. ani ma. lib. 1. c. 9.* quidā qui rebus tēporalibus egent, sed in rebus, & egent bona volūrate, quā ditius nihil esse potest. Sunt alij qui rebus abundant, sunt tamen pauperes spiritu: & hęc est aurea paupertas: quia licet affluant diuitiæ, corda tamen nolunt apponere. Tertia est mediocritas, quam philosophi vocant frugalitatem, quæ est voluntaria.

f Sunt enim quidā, qui de seculo veniūt *Ibidem.* ad religionem, quorum paupertas beato Augustino testante, talis erat, quòd quando foris erant, necessaria inuenire non poterant. quorum cellario non hereditas, non patrimonium, sed manuum labor annonam præbebat: & si manus cessaret, panis deficeret: & in ecclesia honorari volunt, qui in sua dōmo non nisi contemptibiles esse poterant.

r Pauperes Dei sunt, qui mūdana superbia derelicta, humilitati se p omnia tradiderunt. Nam & si pauper superbiat, nō est Dei pauper. & si locuples humilitatem diligit: nō est seculi diues. Voluntates enim talium sunt inspiciendæ, non nomina. *Cass. sup. psal. 71.*

v Videamus quā sit gloriosa ista paupertas, quā felix probeatur inopia, quæ *Cass. sup. ps. Landa būt domi.*

dominum & tacita laudat, & de patientiæ suæ virtute concelebrat. mutus est, si psal. lat superbus. pauper & inops laudat Deū, etiam quum videtur habere silentium.

Cass. sup. psal. 101. x Pauperes Christi sunt, qui non solum pro suis malis, verum etiā pro totius calamitatibus mundi intercedere cōprobātur. egent in hoc seculo, sed sunt locupletes Deo: vitis vacui, sed virtutibus pleni: despecti hominibus, sed acceptabiles Deo.

Imm. de vilitate cond. huma. y O miserabilis cōlitio mendicātis! & si petit, pudore confunditur: & si non petit, egestate cōsumitur, sed vt mendicet, necessitate compellitur. Deus causatur iniquus, quòd nō rectè diuidit: proximus criminatur malignus, quòd non plenè subueniat, indignatur, murmurat, imprecatur. Vnde Salomon: Melius est mori, quàm indigere, etiam proximo suo odiosus erit. Fratres hominis pauperis oderunt eum, insuper & amici recesserunt ab eo.

Se. ep. 10. z Non sibi felix pauper erit, nisi felices cecidisse viderit. Honestas res, est lata paupertas. illa verò non est paupertas, si lata est: cui cum paupertate bene conuenit, diues est. Non qui parum habet, sed qui plus cupit, pauper est.

Se. epi. 2. ab Nō iucunda res est aqua & polenta, aut frustum hordeacei panis: sed summa volu

voluptas est ex his capere voluptatem, & ad id se deduxille, quod eripere nulla fortunæ iniquitas possit.

a c Paruo fames constat, magno fastidium: paupertas contenta est, desiderijs instantibus satisfacere. *Se. epi. 17.*

a e Ob hoc vnum amanda est paupertas, quòd à quibus ameris ostendit. *Se. ep. 20.*

a f Panem & aquam natura desiderat: *Se. epi. 25.* nemo ad hæc pauper est: intra quæ quisquis desiderium suum claudit, cum ipso loque de felicitate contendit.

a g Nec paupertas tibi immunda sit, nec parsimonia sordida, nec simplicitas neglecta, nec lenitas languida. & si res tibi exiguae sint, non sint tamen angustæ: nec tua desideas, nec aliena mireris. *Se. de qua tuor virt.*

a h Ne imparatos fortuna nos deprehendat, fiat nobis paupertas familiaris. Securius diuites erimus, si experti fuerimus, quam non sit graue, pauperes esse. Ad paupertatem sua sponte descendere, præoccupare est tela fortunæ. *Se. epi. 19.*

a i Quod diuitijs nõ potes scire, paupertate scies: illa veros, certosque retinebit amicos. discedit quis: non te, sed tua sequebatur. O quando ille dies veniet, quo nemo in honorem tuum mentiatur!

a k Redige te ad parua, ex quibus cadere *Ibidem.*

non possis. inest paupertati, sine qua nihil est iocundum, securitas.

Se. de mo. a l Quis est pauper? qui sibi videtur pauper. Qui paupertatē timet, timendus est. Scire vti paupertate, maxima felicitas est.

Se. ep. 17. a m Multis ad philosophandum obstitere diuitiæ. Paupertas autem expedita securata est. Aut ergo pauper sis, aut pauperi similis, si animo vacare vis.

Se. in pro. a n Nulū latro dimisit: etiam in obfessa via pauperi pax est.

Se. de reu. med. fort. a o Paupertas mihi grauis est: imò tu paupertati: nō est in paupertate vitiū, sed in paupere. Pauper es: quia pauper tibi videris. Nihil deest aibus, pecora in diē viuunt: feris in alimentis solitudo sufficit. Accepit ille grandem pecuniam, ergo & superbiam.

Philosop. a p Solū hoc incōmodū paupertas patitur, quòd non possit egentibus subuenire. Vide ēt in ti. Cōsolatio. e. Cōtēpt^o. l. m. Cupiditas. m. Diuitiæ. Eleemosyna. n. o. p. r. a i. Hypocrisis. b. c. Liberalitas. p. Martyriū. i. k. Patiētia. a e. Perfectio. p q. Philosophia. f. Prædicatio. a b. Religio. l. m. Relinquere. h. q. r. t. a c. Salus. c. Superbia. h. a n. Superfluitas, & Tribulatio. a f. Virtus. a g.

Augu. de a h. a i. Christus. n. Pax.

verbis do. a **P**ax, est serenitas mētis, trāqllitas animi, simplicitas cordis, vinculū amoris

ric, cōfortiū charitatis. Hæc est, quæ simul-
tates tollit, bella cōpescit, iras comprimit,
superbos calcit, humiles amat, discordes
sedat, inimicos concordat, cunctis est pla-
cida, nescit extolli, nescit inflari: hanc qui
acceperit teneat: qui pdiderit repetat: qui
amiserit exquirat: quoniam qui in eadem
non erit inuentus, à patre abdicatur, à fi-
lio exheredatur, nihilominus à spiritus an-
cto alienus efficietur: nec ad hæreditatem
Domini poterit venire, qui testimonium
pacis noluerit obseruare.

b Cōcorda cū aduersario tuo, nescis quā *Augus. de*
do vita finiatur. quū vita finita fuerit, iudex *uerbis do.*
restat, & minister, & carcer. At si seruaue- *cap. 1.*
ris aduersario tuo bonam voluntatem, &
cum eo consenseris, pro iudice inuenies pa-
trem: p ministro sauo angelū tollētem te
in sinu Abrahæ: pro carcere paradisum.

c Tale bonū est bonū pacis: vt in rebus *Augustin.*
creatis nil gratiosius soleat audiri, nil de *de ciuita-*
lectabilius concupisci, & nihil vtilius pos- *te Dei.*
sideri. Spiritus enim humanus nunquam
uiuificat membra, nisi fuerint vnita: sic spi-
ritus sanctus nunquam viuificat ecclesiæ
membra, nisi fuerint in pace vnita.

d Quisquis vel quòd potest corrigi, vel *Aug. epif.*
quòd non potest corrigere, saluo pacis vin- *cōtra per-*
culo excludit: vel qd saluo pacis vinculo, *men. li. 2.*

excludere non potest, æquitate improbat, firmitate supportat, hic est pacificus.

Au. super ill. ps. 84. e Duæ sunt amice, iustitia, & pax. tu forte vnâ vis, & alterâ nō facies. Nemo enim est, qui nō velit pacem, sed nō omnes volūt opari iustitiâ. Interroga oēs homines, vis pacē: vno ore respōdebit tibi genus humanum: opto, cupio, amo, volo. Ama iustitiâ, quia duæ amicæ sunt, iustitia & pax. ipse se osculantur. si amicam pacis non amaueris, non te amabit ipsa pax, nec veniet ad te.

Hic sū ps. Quoniam cogitant. f Infelix populus Dei non potest in bono tantam habere concordiam, quantam mali habent in malo.

re mani mit. Gre. 7. mo. g Iude nobis cum Deo pax robustior oritur, vnde nobis ab aduersariis durior pugna generatur.

Gre. ibid. h Nemo vires suas in pace cognoscit. Si enim bella desunt, virtutum experientia non prodeunt.

Gre. 7. pa. i Si Dei vocātur filij qui pacem faciunt, procul dubio Satanae sunt filij, qui pacem confundunt.

Gre. 7. ho. k Quum pro re terrena pax à corde cum proximo scinditur, liquido apparet, quòd res plus quàm proximus amatur: certum est quòd minus diligit ereptorem suum qui minus intelligit periculum suum quod euasit: & vile solatium defensoris deputat, qui virtutem aduersarij debilem putat.

I Sicut multum nocet, si vnitas desit bonis, ita valde est noxiū, si non desit malis. Si ergo peruersorum nequitia in pace iungitur, profectō eorū malis actib⁹ robur auge- tur, quia quo sibi in malitia congruunt, eo se robustius bonorū afflictionib⁹ illudunt.

*Grego. in
past.*

m Melior est talis pugna, quæ Deo pro- ximū facit, q̄ pax illa, quæ separat à Deo.

*Greg. Na
Zā Zenus
in appel.
Ber. i epi.*

n Nō timeas cōtra charitatē esse: si vnus scālalū, multorū recōpēsaueris pace. Me- lius est enim vt pereat vnus, quā vnitas.

o Pax hominibus bonæ voluntatis. Non bonæ, sed planē iniquæ voluntatis est, qui nequaquā pace contentus, superbo ocu- lo, & infatiabili corde inquietus anhelat ad gloriam mundi, nec pacem perinde re- tineas, nec gloriam apprehendens.

*Hilarius
sup Matt.*

p Intantum humanæ pacis Christus stu- duit concordia, vt vnitatis merito omnia quæ à Deo precanda sunt, impetranda esse cōfirmet: & vbi duo vel tres pari spiritu & voluntate collecti sunt, ibi se medium eo- rum pollicetur futurum.

*Is. desum.
bono. l. 3.*

q Cōcordia malorū, contraria est bono- rum. & sicut optandū est, vt boni pacē ha- beant a linicē: ita optandum est, vt mali sint discordes. Impeditur enim iter bono- rum, si vnitas non diuiditur malorum.

r Pax, q̄ de ore p̄dicatoris p̄fert, aut rege-

Raba. sup

illud Mat. scit in domo, si in ea fuerit fili⁹ pacis: aut ad
 10. *Pax* ipsum prædicatorem reuertit^r tâquã fructus.
vestra ad s Tunc est vera pax hominis & vera li-
vos reuer. bertas, quando & caro animo iudice regi-
Leo i ser. tur, & animus Deo præside gubernatur.

Leo papa. t Hæc est vera Pax, à Dei voluntate non
 diuidi, & in his, quæ solius Dei sunt, dele-
 ctari. quando enim sensualitas nulla parte
 resistit voluntati, & voluntas nulla parte
 contradicit rationi, tunc est serenitas men-
 tis, & tunc est regnum Dei.

Hugo de v Falsæ pacis tres sunt species. Est enim
claustrorum pax æstimata, pax simulata, pax imperata.
nima. li. 3. Dū enim inter seculares pacem querimus,
cap. 9. dū discordes ad cōcordiã reuocamus, æsti-
 mant seculares, quòd pacē inter nos habea-
 mus: dū in vestimētis ouium foris eximus,
 & intus quasi lupi rapaces gregē simplicē
 fructum lacerando dispergimus, pacem si-
 mulamus, sed nō habemus. dum verò præ-
 lati subditis imperant, & eos disciplinæ le-
 gibus non coarctant, solūmodo pacem do-
 cent, & non tenent: æstimant pacem secu-
 lares, simulant peruersi claustrales, impe-
 rant, & non tenent tepidi pastores. Sic igitur
 æstimatur à nescientibus, simulatur à
 non habentibus, imperatur à nō tenenti-
 bus. sed veræ pacis tres sunt species, scilicet
 pax probata, pax confirmata, pax certa.

x Lingua quãdoq; pacem prædicat, sed *Hug. ibid.*
 Crpius turbat. quum autem habitus, cor &
 lingua concordant, pacem seruant: vbi ve-
 ro dissoluta discurrit, pacem soluit.

y Pax est concordantium in bono ani- *Cas. super*
 motum ordinata tranquillitas. *psal.*

z Pax vera est, concordiam habere cum *Idē super*
 moribus probis, & litigare cum vitiis. *psal. Fa-*

ab Quum enim peccatores videntur lo- *ctus est*
 cupletes, multiq; dominari populis, & in *pace locus*
 mundo non est quod timeant, pacem habe *eius. Cas.*
 reputantur: sed pax ista cum conscientia *sup psal-*
 semper litigat, rixatur intrinsecus, & cum *num. 72.*
 hostem non habeat, secum decertat.

ac Habeatis vnitatē spirit⁹ in vículo pa- *Cas. super*
 cis, nec inueniri pōt forma expressior cō- *psal.*
 uersationis angelicę, quàm vnitas socialis.

ad In hoc enim gratia regis extollitur, *Cas. lib. 1.*
 & seruatur, si in æquitate pacis populum *epist. 1.*
 dirigat, & in iustitię vigore cōseruet. Hac
 enim est bonarum artium mater decora:
 hæc mortaliū gen⁹ reparabili successione
 multiplicans, facultates protendit, mores
 extollit, & tantarū rerū ignarus cognosci-
 tur, qui eam minimè quæsisse sentitur.

ae Decet regalis apicis cur æ, generalita *Idem epi*
 tis custodire cōcordiã, q̄ ad laudē regnan- *sto. 22.*
 tis trahitur, si ab omnib⁹ pax amet. Quid
 est enim, quod principē melius prædicet,

quàm quietus populus, concors senatus, & tota res publica morum honestate vestita:

*Sene in li.
de mori.*

a f Quiescentissimam vitam agerent homines in terra, si hæc duo verba à natura rerum omnium tollerentur, Meum & Tuum.

*Boë, 4. de
cōsolatio.*

a g Nostine igitur, quòd omne quod est, tandiu manere atque subsistere solet, quòd diu sit vnum, sed interire atque dissolui pariter, quando vnum esse desierit?

Vide etiam in tit. Bellum. h. a h. Discordia & Gaudium. o. Regimē. a. h. Sollicitudo. t. a. b. Tentatio. o. Peccatum.

*Aug. in li.
de baptis-
mo parvulorum.*

a **S**I quærat à me, vtrum homo sine peccato potest esse in hac vita, confiteor posse per Dei gratiam & liberū eius arbitrium.

*Aug. sup
Ioannem.*

b Peccatum nihil est, & nihil sunt homines, quum peccant.

*Augus. de
vera religione.*

c Nullum peccatum cōmitti potest, nisi dum appetuntur ea, quæ Christus cōtempnit, aut fugiuntur, quæ ille sustinuit.

*Aug. in li.
de baptis.
parvul.*

d Nemo renascitur in Christi corpore, nisi prius nascatur in peccati corruptione.

*Augus. de
ecclesiast.*

e Nullus sanctus & iustus caret peccato, nec tamē ex hoc desinit esse iustus, vel sanctus. cū n affectu teneat sanctitatem.

dogmat.

f Si fuerit aliquis cōiugalitatis excessus, qui tamen legitimus non violet totum, habebit nonnullum, sed veniale peccatum.

*Aug. in li.
de fide ad
Petr.*

g Nul

g Nullū scelus corā Deo tā abominabile est, q̄ p̄terita peccata vnicuiq; nostrū dimissā remiscēdo, gaudere, & inde exultare.

Aug. 7 ep.
ad quēdā
comitem.

h Qui pectus suum tundit, & se non corrigit, peccata solidat, non tollit.

August. in
quodā ser.

i Quis peccat in eo, quod nullo modo caueri potest?

Aug. l. 3.
de libero

k Ex quo incipit homo p̄cepti esse capax, ex illo incipit posse peccare. Duobus modis peccat, ante quā sit sapiēs: si aut se non accommodet ad accipiendum p̄ceptum: aut quum acceperit, non obseruet. sapiens autem peccat, si se auertit à sapientia.

arbit.

Ibidem.

l Peccatum est voluntas retinendi, vel consequendi, quod iustitia vetatur.

August. de
duabus a-

m Sanè quū sola cogitatione mens oblectatur illicitis, non quidem decernens esse faciēda: tenēs tamē & volens libenter quæ statim, vt attigerunt animū, respui debere, non negandum est esse peccatum: sed lōgè minus, quā si & opere statuatur implendum: & ideò de talibus quorū cogitationibus venia petenda est, pectūsq; percutiendum, atque dicendū: Dimitte nobis debita nostra. faciendum quoq; quod sequitur, atque in oratione iungendum. Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

nimabus.

Aug. 12.

lib. de tri-

mitate.

n Neq; enim sicut in illis duobus primis hominibus personā suam quisq; portabat, & ideo

Aug. ibid.

& ideò si solùm mulier cibũ edisset illicitum, sola utiq; mortis supplicio plecteretur: ita dici pòt in homine vno: si delectationibus illicitis, a quibus se auertere deberet còtinuò, cogitatione sola libenter pascatur, nec facienda decernantur mala, sed tñ suauiter in recordatione teneantur, quali mulierem sine viro posse dñari, ab his hoc credere hic quippe vna persona est: vnus homo est, totusque damnabitur. nisi hæc, quæ sine voluntate operandi, sed tamè cū voluntate animum talibus oblectandi solius cogitationis sentiuntur esse peccata, per mediatoris gratiam remittuntur.

*Aug. in li.
de decem
chordis.*

o In iplis alimētis, quæ utique concessa sunt, si fortè excedit modum, & accipit amplius, quàm est necesse, peccat. quotidiana sunt ista, quæ dico: sed tamen peccata sunt, & nō sunt leuia, quia plura. Quia verò quotidiana & plurima sunt, timenda est ruina multitudinis. Talia peccata dicimus, fratres, quotidianis eleemosynis posse mundari.

*Aug. sup
psal. 5.*

p Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. non dicit, non sit: sed non regnet. Inest peccatum, quum delectaris, regnat, quum consenseris.

*Augus. de
decē chor-
dis.*

q Nolite contēnere venialia, quia minima sunt: sed timete, quia plura. plerunque enim bestia minutz multæ necant. nunquid

quid minutissima sunt grana arenæ, sed si arena amplius in naui mittatur, mergit illam, vt pereat? quàm minutæ guttæ pluuiz, nonne flumina implēt & domos deiiciunt? Timenda est ergo ruina multitudinis, & si non magnitudinis.

r Tribus gradibus ad peccatū peruenitur: suggestione, delectatione, cōsensione. *Aug. in li. de ser. in monte.* Itaq; ipsius peccati tres sunt differentiæ, in corde, in facto & in consuetudine, tanquā tres mortes. vna quasi in domo, quū corde consentitur libidini: altera quasi prolata iam extra portam, quum in factum procedit assentio: tertia, quum in consuetudinis malæ tanquā mole terrena premitur animus, quasi in sepulchro iam putrens: quæ tria genera mortuorū Dominum resuscitasse quisquis Euangelium legit, agnoscit.

s Liberū sic confitemur arbitriū, vt dicamus, nos semper indigere auxilio, & tam illos errare, qui cum Manichæo dicūt hominem peccatum vitare non posse, quàm illos, qui cum Iouiniano dicunt, hominem peccare non posse. Velle currere, est meū, sine Dei tamen auxilio non erit meum. *Ambro. in li. de spiritu sancto.*

t Peccare in spiritū sanctū, est per malitiā & inuidiā, fraternā impugnare charitatē.

v Primum peccatum est, cogitasse, quæ mala sunt: secundum, cogitationibus ac
Hie. li. i. super Amos.
quie

quieuisse peruersis: tertium, quod est deterius, opere compleſſe: quartum, poſt peccatum non facere pœnitentiã, & in ſuo complacere ſibi delicto.

Hic. ſuper x Cui Deus vter eſt, ei Deus recens eſt. *psal. 80.* Quæcũq; vitia habemus, & quocũq; peccati non erit cata, tot recētes habemus deos. Iratus ſum, in te Deus ira mini Deus eſt. Vidi mulierē & concupiſcus recens. ui, libido mihi Deus eſt. Vnuſquiſq; enim quod cupit & venerat, hoc illi Deus eſt.

Hic. i qua y Sicut nonnunquã grauius eſt peccatum *dam epif.* diligere, quã perpetuare, ita nequius eſt, odile iuſtitiam, quã non feciſſe.

Gr. li. mo. z Prioris peccati merito, peccatorũ ſubſequentiũ fouea tegitur: vt qui malũ ſciens perpetrat, deinceps iuſte in alia etiam neſciens cadat. hoc quippe agitur, vt culpis culpa feriat, quatenus ſupplicia fiant peccantium ipſa incrementa vitiorum.

Greg. ho. a b Nõnũquã in paruis deterius, q̃ in maiori peccatur. Maior. n. quò citius quiet ſcit *extre. me par. tu.* culpa, cognoscitur: eò etiã celerius emendatur. minor verò, dum quaſi nulla creditur, eò peiũs, quò & ſecuriũs in vſu retinetur.

a c Hoc inter peccatum & delictũ diſtat. *Gre. ſecũ. da partis ſup Eze.* quòd peccatum eſt malum facere: delictũ verò bona derelinquere, quæ ſunt in opere tenenda. Vel peccatum in opere eſt, delictum in cogitatione.

ad Qua

ad Quatuor modis peccatū perpetratur *1^a fid. li. 2^a*
 in corde: quatuor consummatur in opere. *cap. 19. de*
 in corde nāq; suggestionē, delectationē, *sum. bono.*
 consensu & defensionis audacia perpetratur. fit enim suggestio per diabolū: delectatio per carnem: consensus per spiritum: defensionis audacia per elationem. Quatuor modis peccatū cōsummatur in opere. Prius nāque latens culpa agitur: postmodū etiam ante oculos hominum sine confusione reatus aperitur: deinde & in consuetudinem ducitur. Ad extremum quoque vel falsæ spei seductionibus, vel obstinatione miseræ desperationis enutritur.

ae Peccatū quod ex peccato oritur: non iam peccatū tantūmodo, sed peccatum est, & pœna peccati: quia iusto iudicio omnipotens Deus cor peccantis obnubilat: ut precedentis peccati merito etiam in alia cadat: ut qui malum sciens perpetrat, deinceps iuste in alia etiam nolens cadat.

Grego. li. 24. ca. 12.

af Vitata culpa obligat mentem, ut nequaquam sarge e possit ad rectitudinem: conatur, & labitur: quia ubi spōte diu persistit, ibi & quum noluerit, cadit.

Gre. i hoū

ag Peccatum tribus modis admittitur. nam aut ignorantia, aut infirmitate, aut studio perpetratur. & grauius est quidem infirmitate, quàm ignorantia, sed multo grauius

*Gre. i hoū
 & ponitur de pœ. di. 2.*

Ber. de lib. arbitrio. a h **g**rauius studio, quàm infirmitate peccatur. a h **P**osse enim peccare, datū est homini, nō vt p̄inde peccaret, sed vt glorioſior ap-
 pareret, ſi non peccaret, cū peccare poſſet.

Ber. ibid. a i **P**eccantis lapſus non dono aſcriben-
 dus eſt poteſtatis, ſed vitio voluntatis. & ſi
 datum fuit voluntati, poſſe ſtare ne cade-
 ret, non tamen reſurgere, ſi caderet. Non
 enim tam facile quis valet exire de fouea,
 ſicut in eam labi.

*Fer. i quo-
 dam. ſer.* a k **Q**uare peccas? quia nescis, qd facias?
 abſit. quia cogeriſ, vt facias? abſit, ſed quia
 placet, vt ſic facias.

*Iſido. de
 ſum. bo.
 li. 2. c. 18.* a l **T**antò maius peccatū eſſe cognoſci-
 tur, quantò maior, qui peccat habetur. Cre-
 ſcit enim delicti cumulus iuxta ordinem
 meritorū: & ſæpe quod minoribus igno-
 ſcitur, maioribus imputatur.

*Iſid. ibid.
 cap. 20.* a m **M**aioris eſt culpæ manifeſtè, quàm
 occultè peccare. dupliciter enim reus eſt,
 qui apertè delinquit. quia & agit & docet.

Ibi. c. 23. a n **I**ſtis fomitibus quaſi quibuſdā gra-
 dibus coaleſcit omne peccatum: cogita-
 tio nanque praua delectationem parit: de-
 lectatio conſenſionem: conſenſio actionē:
 actio conſuetudinem: conſuetudo neceſſi-
 tatem: neceſſitas mortem. ſicq; in his vin-
 culis homo implicatus quadam catena vi-
 tiorum tenetur adſtriētus.

20 Diabolus nulla præcedentis peccati *Anselmus*
 vindicta superbiens peccauit: ego visa eius *in li. de ea*
 pœna nõ cõrinẽs ad peccatũ properaui: ille *in diaboli.*
 in innocentia cõstitutus, ego verò restitu-
 tus: ille perstitit in malitia Deo reprobãte:
 ego verò Deo reuocante: ille verò obdura-
 tur ad punientẽ, ego verò ad blãdiẽtem: &
 sic vterque cõtra Deũ: ille cõtra non requi-
 rentem se: ego verò contra moriẽtem pro-
 me. Ecce cuius imaginẽ horrebam, horro-
 rem in multis aspicio me horribiliorem.

a p Mortale peccatũ, quãtũ mihi videtur *Richer. de*
 triplici rectẽ ratiõẽ distinguitur. Mortale *disse. mor*
 est, quod à quouis nõ põt cõmitti, sine gran *tal. & ve*
 di corruptiõẽ sui, sine graui læsione proxi *niãlis.*
 mi, & sine magno contẽptu Dei. Cætera ve
 rò oia videntur mihi venialia. Veniale pec-
 catũ, est reatus, cui quantũ est in se solũ fide
 mediãte nunquã debetur pœna æternę dã-
 nationis: mortale verò est reatus, cui quãtũ
 in se solũ, semper debetur æterna dãnatio.

a q Hoc dicimus, q̃ tãtũ vnusquisq; à di- *Cass. sup.*
 ninitate repellitur, quantũ eius peccata tu- *psal. 5. Ex*
 mulantur. Quãtitas enĩ delicti mẽsura est *pelle eos,*
 repudij: quia tantũ à Deo reus lõgior red- *quoniã ir*
 ditur, quantũ numeroso crimine dilatarur. *ritauere.*

a r Tribus modis oẽ peccatũ cõtrahitur. *Cass. super*
 Primus gradus delictorum est, nõ reddere *psal. Pro*
 bona pro bonis. Secũdus, reddere mala pro eo *ut me*

diligent malis. Terti^o est, tribuere mala pro bonis.
detrahe- Contra hæc sunt tria laudabilia. Primum,
bant. impēdere bona pro bonis. Secūdū, malum
 pro malo nō reddere. Tertiū, p̄fectissimū
 virtutis genus est, bonū pro malo tribuere.

Seneca in a f Ideo peccamus, quia de partibus vite
quad. ep. oēs deliberamus, de tota nemo deliberat.

Sen. lib. de a t Bonus vir est, qui eo usque perducit
moribus. affectu animum, vt nō tantū peccare non
 velit, sed etiam non possit.

Seneca in a v Plerique metu peccare cessant, non
prover. innocentia, profectō tales timidi, non in-
 nocentes dicendi sunt.

Seneca ibid. a x Bis peccas, quum peccato obsequium
 accommodas. nihil peccant oculi, si non
 oculis animus imperet.

Vide etiam in ti. Clericus, o. Cogitatio, a.
 b. c. e. h. k. Cōfessio, h. q. Cōiugiū, a. Cōscien-
 tia, a b. Cōsideratio, a. a b. Cōsuetudo, e. g. i.
 k. o. y. Cōuersio, q. Correctio, y. a. c. a. t. b. x.
 Cupiditas, a. Curiositas, d. Excusatio, a. b. i.
 l. x. Libertas, e. Maria, a. Passio, a. k. Pax,
 a. b. Pœna, a. d. r. Recidiuatio, & Resurre-
 ctio, e. Sanctitas, a. Virtus, e. Voluntas, c.

Pœna, siue punitio.

Aug. lib. 3. a. **I**lla est pœna peccati iustissima, vt a-
de li. arbi mittat vnusquisq; illud, quo bene vti
trio. noluit, eū sine vlla difficultate posset, si vel-
 let, id est, vt qui sciens rectē nō facit, amit-

ut scire quid rectum sit: & qui rectū facere cum posset, noluit, amittat posse, cum velit.

b Iulsiſti Domine, & sic est, vt poena sit tibi omnis inordinatus animus. *Aug. li. 1. cōfession.*

c Miriſſima omniū poenarū erit eorum, qui prater peccatum, quod originale contraxerunt, nullum inſuper addiderunt. *Aug. hēn. chir. c. 95.*

d Quia impunitū nō debet eſſe peccatū, puniatur à te, ne tu pro illo puniaris. Peccatum tuum iudicē te habeat, nō patronum. *Aug. de vit. agen. de poenit.*

e Sicut non impediunt iuſtum ab eterna vita quaedam peccata venialia, ſine quibus vita iſta nō geritur: ſic ad ſalutem eternam nihil profunt impio aliqua bona opera, ſine quibus diſſicillimè vita cuiuſlibet peſſimi hominis inuenitur. *Aug. in li. de ſent. Proſperi.*

f Qui in aliud ſeculum diſtulit fructum conuerſionis, prius purgabitur igne purgationis. hūc ignis eſſi nō ſit æternus, miro tamē modo grauis eſt. ſuperat enim omnem poenam, quam homo vnquā paſſus eſt in hac vita, vel pati poteſt. *Aug. in ſermo. de igne purgatorio eſt ponitur 25. diſ.*

h In præſenti quidem vita delectationes temporales dulces ſunt, & tribulationes amaræ: ſed quis nō bibat tribulationis poculum, metuens ignem infernalem? Aut quis non contemnat delectationem ſeculi, inhians vitæ æternæ? *Aug. in quodam ſermo.*

i Cui dubium, quin inter tres peccatores *Hie. ſuper Ezech.*

imò impios, gentilem, hereticum, ecclesiasticum, multo maioribus pœnis dignus sit, qui maioris fuerit dignitatis.

Augu. in quadã ep. k Tantò rectius maiori supplicio dignũ indicauerim animum, quantò vitis subdit instrumenta virtutum.

Grego. in moral. l Electos Dei cernimus, & pia agere, & crudelia tolerare. Hinc ergo colligitur: districtus iudex quãta illic feriat districtiõe, quos reprobat, si hïc cruciat, quos amat.

Ibidem. m Sicut vno Sole omnes tanguntur, nec tamẽ sub eo vno ordine oēs estuamus, quia iuxta qualitatem corporis, sentitur etiam pondus caloris: Sic damnatis vna est gehenna, quæ affligit, & tamen non omnes vno calore comburit, quia quod hïc agit dispar valitudo corporum, hoc illic exhibet dispar causa meritorum.

Ibidem. n Ad districti iudicij iustitiam pertinet, vt nunquã careant supplicio, quorum mens in hac vita nunquã voluit carere peccato. & nullus detur iniquo terminus vltionis, quia quandiu valuit, habere noluit terminum criminis.

Greg. ho. 13. sup enã ge. sim lũ bi vestri præciti. o Nemo Dei longanimitatem negligat: quia tantò districtiorem iustitiam in iudicio exiget, quantò longiorẽ ante iudicium patientiam prorogauit.

Ibidem. p Altissimus enim est patiens redditor. patiens

patiens dicitur, quia peccata hominum & patitur, & reddit. nã quos diu, vt cõuertantur, tolerat, non conuersos durius damnat.

q Anima illic posita bene esse perdidit, *Gre. li. 4. dialog.*
& esse non perdidit, ex qua re semper cogitur, vt & mortem sine morte, & defectum sine defectu, & finem sine fine patiatur: quatenus ei & mors immortalis sit, & defectus indeficiens, & finis infinitus.

r Iniqui ideò cū sine deliquerūt, quia cum *Greg. ibi.*
sine vixerūt. Nã voluissent vtrique sine fine viuere, vt potuissent sine fine peccare. Ostendunt enim quia in peccato semper viuere cupiūt, quia nunquã desinunt peccare, dum viuunt. Ad magnã igitur iudicantis iustitiã pertinet, vt nũquã careãt supplicio, quia in hac vita nũquam voluerūt carere peccato.

s Iniustus quisque eò atrocius in tormentis obruitur, quò altiùs in peccatis eleuatur. *Grego. in moral.*
transit quod extollitur, permanet quod punitur. Qui honoratur in via, in peruentione damnabitur: & quasi per amœna prætata ad carcerem peruenit, qui per præsens vitæ prospera ad interitum tendit.

r Poena præsens, quæ iniusti animã à prætatis desiderijs mutat, ab æternis suppliciis nō liberat, quos mutat: nam quæ præsens mala nō corrigunt, ad sequẽtia perducunt. *Greg. ibi.*
v Iustũ est, vt quos culpa simul inquinat, *Ibidem.*

par etiã pœna adstringat: & qui nequaquã
dispari sunt iniquitate polluti, nequaquã tor-
mento crucientẽ dispari, quatenus simul dãn-
tio cõterat, quos similis elatio subleuabat.

Greg. ibi.

x Horrendo modo fit miseris mors sine
morte, finis sine fine, defectus sine defectu:
quia & mors semper uiuit, & finis semper
incipit: & deficere defectus nescit. Mors
perimit, & nõ extinguit: dolor cruciat, sed
nullatenus pauorem fugat: flamma combu-
rit, sed nequaquam tenebras excutit.

*Berna. in
epi. 252.*

y Ob hoc inflexibilis & obstinatã mētis
malũ punitur æternaliter, licet tẽporaliter
perpetratum: quia quod breue fuit tẽpore
vel opere, longum esse constat in pertinaci
voluntate: ita vt si nunquã moretur,
nũquã velle peccare desineret. imò semper
uiuere vellet, vt semper peccare posset.

*Ber. de cõ-
sideratio-
ne.*

z Quid tam pœnale, quã semper velle,
quod nunquã erit, & semper nolle, quod
nunquã non erit.

*Chry. sup.
Mat. c. 1.*

a b Iustus est enim iniustũ iustẽ euadere,
quã iustũ iniustẽ punire: quia re? & si se-
mel euaserit, põt iterũ perire, innocẽs au-

*Chry. sup.
ill. Matt.*

tẽ, si semel perierit, iam nõ potest reuocari.

*6. Excinde
tur & in
ignem.*

a c Noui, quod plurimi solam pertime-
scant gehennam. ego autem illius gloriæ
amissionem multò amarius, quã ipsius
gehennæ dico esse supplicium. horribile
valde

valde quis ponit gehennas, nisi tale dicturus est, quale est à beatæ illius gloriæ honore expelli, & esse exosum Christo.

a d Quis putas tunc inæror erit, quæ tri- *Hug. li. 1.*
 stitia, quæ separabuntur impij à cõsortio san- *de anima.*
 ctorum, & à visione Dei, & traditi in ptate
 dæmonū ibūt cū ipsis in ignē æternū ibiqs
 semp erūt sine fine, in luctu & gemitu, vbi
 erit dolor intolerabilis, fœtor incõparabi-
 lis, timor horribilis, mors corpis & aīæ, si-
 ne spe veniæ & misericordiæ: vbi nec q̄ tor-
 quet, aliqñ fatigatur, nec q̄ torquetur, ali-
 quādo moritur: sed sic moriētur, vt semper
 viuunt, & sic viuunt, vt semper moriantur.

a e Iustè puniuntur, qui licitis abutuntur: *Hug. li. 2.*
 iustis verò puniuntur, qui aliena rapere *de anima.*
 conantur: sic Satanus cœlum, sic protopla-
 stus perdidit paradisum.

a f Occultā culpā sequitur aperta percussio, vt malis exterioribus interna puniātur, *Cass. sup.*
 & cor publicè corruat, qui latēter peccabat. *psal. Dixit in-*

a g Improbis autem pœna statuenda est. *sapiens.*
 nec verò minor his, qui secuti erunt alte- *Tull. de a-*
 rū, quàm his, qui fuerint impietatis duces. *micitia.*

a h Lento enim gradu ad vindictam sui *Val. lib. 1.*
 diuina procedit ira, & tarditatem supplicij *de memo-*
 grauitate pensat. *dictis.*

a i Satis pœnarum est potuisse puniri, gra *Seneca in*
 uis tamen pœna est, quæ pōst facti pœnitet. *prouer.*

Vide etiam in tit. Baptismus, f. g. Caro, g. Confessio, i. k. Correctio, c. q. c. r. c. x. d. a. Gaudiū, g. Gloria vana, z. Infernus. Hypocrisis, a. e. Labor, i. Lachryma, h. Lex, e. Pœnitentia, d. Timor, i. l. Tribulatio.

Pœnitentia.

- Augu. de ecc. dogm. c. 48.* a **P**œnitentia aboleri peccata indubitanter credimus, & in ultimo vitæ spiritu, si admissorum pœniteat.
- Aug. de 10. chordis.* b Melius est modica amaritudo in faucibus, quàm aternū tormentū in visceribus.
- Aug. 7. lib. de vit. a. gen. pœni.* c In tribunal mentis tuæ ascende contra te: & reum te constitue ante te. noli te ponere post te, ne Deus te ponat ante te.
- Aug. ibid.* d Nolite negligere, quòd vos pius Dominus peccantes sustinet: quia quantò diutius expectat vt emenderis, tantò grauius iudicabit, si neglexeritis.
- Augu. su. per psa. 5.* e Sunt multi, quos peccare non pudet. ò incredibile infania. de vulnere ipso non erubescis, & de ligatura vulneris erubescis. Nonne vulnus foetidum & putridum est? confuge ergo ad medicum: age pœnitentiā: dic, Iniquitatē meā ego agnosco, & peccatum meum contra me est semper. Tibi soli peccaui: quia tu solus sine peccato.
- Augu. su. per psal. 84.* f Iustitia de cælo prospexit tanquam Dei dicētis: Parcamus huic homini, quia ipse sibi non pepercit: agnoscamus, quia ipse agnoscit:

scit:

scit: conuersus est ad puniendum peccatum suum, conuertar & ego ad liberandum eū.

g Ad agendam pœnitentiã nō sufficit mori in melius cōmutare, & à malefactis recedere, nisi & de his, quæ facta sunt, satisfacias Deo per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium, cooperantibus eleemosynis.

Augu. in lib. de pœnitentia.

h Iugū meū leue est, & sarcina mea leuis. *Augu. sermo per psal.* hac sarcina nō est pondus onerati, sed alæ sunt volatori. habent enim & aues pennarum suarum sarcinas, & quidem portāt illas in terra: portantur ab illis in cœlum.

i Inanis est pœnitētia, quā sequens culpa coinquinat. nihil profunt lamenta, si replacentur peccata. Nihil valet à malis veniam postulare, & mala de nouo iterare.

Augu. in soliloquiis.

k Pœnitentia languores sanat, leprosos curat & mortuos suscitatur, sanitatem auget, gratiam conseruat, claudis gressum, aridis copiam, cæcis restituit visum. vitia fugat, virtutes exornat, mentē munit & roborat.

Augu. lib. de pœnit.

l Qui per pœnitētiã peccata diluit, angelicæ felicitatis consors in æternum erit.

Aug. li. de mira. facta.

m Si quis positus in extrema necessitate, suę aegritudinis voluerit accipere pœnitentiã, & accipit, & mox reconciliatur, &

Aug. ser. 36.

hinc vadit: fateor vobis, non illi negamus, quod perit: sed non præsumimus quòd be-

ne hinc exit. si securus hinc exit, ego nescio, pœnitentiã dare possemus, securitatem autem nō. Non quidē dico, damnabitur: sed nec dico, liberabitur. Vis ergo à dubio liberari: tene certum, & dimitte incertum. Age pœnitentiã, dum sanus es: si sic agis, dico tibi, quod securus es, quia pœnitentiã egisti eo tempore, quo peccare potuisti. Si vis agere pœnitentiã quãdo iam peccare nō potes, peccata te dimiserunt, non tu illa.

Aug. ibid. n Quia rogare illos nō delicti pœnitentiã, sed mortis vrgentis admonitio cōpellit: nec dignus est in morte accipere solatia, qui se non cogitavit moriturum.

Ibidem. o Quem enim morbus vrget, & pœna terret, ad verã vix veniet satisfactionẽ: maxime cum filij, quos illicitè dilexit, sint presentes: vxor & mundus ad se vocet. multos enim solet serotina pœnitentiã decipere.

Ambro. de David li. bro 1. p Peccauit David, quod solent reges, sed pœnitentiã gessit: fleuit, ingemuit, quod non solent reges: confessus est culpam, & obsecrauit indulgentiam.

Amb. ibid. q Quod David peccauit, conditionis est: quod supplicauit, correctionis. Lapsus communis, cōfessio specialis. In culpam itaque

Ambro. de incidisse naturæ est: dolere, virtutis.

Cain & Abel. li. 1. r Egressus malitiæ, virtutis operatur ingressum: eodẽque studio quo crimen ex-

auditur, innocentia copulatur.

¶ Qui pœnitentiam agit, paratus debet *Amb. lib. de Ioseph. c. 36.* esse ad opprobria perferenda, iniuriâsque subeundas: nec commoueri, si quis ei peccati sui crimen obiiciat.

¶ Nihil peccare, solius Dei est: emēdare, *Am. ep. 3.* sapientis & corrigere erratū, & pœnitentiā *ad Simpl. cianum.* agere de peccato: id tamen difficile est in hac vita homini. Quid enim tā rarū, quā vt inuenias virū, qui se ipsam coarguat, & factū cōdēnet suum? Rara itaq; confessio de peccō, rara pœnitentia, rara in hoībus verbū huius assertio. Repugnat enim natura, repugnat verecūdia. natura, quia omnes sub peccato. qui carnem gerit, culpæ obnoxius est. Ergo repugnat natura carnis & illecebrosa seculi, innocentiaē integritatīque. Repugnat etiam verecūdia, quia erubescit vnusquisque propriam culpam fateri, dum præsentia magis quā futura cogitat.

v Fidelior factus est Petrus, postquā si *Ambr. in dem se perdidisse defleuit: atque ideo ma- sermo. ad iorem gratiam reperit, quā amisit. vincula.*

x Quando sic pœnites, vt tibi amarum *Am. 7. quo sapiat in anima, quod ante dulce fuit in vi- dam ser. ta, & quod te prius oblectabat in corpore, ipsum te cruciat in corde, iam tunc bene ingemiscis ad Deum.*

y Amaritudinem radicis dulcedo pomi *Hic. super comp*

Mat. sup. compensat : pericula maris spe lucri delectant: *illud Pauli* etiam: dolorem medicinae spes salutis mirum termini *et* gat. Qui desiderat nucleum, frangit nucem, *credite* poenitentiamque agit, qui vult aeterno *euang. etc.* adherere bono. Praeconia Christi narrare possunt, qui ad palmam indulgentiae meruerunt peruenire.

Hic. 3. quo z Apud Deum non tam valet mensura *dans ser.* temporis, quam doloris, non abstinentia tantum ciborum, quam mortificatio vitiorum propter quod tempora poenitentiae pro fide & conuersatione poenitentium abbrevianda praecipuntur, & pro negligentia protelanda existimantur, quum pro quibusdam culpis modi poenitentiae sunt impositi.

Hic. 7. epi. a b Necessaria est poenitentia, quae aut *ad Susan.* aequet crimina, aut certe excedat.

Gre. mor. a c Quum mentem Deus ingreditur, constat proculdubio, quod mox poenitentiae gemitus sequatur, ut ei iam salubriter flere libeat, quae prius in iniquitatibus, flenda iocunditate gaudebat: sed quod vberius culpa flatur, eò altius agnitio veritatis attingitur: quia ad videndum lumen internae bonitatis polluta dudum conscientia, lachrymis baptizata renouatur.

Greg. ho. ad Apud misericordiae iudicem nec ille fal *29. super* lax habebitur, qui ad veritatem reuertitur, etiam *euangel.* postquam meretur. quia omnipotens Deus dum liben

libenter noſtram pœnitentiã ſuſcipit, ipſe iudicio, hoc quod errauimus, abſcondit.

a e Quot habuit in ſe oblectamenta, tot de ſe inuenit holocauſta. conuertit ad numerum virtutum, numerum criminum: vt euang. totum ſeruiret Deo in pœnitentia, quicquid ex ſe Deum contempſerat in culpa.

a f Qui mala, q̄ perpetravit, inſinuat, ſed flere, quæ inſinuarat, recuſat, quaſi ſubdumora. cœta veſte vulnus detegit, ſed torpente mente medicamentum vulneri non apponit.

a g Fit plerunque gratior Deo, amore ardens vita poſt culpam, quàm in ſecuritate torpens innocentia.

a h Quum in graui peccato miſer homo labitur: ſuadet ei diabolus, ne conſiteatur, peccatũ leue & modicũ in corde affirmat: miſericordiã prædicat, lōgum ſpatium vitæ promittit: permanere in peccato ſuggerit: vt ſic in contemptum Dei, & deſperationem ſui inducat, & pereat.

a i Vnuſquiſq; cōſciētia cōſenitur, vt tãtò maiora querat bonorũ lucra per pniã, quanto grauiora intulit damna per culpã. Facite fr̄.

a k Quẽ verè pœnitet, laborẽ pœnitentiæ non abhorret: ſed qcq̄ ſibi pro culpa, quam odit, iniungit, tacita cōſcientia amplectit.

a Deus & ſi pœnienti veniã ſponſondit, peccandi tamen craſtinum non promittit. Ibidem.

Quid

Ber. i ser. quodam. a m Quid nã maius miraculũ, quã tot iuuenes, tot adoleſcentes, tot nobiles, vniuerſi denique, quos hie video, velut in carcere aperto tenentur ſine vinculiſ: ſolo Dei timore cõfixi, quod in tãta afflictione perſeuerãt pœnitentiã ultra virtutẽ humanam, ſupra naturam, contra cõſuetudinem.

Ibidem. a n Equum indomitum flagella domãt, animam immitem contritio ſpiritus & aſiduitas lachrymarum.

Ibidem. a o Nuac laudãdi tempus eſt, nunc purificationem patet eſſe neceſſariam: quoniam nemo mundus à ſorde, nec infans, cuius vita eſt vnus dei ſuper terram.

Berna. in epist. 72. a p Quid leuius onere pœnitentiã, quod nõ ſolum nõ onerat, ſed & portat omnem, cui importandum imponitur? Mirum opus naturæ: vnde groceſſit materia, inde ſarcina leuigatur, & quantum creſcit in maſſa, tantum decreſcit in pondere.

Ber. i quodam ser. a q Qui perfectẽ ſenſerit onus peccati & animæ læſionem, aut parum ſentiet, aut ex toto non ſentiet corporis pœnam, nec reputabit, quo peccata nouerit deleri præterita, & caueri futura.

Ibidem. a r Fugite, inquit, de medio Babylonis, & ſaluate animas veſtras, & volate ad vrbes refugij: vbi poſitis & de præteritis agere pœnitentiã, & in præſenti obtinere gratiam

m, & futurā gloriā fiducialiter preſtolari.
 Nō vos retardet conſcientia, quia vbi pec-
 cata abundauerunt, ſuperabundare conſue-
 uit & gratia: nec pœnitentię aſteritas ipſa
 deterreat. Nec enim cōdignæ ſunt paſſio-
 nes huius temporis ad futuram gloriā, &
 præteritam culpā, quæ remittitur, nec ad
 præſentis gratiā cōſolationis, quæ immit-
 titur, nō ad futurā gloriā quæ promittitur.
 Si verbis nō creditis, operibus credite, exē-
 plis acquieſcite plurimorum. currit vadi-
 que peccatores ad pœnitentiā, & natura pa-
 riter & conſuetudine delicari. nil credenti-
 bus impoſſibile, nil amantibus difficile,
 nil aſperum mitibus, nil humilibus arduū
 reperitur: quibus & gratia ſit in auxilium,
 & obediēti deuotio lenit imperium.

aſ Si erramus paruā pœnitentiā im- *Chry. ſup.*
 ponendo, melius eſt de miſericordia Deo *il. Ma. 23.*
 rationem reddere, quā de aſteritate. vbi *Onera*
 enim pater familiās eſt largus diſpenſator, *grauia.*
 nō debet eſſe auarus. & ſi Deus benignus,
 vt quid ſacerdos aſterus?

a t Circa vitam tuam eſto aſterus, cir- *Ibidem.*
 ca aliorum benignus, audiant te homines
 parua mandantem, & graua facientem.

a v Nunq̄ ſpernit Deus pœnitentiā, ſi *Chr. in li.*
 ei ſyncerè & ſimpliciter offeratur, & ſi ad *de repara-*
 ſummum quis perueniat malorum, & inde *tione lap.*

tamen velit reuerti ad virtutis viam, suscipit libenter & amplectitur. Non enim temporis longitudine, sed affectus synce-
ritate pœnitudo pensatur.

Ibidem. a x Latro ille, qui pœdebat in cruce, non eguit prolixitate temporis, vt ingressum paradisi mereretur: sed tantum ei spaci) sufficit quantum expedi potuit, donec vnum posset proferre sermonem: ita vt intra vnũ momentum temporis totius vitæ sceleribus absolutus præcedere ad paradysum etiam apostolos mereretur.

Chry. ho. 32. super Mat. a y Non dolere quia peccaueris, magis indignari atque irasci facit Deũ, quàm illud peccatum, quod antè perpetraueras.

Chry. sup. ill. Matth. Alligant onera gra- uia. a z Tales sunt, qui graue pœdus veniẽtibus ad pœnitentiã ponũt: quia dicũt, & nõ faciũt. & sic dum pœna pœnitẽtiæ fugitur, pœna peccati futura contemnitur. Si enim fascem super humeros adolefcẽtis, quẽ non potest baiulare, posueris: necesse habet, vt aut fascem eiiciat, aut sub pondere cõfringatur: sic & homini cui graue pœdus pœnitentiæ imponis, necesse est, vt aut pœnitentiã reiiciat, aut suscipiens dum sufferre non potest, scandalizatus amplius peccet,

Ibidem. b a Clerici peccantes difficilè pœnitentiam agunt. erubescit enim aliquando fieri reus, qui semper fuerat iudex.

bc Nō est graue cadere luctātem, sed ia- *Chr. 7. epl.*
cere deiectum. Nō est perniciosum in præ- *ad Helio.*
lio vulnerari: sed post vulnus acceptū de- *monach.*
speratione curādi medelā vulneri denega-
re. Sape ēt athletas videmus post frequen-
tes lapsus, & deiectiones plurimas, coro-
natos. militē quoq; scimus post multas fu-
gas virū fortem fuisse, & vicissē victores.

bd Sicut in præceptis medicinæ medi- *Chryso. in*
camentum quidem multas herbas recipit, *quodā ser.*
vnā autem dominantissimā: sic in pœ-
nitentia elemosyna dominantior & po-
rentior est, & vnīuersum ipsa conficit.

be Qui aliquādo videt clericū citò pœ- *Chry. sup.*
nitentiā agentem, & si depræhensus humili- *Matth.*
liauerit se: non idē dolet, quia peccauerit,
sed cōfunditur, quia perdit gloriā suā.

bf Pœnitentia est medicamentum vul- *Isid. li. 3. de*
neris, spes salutis, per quā peccatores sal- *sum. bon.*
uantur, per quam Deus ad misericordiam
prouocatur: quę nō tempore pensatur, sed
profunditate luctus & lachrymarum. pœ-
nitentia autem non mensium ac tempo-
rum cursu pœna pensatur, sed pœna, qua
anima cruciatur, & mortificatur caro.

bg Iugum meū suaue est, & onus meū le- *Isid. super*
ue. Quid iugum Christi saui? quid onere le- *Matth.*
uius? a scelere abstinere, bonum velle, om-
nes amare, nullum odisse, æterna cōsequi,

præsentibus non capi, nolle infetre alteri, quod tibi perpeti sit molestum.

Hög. li. 3. de myste. ecclesia. b h Pœnitētia appellata quasi punitiō, eò, q̄ ipse homo in se pœnitendo punit, qd̄ malè admisit. Tria enim quæ sunt in percussione pectoris, idest pectus, sonus, & manus, significant, quod pœnitentia est de his, quæ mente, voce & opera peccauimus.

Cypri. de lau. pœni. b i O pœnitentia, quid de te noui referam? omnia ligata tu soluis, omnia clausa tu referas, omnia aduersa tu mitigas, omnia contrita tu sanas, omnia confusa tu lucidas, omnia desperata tu animas.

Cass. sup. psal. 6. b k Senario psalmodum personam pœnitentis aptauit, quia sexta die homo creatus, Christus pro peccatis crucifixus, in ipso die primus homo peccauit.

Cass. su. ill. psal. Pro nihilo sal. nos fac. b l Quid enim meruit latro vt sic parapsal. Pro disum velociter introiret? quid publican⁹, qui repente de templo absolutus exiuit? ipse dedit confessionis subitum votum, qui donauit, & præmium.

Pet. Chry sologus in quodã ser. b m Quis in seculo peccauit enormius Paulo? quis in religione grauius Petro? Illi tamen per pœnitentiã meruerunt assequi nō solum ministerium, sed etiã magisteriũ sanctitatis. memor igitur misericordix, quã filio prodigo reuertenti pater euangelicus legitur impendisse: & illud: Nolite ergo

ergo ante tēpus iudicare, quousque veniat Dominus, &c. nam multa sunt, quæ de iudicio Dei homines ignorant: quia fortasse quæ vos laudatis, ille reprehendet: & quæ vos reprehenditis, ille laudabit.

Vide etiā in ti. Abstinētia. m. n. o. r. x. Anima. p. Beatitudo. i. Caro. a. Cogitatio. g. Cōfessio & Contritio, & Conuersio, & Correctio. a. c. a. i. a. m. c. a. Crux. p. Desperatio. g. h. k. l. Eleemosyna. a. l. Error. i. Ira. a. o. Lachryma. a. b. d. i. l. Meritum. p. Mundus. v. Oratio. p. Peccatū. h. Pœna. d. Restitutio & Satisfactio & Tēpus. f. Tribulatio. a. k. Venia. a. b. h. r.

Perfectio.

a **A**ltior professio virtutis altiore debet tenere viam viuendi.

Glossa.

In plenitudine charitatis propriè præceptum illud impletur: diliges Dominum Deum &c. nā quū adhuc est aliquid carnalis cōcupiscentiæ, quod cōcipiendo frangitur, nō omnino ex tota aīa diligitur Deus.

Aug. in li. de perfec. iustitie.

b Cur nam præcipitur homini ista perfectio cū eam in hac vita nemo habeat? non enim rectè curritur, si quò currendum est, nesciatur: quomodo ergo sciretur, si nullis præceptis ostenderetur?

Ibidem.

c Si vis perfectus esse, tu qui perfectū te esse pollicitus es, quid aliud, q̄ perfectam sectatus es vitam? Perfectus autem seruus

Hic. in ep. ad Theop. monachū

Christi, nihil p̄ter Christū habet, aut si qd̄
p̄ter Christū habet, perfectus nō est, cū se
p̄fectē Deo sit pollicitus, aut mēit⁹ est. Os
aut̄ quod mēitur, occidit animā. Igitur vt
cōcludā, si p̄fectus es, cur bona paterna de-
sideras: si p̄fectus nō es, Dominū fefellisti.

Ibidem. d Vnde omnia &c. Nec hoc ad perfectio-
nem sufficit, nisi post contemptas diuitias
Saluatorem sequatur, id est relictis malis,
faciat bona. Facilius enim sacculus con-
temnitur quā voluntas.

Hic. 7^o epi. e Hæc est in omnibus sola perfectio, sug-
ad Theo. imperfectiōnis cognitio.

Gre. li. 4. f Plerūq; hi, quos iā perfectos homines
dialogor. æstimant, adhuc in oculis summi Opificis
aliquid habent imperfectiōnis. Sic sæpe
imperiti homines nedum perfectē sculpta
figilla conspicimus: & iam quasi perfectā
laudamus, quæ tamen adhuc artifex consi-
derat & limat: laudari iam audit, & tamen
ea tandem meliorando non desinit.

Gre. 3^o ho. g Tantò quisque perfectus est, quantò
perfectiūs sentit dolores alienos.

Gre. su. il. h Mōs altitudinē virtutū signat, ad quā
Genes. 19. angelus hortatur: qui nō viderit se posse cō-
In monte scēlere, meli⁹ est, vt in Segor, id est in par-
te saluum uula remaneat cōtētus laicali, & cōmuni
fab. vita, quā mōtem virtutis arripiat, & ad se-
cularia redeat. Est ciuitas hæc iuxta &c.

Iuxta

Iuxta dicitur & tamē ad salutem tuta: quia actiua vita est, nec à mūdi curis ex toto discretata, nec à gaudio æternæ salutis aliena.

i Onus oneri additur, & minus onerat, *Ber. in ep̃i*
& sic oneri grauissimo legis accedens qua *sto. 72.*
driga euangelij, & auxit perfectionem, &
minuit difficultatem. *Ber. i qua*

k Nemo perfectus est, qui perfectior esse *dam epi.*
non appetit. & eò perfectiorem quisque se
probat, quò ad maiorem tēdit perfectionē.

l Bonū acq̃rit gradū, qui bene ministra- *Ber. i ser.*
uerit: meliorē fortē, q̃ bene vacauerit deo:
optimū autē, qui perfectus est in utroque.

m Deo, à quo nos sum⁹ facti, reddamus, *Prosp. li. 3*
nec dominari nobis, ea, quibus sumus natu- *de vita cō*
raliter præpositi, permittamus. dominetur *templasi.*
vitiis ratio, subiiciatur corpus aīo, animus
Deo, & impleta est tota hoīs perfectio: vt
sicut viuentia vita carentibus, sensibilia nō
sentiētibus, immortalia mortalib⁹ ratioci-
nādo præponimus: ita bene viuendo volu-
ptuosus vtilia, vtilibus honesta, honestis
sancta, & sanctis oīa perfecta præferamus.

n Si vis perfectus esse &c. Ille, qui muta- *Orig. sup.*
uit pro diuitiis paupertatem, vt fieret per- *ill. Matt.*
fectus, non in ipso tempore, quo tradidit *20. c.*
bona sua pauperibus, fiebat omnino perfe-
ctus, sed ex illa die incepit speculatio Dei
adducere eum ad omnes virtutes.

Cyp. epif. 5. de orat. dominica. o Fiat volūtas tua. Voluntas Dei est, quā Christus & fecit, & docuit. humilitas in cōuersatione: stabilitas in fide: verecundia in verbis: in factis iustitia: in operibus misericordia: in moribus disciplina: iniuriam facere non nosse, & factam posse tolerare: cum fratribus pacem tenere: Deum toto corde diligere: amare in illo, quod pater est: timere, quod Dominus est. Christo nihil omnino præponere, quia nec nobis quicquam ille præposuit.

Abbas Moyses in collati. ni bus patrū collat. 5. p Ieiunia, vigilia, meditatio scripturarū, nuditas ac priuatio omnium facultatum, non perfectio, sed perfectionis instrumenta sunt: quia non in ipsis consistit disciplinæ finis, sed per illa peruenitur ad finem.

Colla. 6. q Sunt qui euangelicam perfectionem simulatè potius, quàm in veritate arripere volunt, eorum scilicet laudibus prouocati, qui vniuersis diuitiis mundi perfectam Christi præferunt nuditatem.

Abbas Io. in col. sua. r Miserum est cuiuslibet artis ac studij disciplinam quempiã profiteri, & ad perfectionem eius minimè peruenire.

Cast. li. 4. epistola rum epis tola 31. s Ad finē debet perducere, quæ prudentū intentio visa est suscepisse: quia sicut perfecta laudem pariunt, ita & vituperationem generant, quæ in mediis conatibus ægra deferuntur. Defectus enim rerū, aut consi-

lium

Hum tibus, aut vires arguit defuisse.

Vide etiam in tit. Anima. r. Cogitatio. d.
Dolor. c. Error. b. c. Exemplum. a. c. a. d. a. i.
Fauor. b. Fortitudo. q. Iustitia. r. Laus. a. c.
Meritū. e. Præsumptio. a. Relinquere. h. a.
La m. Sacerdos. a. e. Sanctitas. b. Scandalū.
a. Simplicitas. h. i. Christianus. a.

Periculum.

a **N**imiū præceps est, qui transire con- *Aug li. de*
tendit, vbi conspexerit alium ceci- *singulari*
dise. & vehementer infrænis est, cui non *tate cleri-*
incutitur timor alio pereunte. Amator *corum.*
autem est salutis suæ, qui & vitat alienæ
mortis incursum: & ipse est prouidus, qui
solicitus fit cladibus cæterorum.

b Non quisquam sibi proponat & dicat: *Aug. ibid.*
habere volo, quod vincam, hoc est dice-
re: viuere desidero, & volo sub ruina- *Ber i quo*

c Periclitatur castitas in delitiis, humi- *dam ser.*
litas in diuitiis, pietas in negotiis, veritas
in multiloquio, charitas in hoc mundo.

d Bona turpitudine est, quæ periculū vin- *Seneca in*
cat. citius inuenitur periculū, quā contēni- *proverbi*
tur, nūquā periculū sine periculo vincitur.

Vide etiā in tit. Cōfidentia. a. Misericor-
dia. b. Mors. b. z. Mundus. t. Prælatio. b. y.

Personerantia.

a **I**ncassum bonum agitur, si ante vitæ *Greg. li. i.*
terminū deferatur: quia frustra velo- *vor.*

citer currit, qui priusquam ad metas venerit, deficit.

*Ber. i qua
dam epif.* b Perseuerantia est vnica filia summi regis, finis virtutum, earumque consummatio, totiusque boni repositorium & virtus, sine qua nemo videbit Deum.

*Ber. in epi
sto. 129.* c Absq; perseuerantia nec qui pugnat, victoriū, nec palmā victor cōsequitur: vigor viriū, virtutū consummatio est. Nutrix est ad meritū, mediatrix ad præmium, soror est patientiæ, constantiæ filia, amica pacis, amicitiarū nodus, vnanimiatis vinculum, sanctitatis propugnaculum. Tolle perseuerantiā, nec obsequium mercedē habet, nec beneficiū gratiam, nec laudem fortitudo. Denique non qui incēperit, sed qui perseuerauerit vsque ad finem, hic saluus erit.

*Ber. in 2.
scr. i vigi.* d Bonā vitā ego puto, mala pati, & bona facere, & sic perseuerare vsq; ad mortem.

*Petr. &
Pau. apos.
Se. epi. 14.* e Perseuerandum est, & assiduo studio robur addendum, donec bona mens sit, & bona voluntas est.

Sen. epi. 1. f Turpe est cedere oneri, & luctari cum officio, quod semel recepisti. Non est vir fortis ac strenus, qui laborem fugit, nec crescit illi animus ipsa rerum difficultate.

Ibidem. g Nihil est quod non expugnet pertinax opera, & intenta ac diligens cura.

Se. ep. 65. h In excelsis est beata vita, sed perseuerant

rantia penetrabilis.

Petitio.

2 Q Vum aliquid aliquando tardius dat *August. de*
Deus, cōmendat dona, non negat. *verbis de.*

Desiderata diu dulcius obtinentur, citò au *cap. 1.*

tem data vilescunt. Pete, quære, insta: peten
do & quærendo crescas, vt capias. Seruat
tibi Deus, quod non vult citò dare, vt & tu
discas magna magis desiderare.

b Malè vsurus eo, quod vult accipere, *Augu. sup*
Deo potius miserâte non accipit. proinde *Io. c. 74.*

si hæc ab illo petuntur, vnde homo lēditur *Quodcū-*
exauditus, magis metuendum est, ne quod *que petie*
posset non dare propitius, det iratus. *ritu.*

c Sæpe vox nostra eò perficitur, quò dif- *Gre. libr.*
fertur. & quum superficietenus petitio ne- *mo.*

gligitur, vota nostra altius in cogitatio-
num radice solidantur: sicut & semina
messium gelu pressa solidantur: & quò ad
superficiem tardius exeunt, eò ad frugem
multipliciora consurgunt.

d Desideria vrique nostra dilatione ex- *Gre. ibid.*
tenduntur, vt proficiant, vt ad hoc quod

perceptura sunt, conualescant. excitantur
in certamine, vt maioribus cumulentur
præmiis. In retributione labor protrahi
tur pugna, vt crescat corona victoriæ.

e Quum is, qui displicet, ad interceden- *Gre. i pa*
dum mittitur, irati animus ad deteriora *storal.*
prouocatur.

Ifid lib. 3. f Non impetrat à Deo bonū, quòd pofcit,
de firm. bo. qui eius legi non obedit. Si enim id quod
 Deus præcepit, facimus, id quod petimus,
 fine dubio obtinebimus.

Chryf. fup g Petentis negligentia reprehenditur,
Matt. Pe- ubi de dantis mifericordia non dubitatur.
tite et ac. h Supplicatio eft, quando defiderium

Hug. de fã mentis cū magna deuotione exprimitur.
Etò Vãto. i Iuftum eft, vt iugiter rogetur, qui fi non
Caf. fup petatur, offenditur.

psal. Fac k Honestius eft rem negare: quàm lon-
gũ fer. tuo. gos terminos dare: quia minùs decipitur.

O c. Caf. cui celeriter negatur. vnde res ad multam
in quadã instantiam exhibita, cara videtur emptori.
epifto. m Qui timidè rogat, docet negare.

Seneca. n Nil peras quod negaturus fuifti, nil

Ibidem. negabis quod petiturus fuifti.

Sec. i pro- o Ingenuitatē lædes, cū indignum ro-
nerb. ges. Negat fibi ipfe, qui quod difficile eft,
 petit. Petenti autoritas datur, quum credit
 dominum præftare poffe quod petitur.

Vide etiã in tit. Adiutorium. k. Amicitia.
 b. d. Beneficentia. a. p. Clericus. b. Contri-
 tio. h. diuitia. b. r. Manus. b. e. Oratio. b. a.

Philofophus.

Aug. li. 2. a SI quæ vera philofophi dixerunt, ab
de doctri. Seis funt tanquã ab iniuftis poffello-
Chrifti. ribus vendicanda in vsum nostrum.

Aug. in li. b Non eft religio à Philofophis quæren-
 da

d, qui eadem sacra recipiebant cum popu- *de vera ve*
 lis, & de suorum deorum natura ac sum- *ligio.*
 mo bono, diuersas contrariásque sentétias
 in scholis personabant.

c Philosophi eò damnabilius colebant *Aug. li. 6.*
 idóla, quò illa quæ mendaciter agebant, sic *de ciuitate*
 agerent, vt cum populo veraciter agere exi *Dei.*
 stimarentur.

d Qui de mensa & vino regis noluerunt *Hic. super*
 comedere, ne polluerentur, si sapientiam *Danielé.*
 atque doctrinam Babyloniorum scirent
 esse peccatum, nunquàm acquiescerent di-
 scere, quod non licebat.

e Res si quidem monstruosa est, Philoso- *Chry. li. 1.*
 phus curialis: & dum vtrunq; esse affectat, *de nugis*
 neutrum est, eò quòd curia philosophiam *curialium*
 excludit, & ineptias curiales philosophus *& vesti-*
 vsquequaue non recipit. *gys philo-*

f Quicumq; scientiã contingere cupit, si *sophorù.*
 relicta veritate artium, reliquis se impli- *Hug. 7 di-*
 care voluerit, materiam laboris, vt ita di- *dascal. li. 3*
 cam, infinitam plurimámque inueniet, &
 fructũ exiguum: quapropter mihi videtur
 primùm operam dandam esse artibus, vbi
 fundamenta sunt omniũ, & pura simpléx-
 que veritas aperitur. & ideò errát, qui reli-
 ctis artibus, quasdam sibi scientias eligunt,
 in quibus se posse fieri perfectos putant.

g In philosophis. n. fuit venerabilis ima- *Hug. ibi. 2*

go virtutis, dū sine fide & dilectione virtutis substantia esse nō possit. & vtinam, inquit, inueniatur in nobis, q̄ virtutis imaginem teneat. Quis enim umbras virtutum induit, quibus videmus floruisse gentiles? Quis enim Themistoclis diligentia, Frontois grauitatē, Socratis continentia, Fabricij fidē, pudicitia Scipions, longanimitatē Vlysis, Catonis pietatē imitatur? qui quasi quædā seculorū suorum sydera splenderunt, tempora sua illustrantes? Sed quia Christū nō cognouerūt, in cogitationibus suis superbia tumescentes, vera humilitate carentes, humanam gloriam appetentes, & seipos esse sapientes æstimantes & dicentes, stulti facti sunt: ad Romanos.

Ibidē, & h O felicia antiquorū tempora, in quibus scribit A= ipsi imperatores mundū regentes seipos *lexan. de* philosophiæ dederunt vt patuit de Alexandro Macedone, de Iulio Cæsare, de Ptolemaeo rege. Cuiuslibet enim regni gloria creuit in immensum, quandiu artium liberalium studia in ipso floruerunt. Victoria enim militiæ, & gloria, & philosophia simul creuerunt. Et meritō, quia philosophia vera docet iustē & rectē regnare. Per me enim reges regnant, ait Sapientia.

Cass. sup i Pisces fortasse philosophos vocat, qui *illud psal.* huius mundi naturam erratica curiositate pertra

pertractant. nam sicut illi posita fronte iri *Volucres*
 nera sibi resecant, pelagi inundatione con *cali & p̄*
 fusa: ita & isti capite demisso venas rerum *scēs ma*
 ratione humana assiduo labore perquirūt. *ris.*

k Astrologiā sacrilegā summa intētio = *Cass. sup*
 ne fugiamus, quam etiam nobilium philo- *psal. 70.*
 sophorum iudicia damnauerunt.

l Vbi se in Astrologiæ partem labilis er- *Cass. sup*
 ror infuderit, & vitas mortalium decursu *illud psal.*
 stellarū putauerit colligendas, tunc abomi *Appropin*
 nandi, tunc potius cæci, quum se *æstimant*
 præuidere, quæ Creator nobis vtiliter de- *quāti sibi.*
 creuit abscondere.

m Philosophia est disciplina, omnium re *Tul. in li.*
 rum diuinarum & humanarum rationes *de viuet*
 inuestigans. *salit.*

n O Philosophia dux vitæ, ô virtutis in- *Tull. ibid.*
 dagatrix expultrixq; vitiorū: tu inuentrix
 legū, tu magistra morū & disciplinæ fuisti.

o Epitet⁹ Philosoph⁹ aiebat, literas atq; *Aul. Gel.*
 doctrinas philosophiæ, cū in hominem fal *lib. 17.*
 sum atq; degenerē tanquam in vas impu-
 rū atq; pollutū influxissent, veterari, mu-
 tari, corrūpi, & ruinā fieri. & inquit tandē,
 nonnullos pecuniæ cupidos, gloriæ ille-
 ctos, libidinū seruos, vt cum qualitate pu-
 gnet oratio. Reprehensibile enim apud
 philosophos fuit, profiteri vitam philoso-
 phicā, & tamē non viuere secundum eam.

Ibid. lib. I. p Nomen philosophi à Pythagora ortū
Etymol. habuit, qui interrogatus quid profiteretur,
 verecundo nomine φιλόσοφος id est ama-
 torē sapiētiae se esse respōdit. quā sapiētem
 profiteri arrogatissimū videbatur: ita dein-
 ceptis posteris placuit, vt quātumcunq; quis
 sibi vel aliis in sapientia excellere videretur,
 non nisi philosophus vocaretur.

Sene. epis. q Nunquā intantum conualescet ne-
 14. quitia, nunquam sic contra virtutes coniu-
 rabitur, vt non philosophiæ nomen vene-
 rabile & sacrum maneat.

Sene. epis. r Tandiu liberalibus artibus immoran-
 17. dum est, quādiu animus agere melius non
 potest. rudimenta sunt, non opera. sunt au-
 tem liberalia dicta, quia libero digna.

Se. epis. 18 t Sic discamus, vt quæ fuerunt verba, sint
 opa. Nullos autē peius mereri de omnib⁹
 mortalib⁹ iudico, q̄ qui philosophiā, velut
 quoddā artificiū venale discernunt: qui ali-
 ter viuunt, quā viuendū esse præcipiunt.

Ibidem. u Vtinā quēadmodū vniuersa mūdi facies
 in conspectū venit, ita philosophia toto no-
 bis possit occurrere similimū mundo spe-
 ctaculum. profectò oēs mortales in admi-
 rationē sui raperet, relictis his, quæ nunc
 magna magnorum ignorantia credimus.

Sene. epis. x Facere docet philosophia, non dice-
 20. re. & hoc exigit, vt ad legem suam quisque

vivat, ne orat' omni vita dissentiat, vt verbis
opera concordent.

y Hoc enim turpissimum est, quod nobis *Sene. epis*
obiici solet: Verba philosophiæ, non ope- *sto. 24.*
ra nostractare.

Vide etiam in tit. Curiositas. a b. a. i. a. l.
a q. Doctrina. a m. Fides. l. Paupertas. a m.
Relinquere. m. Studium. a m.

Pietas.

a **P**enes Deū nec pietas sine iustitia est, *Pe. Chry.*
neque sine pietate iustitia, nec sine *i ser. 145.*
pietate cœlesti sensus, sine bonitate æqui- *de geneo*
tas, sine æquitate bonitas non habetur. *ra. Chri-*
Virtutes si separatæ sunt, dilabuntur. Aequi- *sti.*
tas sine bonitate, sæuitia est, & iustitia
sine pietate, crudelitas est.

b Pietas amica parentibus, grata Deo, *Amb. sup*
dominum conciliat, necessitudines fouer: *Beati im-*
Dei cultura, merces parentum, filiorum sti *maculati.*
pendium. Pietas inquam, iustorum tribu-
nal, egenorum portus, miserorum suffra-
gium, indulgentia peccatorum.

c Sæpe flectit humilitas, quod nec virtus *Am. i qua*
potuit superare, nec ratio. *dans epi-*

d Necessitudini generis diuine religionis *Amb. i li.*
pietas antefertur. Nulla em̄ merces Deo. *de viduis.*
melior, q̄ ea, quæ habet pietatis munera.

e Volens discipulus reuerti domū, & suis *Hie. i epi.*
omnia renuntiare, magistri voce prohi- *Ad Marei.*
betur

betur. sepultura patri non datur, & pietatis genus est, impium esse pro domino.

Hic. Epi. ad Paulū. f Clades in suos, pietas in Deū est. Nemo pietatē debet anteferre religioni. q̄ amat filiū aut filiā super me, non est me dignus.

Ibidem. g Ordinate in me charitatem. In canticis. Rectus ordo est, post Deum, amare patrem & amicos. Si tamen necessitas venit, vt vtrunque seruari non possit, odium in suos, pietas est in Deum.

Gre. libr. mo. h Ille bene agit, q̄ pia sunt, q̄ scit prius seruare, q̄ iusta sunt: vt collat⁹ in proximos riuus misericordiæ de iustitiæ fonte ducat.

Ibidem. i Sunt nōnulli, q̄ pietatis suæ viscera tendere vsq; ad incognitos nesciunt, sed solū, quos per assiduitatē notitiæ didicerunt, miserentur: apud quos plus familiaritas q̄ natura valet, dū quibusdā necessaria, nō quia homines, sed quia noti sunt, largiuntur.

Gre. ibid. k Beneficiū debet exhiberi per pietatē, & bonū verbum tribui per humilitatem.

Gr i qua dam ho. l Pensemus, si possumus, dispensationem supernæ pietatis: stātibus, si ceciderint, minatur pœnam: lapsis verò, vt surgere appetant, promittit misericordiam. considerantes nanque quòd iustus est, nolite negligere peccata vestra. considerantes quòd pius est, nolite desperare.

Gre. libr. mo. m Nulla est scientia, si vtilitatem pietatis

vis non habet. & valde inutilis est pietas,
si scientiæ discretione caret.

n O clementissima pietas, quæ non sua *Ber i qua*
desinit largiri beneficia, nō solum vbi nul- *dame pi.*
lum inuenit meritum, sed plurimū etiam,
vbi totum videtur contrarium.

o Pietas est ex benignæ mentis dulcedi- *Hugo i li.*
ne grata omnibus auxiliatrix, affectio, & *de clau. a-*
diuini cultus religiosa deuotio. *nima.*

p Hæc. n. est pfecta pietas, quæ antè, q̄ se *Cass. li. 4.*
statut precib⁹, nouit cōsiderare fatigatos. *epist.*

q Pietas est, per quam sanguine iunctis *Tullius in*
patria que beneuolis officium, & diligens *sua rheto.*
tribuitur cultus.

r Eximia ciconiis inest pietas. nam quan- *Solinus in*
tū temporis impenderunt fœtibus educan- *lib. de mi-*
dis, tātum & ipsæ à pullis inuicem aluntur. *ra. mun.*

l Leonum clementiæ indicia multa sunt, *Solin⁹ ibi.*
prostratis parcūt, in viros potius, q̄ in fœ-
minas sæuiūt, infantes nō nisi magna fame
perimunt, nec à misericordia superantur.

Vide etiā in tit. Beneficentia, f. Charitas,
m. Compassio. Deuotio, l. Eleemosyna, b.
Misericordia. Relinquere, g. l. *Potestas.*

a **A** Crius diuitibus, quàm pauperib⁹
inuidet, & nō inopes, sed locuple- *Aug. li. de*
tes inquietat infestatio sæua latronū. Plus *sing. cler.*
duces & principes, q̄ milites ab hostib⁹ ap-
petūtur in pugna, & violētius propulsantur

ventis & turbinibus culmina quæcūq; sunt
altiora. idcirco magnopere, quò plus cæteris
vniuersisque pot, sciat esse sibi metuendum.

Augu. 1b. *3. de tri-*
una. **b** Optandum est itaque, vt potestas non
detur nisi cõtra vitium: propter quæ vincen-
da potètes nolunt esse homines, & volunt
propter vincendos homines. vt quid hoc
nisi vt verè victi, falsò vincant: nec sic sint
veritate, sed opinione victores. Hanc igitur
potentiam planè optet vnusquisque at-
que appetat, vt potens sit in seipso, & mira-
modo aduersus seipsum pro seipso.

Greg. lib.
moral. **c** Quauis quolibet in loco positi, cogi-
tando, loquendo, agendo peccemus, tunc
tamen per tria hæc animus effrænacius ca-
pitur, quam mūdi huius prosperitate suble-
uatur. nam quum præire potestate se cæte-
ros cõspicit, & quum auctoritati vocis à nul-
lo resistitur, lingua licètius per abrupta dis-
frænatur: quumque facere quodlibet licet,
iuste sibi omne æstimat licere quodlibet.

Gre. mor. **d** Cogitatio si assiduè mentem excoquit,
nem superbiæ tumore premit, & ptatè ac-
ceptam nõ honorè, sed onus æstimari facit.

Greg. 1b. **e** Potestas nanque quum habetur, & co-
gitanda est ad vtilitatem, & dissimulanda
propter timorem: quatenus qui vtitur, vt
prodesse debeat, posse se nesciat.

Greg. 1b. **f** Tunc solū potestas bene geritur, quum
non

nō amando, sed timendo retinetur, quæ ut *mora*
ministrari rectè valeat, oportet primum, ut
hanc nō cupiditas, sed necessitas imponat.

g Bona est ordine suo potentia, sed cun- *Greg. ibi.*
ctâ regentis indiget vita.

h Summū in regib⁹ bonū est, iustitiā cole: *Grego. in*
re, ac sua vnicuique iura seruare, & in sub- *reg.*
iectos nō seruire, nō sinere quòd potestatis
est fieri, sed quod æquum est, custodiri.

i Beatus David ita erat in potestate posi- *Chry. i li.*
tus, tanquā omnibus ipse esset subiectus, & *de compū*
in folio regali erat, ut vincētus in carcere, *et tione cor*
& in purpura quasi in cilicio iacebat cinere *dis.*

cōspersus & corde cōpunctus. Aula regalis
erat ei tanquam eremi vastissima solitudo.

k Qui potestatem nō cupit adipisci, nec *Chr. i suo*
ereptionē utiq; ei⁹ veretur: atq; nō metuēs *dialogo*
cūcta, quæ cum ea fiducia & libertate, quæ *lib. 3.*
Christiano conuenit, exequetur. nam qui
metuunt, & ne deponantur tremunt, ama-
ram sustinent seruitutem, & quæ malis re-
dunder innumeris: atque tam Deum, quàm
homines frequenter coguntur offendere.

l Sicut potentes potenter tormenta patiū *Chry. lib.*
tur, sic & iustitiæ præmiis fruētur plenius, *de curia*
si rectè exercuerint potestatem: & tantam *nugis.*
in futuro præ subditis habebunt gloriam,
quanta virtute eos, in magna delinquendi
licentia, præcesserunt.

Chry. sup. Mat. c. 2. **n** Semper enim grandis potestas maiori timori subiecta est. sicut ramum arborum in excelso positarum, etiam si leuis aura flauerit mouet: sic & sublimes in culmine dignitatum existētes, etiam leuis nūtij fama conturbat: humiles autē sicut in conualle plurimūmque in tranquillitate consistunt.

Leo papa in quadā epist. **n** Principatus quē aut seditio extorsit, aut ambitio occupauerit, etiam si moribus atque actibus non offenderit, in ipsius tamē initij sui exemplo est semper vitiosus: & difficile est, ut bono peragatur exitu, quę malo inchoata sunt principio.

Tullius in sua rheto. **p** Potentia est ad sua cōseruanda, & alterius obtinenda, ideo nearum rerū facultas.

Pet. Chrysologus in quodam ser. **q** Potentia Domini non minor est in rebus igno potentissimo cōferendo, quā in tugurio pauperis euertendo. Quis enim in Græcia potentior fuit Alexandro? ei tamē successisse legitur non suus, sed saltatricis filius. successorem Iulio Cæsari fecit adoptio, non natura. Cæsareæ domus totum rege, & reuolue progressum, & inuenies quæ breui perit memoria eorum, & ad inferos descendentes, quoniam à se scientiā Domini repulerūt, & ipsi repulsi sunt: eīsq; Herodes, aut ignoti, aut extranei successerunt.

Boë. de cōsola. lib. 2. **r** Si ipsis dignitatibus ac potestatibus insolens esset aliquid naturalis ac propriij boni, nūquam

quàm pessimis prouenirent. Neque enim sibi solent aduersa sociari. natura respuit, vt cōtraria quæque iungātur. Itaq; cū pessimos plerūque dignitatibus fungi dubiū non sit, illud etiam liquet, natura sui bona non esse, quæ se pessimis hæere patiūtur.

f Infeliciores esse necesse est malos, cupi- *Boë. de cō*
ta quū perfecerint, quàm si ea, quæ cupiunt, *sola. lib. 4.*
implere non possent. Nam si miserum est
uoluisse praua, potuisse, miserius est.

t Princeps debet esse sermone affabilis, *Seneca de*
accessu facilis, vultu quo maximè populos *clementia*
demulcet, amabilis, æquis propensus, ini- *ad Nero-*
quis acerbus. Talis, inquit, à tota ciuitate *nam.*
amatur, defenditur, colitur. hic princeps
beneficio suo tutus nil præidiis eget, arma,
ornamenta animi pro se habet.

x Regnantibus multò peius periculum *Sen. lib. de*
est, quàm his qui iudicantur. hi enim singu- *moribus.*
los timent, illi vniuersos.

Plato cū vidisset Dionysium tyrannum *Ibidem*
corporis sui custodibus septum, quid tan-
tum mali, ait, fecisti, vt ita à multis custo-
diaris?

Vide etiam in ti. Ambitio & Apostoli, c. a.
Diuitiæ, c. f. Electio, c. e. f. n. Exactio & Ex-
cōmunicatio, b. Exēplū, a c. Hypocrisis, b.
c. Prælatio, y. Rapina, c. d. Regimen, e. y. a f.
Stultitia, a. Superbia, a. d. Voluntas, a. q.

Prædestinatio, siue providentia diuina.

Aug. li. de prædesti- natione sancto. a **P**rædestinatio, est diuinę voluntatis per gratiam electio.

Aug. li. 3. de li. arb. b Sicut tu memoria tua, non cogis facta esse, quę præterierunt, sic Deus præscientia sua non cogit facienda, quę sunt futura.

Aug. de prædesti- natione sancto. c Prædestinatorū ita certus est numerus, ut nec addatur eis quisquam, nec minuatur ex eis. Tene ergo, quod habes, ne alius accipiat coronā tuam. Si enim alius nō est accepturus, nisi iste perdidit, cert⁹ est numer⁹.

Aug. li. de prædesti- natione sancto. d Prædestinatio Dei multis est causa standi, nemini est causa labendi.

Aug. li. 3. de li. arb. e Sicut tu quædā, quę fecisti, meministi, nec tamen, quę meministi, omnia fecisti: ita Deus omnia, quorum ipse est actor, præscit: nec tamen omnium, quę præscit, ipse actor est. quorum autē non est malis actor, iustus est vltor.

Aug. sup. Ioan. ho. 27. f Nemo venit nisi trahens. quare illū trahat, & illum nō trahat, noli velle iudicare, si nō vis errare. Semel accipe & intellige. Nondū traheris: ora, ut traharis. Ramū viridē ostendis oui, & trahis illā. Nuces puero demonstrantur & trahitur, & quō currit, trahitur. amando trahitur, sine lęione corporis trahitur, cordis vinculo trahitur.

Grego. in dialo. g Præscientia est vnāquanque rem antē, quā veniat videre, & id, quod futurū est, priusq

priusquam præfens sit, præuidere.

h Obtineri nequaquam possunt, quæ prædestinata nõ fuerant: sed ea, quæ san-
cti vii orando efficiunt: ita prædestinata sunt, vt
precibus obtineant. nam ipsa quoque per-
ennis regni prædestinatio ita est ab omni-
potenti Deo disposita, vt ad hoc electi ex
labore perueniant: quatenus postulando
mereantur accipere, quod eis omnipotens
Deus ante secula disposuit donare.

i Præfixi dies singulis ab æterna Dei præ-
sciētia, nec augeri pñt, nec minui: nisi cõtin-
gat, vt ita præsciantur, vt aut optimis operi-
bus longiores fiāt, aut pessimis breuiores.

k Prouidentia Dei ita omnia disposuit, q̄
nihil otiosum remansit. Malitiã non fecit,
tamen ab aliis inuentam prohibere
possit, non prohibet. Si enim malitia non
esset, virtus contrarium non haberet, nec
claresceret, nec examinatio fieret, nõ pro-
bata verò, nec examinata, virtus esset.

l Tolle malitiã fratrum Ioseph & inuidiã,
simul perimes dispensationẽ Dei, & quæ in
Aegypto pro salute oĩm gentiũ gesta sunt.
Si Ioseph nõ veditur, somniũ Pharaonis nõ
exponitur, nemo frumẽta in Aegypto con-
gregabit: peribit Aegyptus & finitimæ re-
giones, & ipse Israël, & semẽ ei⁹ quærẽs pa-
nẽ, Aegyptũ nõ ingreditur, nec egredietur

in mirabilibus Dei, nec fient virtutes, quas fecit per Moysen & Aaron: nemo mare rubrum sicco pede transibit, nō dabitur manna, neque aqua de petra, nec lex in monte Sinai, terrā promissionis nullus intrabit.

Origi. ibi. m Tolle regis Balaac malitiam, & nusquam erunt prophetæ Balaā. aufer malitiā Iudæ, & proditiōē auferes pariter & crucē Xpi & passiōē. Si nō fuisset mors Christi, nec resurrectio eius, nec aliquis primogenitus ex mortuis, nec spes resurrectionis.

Ibidem. n Tolle astutias diaboli, nec erit corona victoriæ legitimè certati: si desint obistentes, non erunt agones, nec victoribus munera parantur. Non solum ergo bonis vitur Deus ad opus bonum, sed etiam malis. Sunt vasa ad honorem, sunt ad contumeliam, utraque tamen necessaria.

Caß. sup. o Persecutionibus crebris vitur, ut citò
psal. 79. prædestinatorum numerus impleatur.

Vide etiā in tit. Ingratitudo, c. Homo, f. g. Malitia, a. Pœnitentia, d. Remuneratio, a.

Prædicatio.

Augu. sup. a **S**ic debet esse sermo Dei fidelibus,
per Ioan. tanquam pisci hamus. tūc capit, quādo capitur, & reti & hamo piscatur perfectus, sed reti turba concluditur, hamo singularis eligitur.

Augu. de b In doctrina, sacrae scripturae autoritate debet

debet episcopus praeferre, nō seculariū lite *vita cler*
rarum peritiam ostētare. Nō enim episco-
pi est officium, Grammaticam exponere,
nec laudes Iouis personent ora pontificis.

c Frequenter in longum protractus ser- *Augu. de*
mo, caret intelligentia. *doc. Chri-*

d Ad panē vētris cū labore puenitur, quā *stiana.*
rō magis ad panem mētis statis, & auditis? *Augu. suo*
Laborat ne moriat homo moriturus, & nō *per Ioan.*
laborat ne peccet homo in eternū victur⁹?

e Eos dicit Dominus furari verba sua, qui *Augu. de*
boni volunt videri, loquēdo quae Dei sunt, *doc. Chri-*
cū mali sūt, faciendo quae sua sunt. *stiana.*

f Prædicator labore, vt intelligenter, vt *Aug. li. 4.*
libenter, vt obedienter audiatur. & hoc se *de doctri.*
posse magis pietate orationum, quā ora- *Christia-*
toris facultate nō dubitet, vt orando pro se *na.*

ac pro illis, quos est allocutur⁹, sit pri⁹ ora-
tor, antequā doctōr, & ipsa hora accedēs
prius, quā exerat proferentem linguam,
ad Deum leuet animam sitiētē, vt iuctet *Am. super*
quod biberit, vel quod impleuerit fundat. *Lucam.*

g Aperi os tuum, sed prius vt aperiāt im- *Am. super*
plora. Vita enim verbū erigit, & acquirit, *illud 1. ad*
sermo enim sine vita, non est Dei sermo. *Corint. 4.*

i Liberē enim & sine adulatione verita- *Vos nobis*
tem prædicantes, & gesta prauae vitæ ar- *les, & nos*
guentes gratiā non habent apud homines. *ignobiles.*

k Qualis debet esse, q̄ euangelizat regnū *Amb. sup.*

Ilud. Luc. Dei, præceptis euangelicis designatur. hoc
 10. Nihil est, ut subdij secularis adminicula non re
 tuleritis i gratiæ fidei: quia totus Deo inherēs putet, quo.
 via &c. minus ista regat, magi, posse suppetere.

Hic. super I Ois doctōr, qui auctoritatē scripturarū,
 illud Vinū per quā potest audiētes corrigere, vertit ad
 tuū mistū gratiam, & ita loquitur, ut nō corrigat, sed
 est aqua. delectet audientes, vinum sanctarum scri
 pturarū violat, atque suo corrumpit sensu.

Hic. super m Qui speculator Dei futurus est, multo
 Exe. lib. i. tempore debet quiescere, & dolere ea, quæ
 videt: nihilque habere in conscientia, quod
 in aliis correcturus est.

Hic. ibi. Si n Maguū discrimen est, Dei tacere sermo
 dicēte me nes ob triplicē causam, vel propter timorē,
 ad impiū. vel propter pigritiā, vel ppter adulationē.

Hic. super o Notandū est, q̄ dicūtur verba sapientū
 illud eccl. pungere, non palpare, nec molli manu at
 Verba sa- trahere lachrymam, sed errantibus tardis
 pientum pœnitentiæ dolores & vulnus infigere. Si

quasi stri cui⁹ igit sermo nō pūgit, sed oblectationē
 muli. facit audiētibus, iste sermo nō est sapiens.

Hic. i. epi. p Delicata doctrina est pugnāti ictus di
 ad Nepos. stare de muro, & cum ipse vnguentis deli
 butus sit, cruentū militē accusare libidinis.

Hic. i. ep. q Non cōfundant opera sermonē tuum,
 eadem. ne quum in ecclesia loqueris, tacitus quili
 bet respondeat: cur ergo quæ dicit, ipse non
 facit? Delicatus magister est, qui pleno

ventre

ventre de ieiuniis disputat. accusare auaritiam & latro potest : sacerdotis Christi os, mens manúsque concordent.

r Sermo presbyteri nisi lectiōe scriptura *Ibidem.*
tū cōdiatur, verba voluit celeritate dicēdi.

f Omne quod non ædificat audientes, in *Hie. 7 qua-*
periculum vertitur audientium. *dam epi.*

t Si iniquitas bene dispensata vertitur in *Ibidem.*
iusticiam, quantò magis sermo diuinus in
quo nulla est iniquitas, qui apostolis est
creditus, si bene fuerit dispensatus, dispen-
satores suos leuabit ad cælum?

v Vt lixiuium per cinerem humidam *Ibidem.*
fluens, lauat & non lauatur: ita bona doctri-
na per malum doctorem animas creden-
tium lauat à sorde peccatorum.

x Fructus etenim terrę absq; pecunia co- *Grego. in*
medere, est ex ecclesia quidē sumptus acci- *mo. expo-*
pere, sed eidē ecclesiæ pradicationis pre- *nens illud*
tium nō præbere. Terrę igitur fruct⁹ absque *Iob. Si fru-*
pecunia comedit, qui ecclesiæ cōmoda ad *ctus ten-*
vsum corporis percipit, sed exhortationis *ra comedi-*
ministerium non impendit. Quid ad hoc *absq; pec-*
nos pastores dicimus? qui aduentū districti
iudicis præcurrentes, officium quidem præ-
conis suscepimus, sed alimēta ecclesiastica
muri manducamus? exigimus quod nostro
debetur corpori, sed non impēdimus quod
subiectorum debemus cordi.

Greg. sup y Vita prædicantium sonat & ardet: ar-
Exe. ho. 3. det desiderio, sonat verbo. Aes ergo candēs
 est prædicatio accensa, sed de candenti ære
 scintillæ prodeunt: quia de eorum exhorta-
 tionibus verba flammãtia ad aures audien-
 tium procedunt. Rectè ergo prædicatorum
 verba scintillæ appellata sunt: quia eos,
 quos in corde tetigerint, incendunt.

Gre. ibid. z Sermo dulcedinem non habet, quem
hom. 10. vita reprobã infra conscientiam remordet.
 unde necesse est, vt qui verba Dei loquitur,
 priùs studeat scire qualiter viuat, vt post ex
 vita colligat, quæ & qualiter dicat.

Ibidem. a b Ad prædicandum nanque plus con-
 scientia sancti amoris edificat, quàm exer-
 citatio sermonis. Qui enim vitã suam in-
 teriùs pensat, & exemplo suo foris admo-
 nendo alios ædificat, quasi in corde linguæ
 calamum tingit in eo, quod manu verbi
 proximis exteriùs scribit.

Gre. hom. a c Ille sermo ab audiente libenter acci-
II. super pitur, qui à prædicante cū cõpassione ani-
Exec. mi profertur. Ille loqui veraciter nouit,
 qui priùs benefacere didicit: & tunc verbi
 semen germinat, quando hoc in audientis

Ibi. Nasus pectore pietas prædicantis rigat.
tutus sicut a d Prædicatoris vita semper in alto de-
turris Li. bet fixa permanere, vt more narium discer-
bani. nat fœtores vitiorum odorésque virtutum.

a e Nisi spiritus sanctus adsit cordi audientis, otiosus est sermo doctoris. Nemo ergo docenti homini tribuat, quod ex ore docentis intelligit: quia nisi intus sit qui doceat, doctoris lingua exterius in vacuum laborat. *Greg. ho. 30. super euangelia.*

a f Perditicile negotium est in multitudi- ne permixta atque diuersa, ubi aetas & instructio varia est, de talibus disputatem, & in apolo- velut multarum chordarum quandam cy- tharam ferientem, inuenire, & proferre- aptum ad omnes predicationis verbum, & ita velut plectrum singulis admouere, ut nusquam sonus offendant auditum. *Gre. Na- zanzenus in apolo- ge.*

a g Mundari prius oportet, & sic alios mundare: sapientem prius fieri, & sic alios facere sapientes: lumen fieri, & sic alios illuminare: ad Deum accedere: & alios ad Deum adducere: sanctificari, & ita sanctificare: manus habere rectas, & sic indigentibus porrigere manum. *Ibidem.*

a h Lex ipsis praedicatoribus imposita est, ut ipsi viuendo illuminent, quae loquendo suadere festinant. nam loquendi autoritas perditur, quando vox opere non adiuuatur. *Greg. in mo. & in past.*

a i Non debet praedicator infirmis insi- nuare cuncta, quae sentit, nec debet praedicare rudibus quanta cognoscit. *Greg. in mo.*

a k Ut longe ante nos reuerenda memoriae Gregorius Nazanzenus edocuit, non vna

& eadem exhortatio cunctis congruit, quia nec cunctos par morū qualitas adstringit. Saepe nanque aliis officiant, quae aliis profunt. quae plerunq; herbe, quae alia nutriunt, alia occidunt: & leuis sibilus equos mitigat, & catulos instigat, & medicamentum quod hūc morbū mitigat, alteri vires iungit: & pastus, qui vitam fortium roborat, paruulorum necat. Pro qualitate igitur audiētium formari debet sermo doctorum, vt sua singulis congruāt, & tamen à communis aedificationis arte nusquam recedat.

Ibidem. a l Ille vberes fructus praedicationis colligit, qui semina bonae operationis praemittit: nam loquendi autoritas perditur, quando vox opere non adiuuatur.

Ibidem. a m Vbi conscientiam mordet reatus criminis, linguam ligat timor confusionis.

Ibidem. a n Ille laudabiliter spicula emittit, qui prius quam feriat, conspicit. male nanque arcus validi cornua stringit, qui sagittam fortiter dirigens nescit quem ferit.

Ibidem. a o Qui ad verae praedicationis verba se praeparat, necesse est, vt causarum origenes à sacris paginis sumat: vt omne, quod loquitur ad diuinæ autoritatis fundamentum reuocet; atque in eo aedificium suae locutionis firmet.

Ibidem. a q Si negligis implere quod doces, aliis messem seminas, & ipse à frumenti partibus

ipatione ieiunas.

a. Nequaquam debent homines in aetate infirma predicare: quia sermo doctrinae non suppetit nisi in perfecta aetate. Redemptor noster cum caeli sit conditor, & angelorum doctor, ante triennale tempus in terra magister noluit fieri hominum, videlicet praecipitatis vim saluberrimi timoris infunderet, cum ipse etiam, qui latibi non posset, perfectae vitae gratiam non nisi perfecta aetate praedicaret.

a. Videant, quos a praedicationis officio aetas vel imperfectio prohibet, & tamen praecipitatio mouet, & ne cum intempestiue arripiant, quod non valent, perdant illud quod tempestiue aliquoties implere possent. nam & pulli auium, si ante pennarum perfectionem volare appetant, vnde in altum ire cupiunt, inde in ima cadunt: sic & concepta sobolem, si priusquam formetur, foemina profert, non tam domum, quam tumultum replet.

a. Praedicatorum boni & honorem propter adulationem fugiunt, & honorari tantum propter imitationem volunt.

a. Praedicator tanto districtus in pauperum relationem feriat, quanto eum nunc illata paupertas inclinat: & tanto lenius humilitatem diuitium mulceat: quanto eos nunc abundantia, quae subleuat, exaltat.

Deb-

Grego. 3. mo. su. ill. Iob. 29. Stillabat eloq̄nium meum. a x Debet subtiliter is q̄ docet prospicere, ne plus audeat, quàm ab audiente capitur. Prædicare debet ad infirmitatem audientium, semeripsum contrahendo descendere, ne dum parvis sublimia, & idcirco non profutura loquitur, se magis curet ostendere quàm auditoribus prodesse.

Grego. in quadã ho. a y Dispensanda est prædicatio pro loco & tempore, & locorũ capacitate, quæ si rara fuerit, non sufficit: si assidua, vilescit.

Ibidem. a z Ad regnũ æternæ beatitudinis pervenire nõ valet, qui non vult opere implere, quod docet. nam cuius vita despicitur, restat, ut eius prædicatio contemnatur.

Gre. in sermone past. loquens de seipso. b a Usurpavi mihi cotis officium, quæ ferum reddit acutum, cū sit inutilis ad secandum. pulchrũ depinxi hominem pictor scædus: aliõsque ad perfectionis litus dirigo, qui adhuc in delictorum fluctibus versor.

Chryf. de Lau. Pau. ho. 6. b c Qui prædicationis suscipit officium, non oportet mollem quendam esse atque resolutum, sed fortem & per cuncta robustum: nec enim saltem attingere quisquàm debet præclari huius muneris functionem, nisi paratus sit milies animam suam in mortem tradere atque discrimina.

Orig. sup. Leniticũ. hom. 39. b d Sicut cibus & delitiis caro, ita spiritus verbis diuinis cõualescit. nutrimenta igitur spiritus sunt diuina lectio, orationes
assid

asi-lua, sermo doctrinae: his alitur cibus,
his conualefcit, his actor efficitur.

b e Fides ex auditu, auditus autē per ver- *Prof. li. 1.*
bum Dei, dicit apostolus. Si ergo, qui libet *de vita cō*
sine prädicante non audit, sine auditu non *templ.*
credit, sine fide nō intelligit, sine intelles-
tu bene non agit: verbum Dei prädican-
dum est, t audiens credat, credens intelli-
gat, & intelligens bonum opus perseverā-
ter exerceat: quoniam potentes vti libero
voluntatis arbitrio, nec opera sine fide,
nec sine operibus fides sola iustificat.

b f Prädicator nō in verborum splendo- *Ibidem.*
rem, sed in operum virtute totā prädican-
di si luciam ponat: non vocibus delectetur
populi clamantis, sed fletibus, nec plausum
à populo studeat expectare. Si gemitum
lachrymāsque, quas vult à suis auditori-
bus fundi, ipse primitus fundat, & sic eos
compunctiōe sui cordis accendat.

b g Solent mercatores duabus mensuris *Hug. li. 2.*
viti: quādoque vna, qua videntes sua distri- *de clau.*
buūt, quæ minor est: altera verò, qua emē- *anim.*
tes aliena recipiunt, sed hæc maior est. ma-
iorem sibi, minorem proximo: sic quidam
prælati auaritiæ, & voluptatis mensura
vientes, nimiz parcitatis vasculo subiectis
ministrant. ipsi autem pleno superfluitatis
vientes modio, parcitatem prädicant sub-

iectis, sed ipsū voluptatem sequuntur.

*Se. in qua
dam ept.*

b h Ad rem mouearis, non ad verba cō-
posita: nam oratio eius qui veritati operā
dat, incomposita debet esse & simplex.

*Sen. li. de
moribus.*

b i Oratorem te puta, si tibi ipsi ante
omnes, quod oportet, persuaseris. nihil
enim turpius est, quā quæ obiicitur, in
obiiciente cognosci passionem.

Se. ep. 24.

b k Hæc sit propositi nostri summa:
Quod sentimus, loquamur: quod loqui-
mur sentiamus: cōcordet sermo cum vita.

*Sen. de li.
moribus.*

b l Facili mē bono fruēris, si euitaueris
quæ vituperas, si bene te instruxeris. Pu-
deat te deteriora facere, quā persuaueris.
Alteri ignoscito, tibi ipsi nunquā.

Vide ēt in ti. Adulatio. o. Amor. a. s. Ange-
lus. e. f. apostoli. k. m. auditor. e. confessio. p.
cōfidentia. e. cōsilium. a. c. cōtēplatio. h. l. cō-
uersatio. x. correctio, a. p. detractio. o. doctri-
na. eloquentia. b. g. excusatio. g. exemplū. f.
n. fabula. g. gloria vana. e. gratia. r. honor.
h. hospitalitas. f. lachryma. e. magister. l.
misericordia. g. philosophia. r. x. y. præla-
tio. m. a. f. a. m. b. c. e. g. c. h. c. i. sacerdos. a. q.
scriptura. f. verbū. veritas. y. z. *Prælatio.*

*Ang. li. de a
pastro.*

Q Vicunque ita præpositus est, vt in-
eo, quod præpositus sit, gaudeat,
& honorem suum quarat, & commoda
sua solum respiciat, se pascit, non oues.

b Si multas oves errare foris plangi- *Aug. li. de*
 mus, v^x quorum humeris & lateribus, & *onibus.*
 cornibus factum est.

c Diligendus est pastor, tolerandus est *Aug. li. de*
 mercenarius: sed cauendus est latro. *ver. dom.*

d Nihil est in hac vita facilius, maxime *An. i quo*
 hoc tempore & latius, & hominibus acce- *dam ser.*
 ptabilius, episcopi aut presbyteri officio.
 sed si perfunctorie atque adulatorie res
 agatur, nihil apud Deum miserius.

e Nihil est in hac vita, & maxime hoc *Ibidem.*
 tempore difficilius, laboriosius, & pericu-
 losius episcopi aut presbyteri officio: sed
 apud Deum nihil beatius, si eo modo mi-
 literur, quo noster imperator iubet.

f Qui episcopatū desiderat, bonum opus *An. li. 19.*
 desiderat. Apostolus exponere voluit, quid *de ci. Dei.*
 sit episcopatus, quia nomē operis est, nō ho-
 noris. *onōnis* quidem intentio est. ergo epi-
 scopum, si velimus superintendere, dicere
 possumus, ut intelligat se episcopum non
 esse, qui præesse dilexerit, non prodesse.

g Honor & sublimitas episcopalis nullis *Am. i suo*
 poterit cōparationibus adæquari. si regum *pastor.*
 fulgori cōpares, & principum diademati,
 lōge erit id inferi⁹, quā si plūbi metallū ad
 auri fulgorē cōpares. quippe cū videas re-
 gū colla & principū submitti genib⁹ sacer-
 dotum, & deosculata eorū dextra, oratio-

nibus eorum se credunt comminiri.

Ibidem. n Nihil in hoc seculo excellēt⁹ sacerdotibus, nihil sublimi⁹ episcopis reperiri pōt, ut quā dignitatem eorū oculis demonstramus, dignē noscam⁹, qđ sumus, & qđ sumus p̄fessione: actiōe potius, q̄ noīe demōstremus, ut nomē cōgruat actiōi, & actiō respondeat nomini: ne sit honor sublimis, & vita procliuis, ne sit deifica p̄fessio, & illicita actiō, ne sit religiosus amictus, & irreligiōsus p̄fectus, ne sit gradus excelsus, & deformis excessus, ne locutionē simulemus colūbinā, & mentem habeamus caninam, ne p̄fessionem monstremus ouinā, & ferocitatem habeamus lupinam, ne dignē nobis respōdeatur à Domino per prophetam: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longē est à me.

Ibidem. i Sicut senatorem chlamys ornat, sicut agricultura rusticū, sicut barbarū arma, sicut nautā navigationis peritiā, & singulos quosque opifices operis sui qualitas ipsos demonstrat actores, sic ep̄m non aliter nisi ep̄alis operatio designat: ut ex bono opere magis, q̄ ex p̄fessione noscatur plus meritis esse episcop⁹, quā qđ nomine vocitetur.

Ibidem. k Sicut leuius est de plano corruere, sic grauius est, qđ de sublimi ceciderit dignitate: quia ruina, quæ de alto fit grauiori casu
colli

colliditur. Honor quidē ep̄alis corā homi-
nibus p̄clarus est: sed si ruinā sustineat, do-
lor magn⁹ est: nā quātō p̄ ceteris gradus
ep̄alis altior est, tātō, si per negligētiā dila-
bitur, ruinā grauior est. Nō. n. est tātī gau-
dij excelsa tenere, quātī meroris est de ex-
cellis corruere. Nec constat tātā gloriā
seq̄ victoriā, quantā ignomiā post ruinā.

I Magna sublimitas magnā debet habere *Amb. ibi.*
cautelam: honor grādīs grandiori debet
solicitudine circumuallari. Cui plus credi-
tur, plus ab eo exigīt, sicut scriptū est. Sciē-
ti legem & non facienti, peccatū est gran-
de, & seruus sciēs voluntatem domini sui,
si non fecerit eam, vapulabit multum.

m Sic polleat ep̄s sapiētia, vt nō solū sibi *Ibidem.*
creditū populū suffīcienter doceat, verū
etiā cū etarū hāresum quærat cōditiones à
catholica repellere ecclesia, ne sua imperi-
tia imperitos minimē doceat, & huiusmo-
di casu præuento eueniat illi, quod scriptū
est: Si cæcus cæco ducatū præbet, ambo in
foueam cadunt: qui verò talem se, vt dixi-
mus, esse ignorat, sacerdotiū minime ap-
petat, nec locum alterius vsurpare præsu-
mat, præsertim illius, qui fulgore suæ sa-
pientiæ populorū potest corda illustrare.
n Non linguā ad cōuitiū relaxet ep̄s, ne *Amb. sup.*
per eandem linguā, per quam laudes refert *ill. aposto.*

Non liti- giosum. Deo & diuina libat sacrificia, litiū venena proferat: quia nō decet de ore episcopi benedictionē simul & maledictionē egredi, ne per eādē linguā, qua Deus laudatur, homo maledicatur, quia non potest de vno fonte dulcem & amaram producere aquā.

Hic. su. ii. Siquis epi scopatum desiderat. o Opus naturæ, non dignitatem, laborem, non delicias, nō crescere fastigio, sed humilitate decrescere, vt fiat seruus & minister hominum propter Christū, vt intermissa Rachelis decora facie, intret ad Liā oculis lippam, de monte cum Moyse descendat ad campos, id est, de otio contemplationis, ad laborem actionis.

Hic. ibid. p Tanta debet esse conuersatio & eruditio Pontificis, vt omnes motus & gressus & vniuersa eius opera notabilia sint. Veritatem mente concipiat, & eam toto habitu resonet & ornatu, vt quicquid agit, quicquid loquitur, doctrina sit populorum.

Hiero. in quadā ep. q Quidam non quærunt eos in ecclesia columnas erigere, quos plus cognoscunt ecclesiæ prodesse: sed quos vel ipsi amant, vel quorum sunt obsequiis deliniti, vel pro quibus maiorum quispiam rogauerit, & vt deteriora taceam, qui vt clerici fierent, muneribus impetrarunt.

Ibidem. r Apud viros bonos indigna ipsa sit dignitas, quam multi indigni possident. *frōstrē*

sed potentem se esse nescire. ad largiēda dona potentē se agnoscere, ad repetenda noxia omne quod potenter valet ignorare.

Gr. ho. 11. sup Exec. Fili homi z Quisquis populi speculator penitur, in alto debet stare per vitam, vt possit prodesse per prouidentiam.

nis speculatore de di. a b Vbi subiectus ex sua culpa moritur, ibi is, qui præest, quoniam tacuit, reus mortis tenetur.

Gre. ibid. a c Tunc fuit laudabile episcopatū querere, quando per hunc quodocunque dubium non erat ad supplicia peruenire.

Gr. i pas. rere, quando per hunc quodocunque dubium non erat ad supplicia peruenire.

Gre. in re gistro. a d Sicut is, qui inuitatus renuit, quasi-tus refugit, sacris est altaribus admouendus: sic qui vltro ambit, vel importūne se ingerit, est proculdubio repellendus.

Gre. ibid. a e Deiecisti eos, cum alleuarentur. quū alleuatur, deiicitur, qui honoribus proficit, & moribus cadit.

Gr. ho. 7. super Di- gnus ope- rari mer. &c. a f Quid nos, o pastores, agimus, quādo mercedē cōsequimur, & tñ operarii nequa quā sumus? Fructus q̄ppe sanctæ ecclesiæ in stipēdio quotidiano percipimus. sed tamē p̄ æterna ecclesia minimē in prædicatione laboramus. P̄semus cui⁹ dānationis sit sine labore hinc percipere mercedē laboris. Ecce ex oblatione fidelium viuimus: sed quid pro animabus fidelium laboramus? Illa in nostrū stipendiū sumimus, quæ pro redimendis pec-

peccatis suis fideles obtulerūt. nec tñ contra peccata eadem, vel orationis studio vel p.ædicationis, vt dignum est, insudamus.

a g Tolerabilius Deo est, vt in infirmitate quis atque ignorãtia cum humilitate iaceat, quàm cum elatione alta cõprehendat. Quanto quisque hïc altius erigitur, tanto curis grauioribus oneratur, eis que ipsis populis mente & cogitatione supponitur, quibus præponitur dignitate.

a h Malè se rectum putet, qui regulam summæ rectitudinis ignorat. nõ debet hominum ducatum suscipere, qui nescit homines bene viuendo præire, ne qui ad hoc eligitur, vt aliorum culpas corrigat, quæ & refecare debuit, ipse committat.

a i Locus regiminis cū regēdus offertur, in se prius necesse est, vt quisque discutiatur, si loco vita congruit, si ab onere actio non dissentiat, ne iustus omniũ rector, eo pòst in tribulatione preces nõ audiat, quo ipsa quoque eius, de quo tribulatio oritur, exordia honoris ignorat.

a k Ab imperitis pastorale magisterium quãta temeritate suscipitur. cùm sit artium, regimen animarum: hoc est, magisterium disciplinæ: vt culpis discretè nouerit parcere, & piè refecare.

a l Illi præ ceteris deũ videre sublimẽ me

rentur, q̄ fidelibus gregibus fesse sollicitè
sciunt. & dum ipsi p̄ se super gregē vigilāt,
diuina super eos gratia largiùs coruscat.

*Grego. in
mo.*

a m Quum igitur is, q̄ subest, seruit ad
obsequiũ, restat p̄culdubio, vt is, qui prae-
est, seruiat ad verbum. & quum is, qui sub-
est, iussis obtēperat, oportet vt is, qui prae-
est, curam sollicitudinis impendat.

*Greg. lib.
1. dialog.*

a n Vsus rectæ cōuersationis est, vt prae-
esse non audeat, qui subesse nō didicit: nec
obedientiam subiectis imperet, quam prae-
latis non nouit exhibere.

*Grego. in
mo.*

a o Qui adhuc impugnantium certamina
vitiõrum p̄ cõsentium delectatiõis tolerāt,
aliorum curā suscipere nō præsument. quum
verò tentationum bella iam subegerint, quo-
niam apud se de intima tranquillitate se-
curi sunt, custodiam fortiantur animarum.

Ibidem.

a p Quum maiores voluptati deseruiūt,
minoribus lasciuiāe fræna laxantur. & tan-
tò licentiùs hostis ad feriendum occupat,
quantò hi, qui pro culpis intercedere pote-
rant, voluptati vacant.

*Grego. in
pastoralib.*

a q Pensandũ valde est, ad culmen regi-
minis quisque qualiter veniat: atq; ad hoc
ritè perueniens qualiter viuat, & bene vi-
uens qualiter doceat, & rectè docēs, infir-
mitatem suam quotidie cognoscat, ne aut
humilitas accessum fugiat, aut peruentioni

vita

vita contradicat: aut vitam doctrina destituit: aut doctrinam praesumptio extollat: virtutibus pollens coactus ad regimen veniat, virtutibus vacuus ne coactus accedat.

a s Tanto debet populi actionem actio transcendere praesulis, quanto distare solet à grege vita pastoris. *Ibidem.*

a t Si dilectionis testimonium est cura pastoralis, quisquis virtutibus pollens gregem Dei renuit pascere, summum pastorem convincitur non amare. *Ibidem.*

a v Misisti manum ad aratrum, opus est fortitudinis & constantia. speculator factus es, opus est prudentia. debitor es sapientibus & insipientibus, opus est iustitia. praedicare debes, opus est temperantia. *Bern. in qu. dam epist.*

a x Scholares & pueri, & impuberes adolescentuli, ob sanguinis carnalitate, ad ecclesiasticas promouentur dignitates, & à ferula transferuntur ad principandum prebyteris: latiores interim, quam virgas euaserint, quam quod meruerint principatum. *Bernard.*

a y In alto posito non altum sapere difficile est, & omnino inusitatum: sed quanto inusitatius, tanto gloriosius. *Bernard.*

a z Nunc audi canticum meum minus suaue, sed salutare. Mōstruosa res, gradus summus, & animus infimus: sedes prima, & vita ima: lingua magniloqua, & manus

otiosa: sermo multus, & fructus nullus: vultus grauis, & actus leuis: caput canum, & cor vanum: facies rugosa, & lingua nugosa: ringens autoritas, & nutans stabilitas.

*Ber. super
canti. ser.
mo. 18.*

b a Nullus dicat esse vnus meriti siue virtutis, socialiter viuere, & vtiliter praesse. In moribus enim antecellunt, & superiores existunt, qui superiores esse sciunt. vnde illud, qui bene praesunt praesbyteri, duplici habeantur honore.

*Ber. i qua
dam epis.*

b c Si rebus raritas pretium facit, nil in ecclesia prius, nil optabilius est bono vtilique pastore. nepe rara avis est ista, iuxta illud: rara avis in terris nigroque simillima cygno.

*Ber. super
cantica.*

b d Quomodo in pascua diuinorum eloquiorum educet greges dominicos pastor inlicita? Sed si doctus quis fuerit, non autem bonus, verendum ne quantum nutriat doctrina verbi, tantum noceat vita sterili.

Ibidem.

b e Canales hodie in ecclesia multos habemus, cochas autem per paucas: tanta caritatis sunt, per quos nobis fluentia caelestia manant: vt ante infundere, quam infundi velint: loqui, quam audire paratiores: & prompti docere, quod didicerunt, & aliis praesse gestiētes, q seipos regere nesciūt.

Ibidem.

b f Discite subditorum matres vos esse debere, non dominos: studere magis amari, quam metui. & si interdum seueritate opus est, pater-
terna

terna sit, non tyránica, matres fouendo, patres corripiedo vos exhibeatis. suspendite verba, producite vbera, pectora lacte pinguescant, nec typo turgeant.

g Discant à te coepiscopi tui comatos *Ber. de cō*
pueros, & comptos adolescentes secum nō *sideratiōe*
habere. certē inter mitratos discurrere *ca. lib. 4.*
lunistratos non decet.

h Improbē satis p̄esse affectas, quibus *Ber. super-*
p̄esse nō curas: & quorū nō zelas salutē *cantica.*
subiectionē nimis ambiriosē tibi vēdicas.

i Vx tibi, si p̄æes, & nō p̄des: sed vx *Ber. i apo.*
gravius, si q̄a p̄esse metuis p̄desse refugis.

k Honores & dignitates ecclesiasticas *Ber. i epi.*
nō ignoro deberi his, q̄ eas dignē secundū *quadam.*
Deū administrare & velint & possint. nec
cuiquā plures in pluribus ecclesiis habere
licet, nisi dispensatione quidē ob magnam
vel ecclesiæ vtilitatem, vel personæ neces- *Ber. i ex-*
sitatē, non propriam, sed communem. *positi bere*

l Negligētia p̄ælatorū in tātā deordi *gule beatū*
nationē & confusionē induxit, quod in eis *benedicti.*
est terra sursum, & cœlum deorsum, pedes *parte 3. c.*
sunt supra caput, & facies retrō. Interiora *7. tractās.*
effusa sunt extrā: Deus ibi cōculcatur, & ter *illud pu.*
ra deificatur: diabol⁹ honorificē recipitur, *25. Cœlū*
Deus verò contumeliosē repellitur. Terra *sursum*
sursum est, & cœlum deorsum, vbi terrena *terra deor-*
cœlestibus p̄æponuntur. pedes sunt super *sum.*

caput, vbi viri spirituales despiciuntur. homines verò terrena sapientes, ad regimen temporalium vtilis in honore habentur. facies est retrò, cùm in operibus, quæ videtur bona, potiùs vtilitas terrena intèditur, quàm merces eterna. Interiora effusa sunt extrà, quùm bona interna negliguntur, & exteriora diliguntur: Deus verò conculcatur, & terra deificatur: vbi deficit charitas & regnat cupiditas, diabolus honorificè recipitur, & Deus contumeliosè repellitur. vbi raptores & vsurarij cùm honore recipiuntur, & magnis expensis procurantur: boni verò pauperes vel repulsam patiuntur, vel male procurantur.

Chryf. in dialog. libro. 2.

b m Multo cõsilio & prudentia opus est pastori, & mille, vt dicitur, oculis ad speculandam vndique hebetudinem earum, quas gubernat animarum.

Chryf. ibi. lib. 3.

b n Nõ errores põtificum abscondi possunt ocalis, sed et exigua eorum celeriter innotescunt. nã & athleta quãdiu domi manet, & cùm nullo cõgreditur, põt, quàm infirmus sit, latere. quùm verò nudus in agone constitit, qualis sit, cõfestim probatur. ita ergo, & qui priuatam vitam, & non multis occupatam negotiis agunt, habent velamentum delictorum suorum ipsam solitudinẽ: quum verò adducuntur in mediũ, & illo secreto sicut vestibus,

exuunt

exuuntur, per apparentes motus quasi nudas animas sistunt oculis intuentium.

b o Noui nō paucos idoneos suimet fuis *Chry. ibi.*
 se rectores, multū in abstinentia & ieiuniis,
 laborātes, quibus quādiu licuit esse priua-
 tos, & nihil aliud curare, quā propria, &
 Deo placebāt, & indies nō modica Philo-
 sophix incrementa capiebāt. At vbi in popu-
 lo prodierunt, & multorū imperitias emē-
 dare necesse fuit: aliqui inter exordia tātū
 sustinere pondus nō potuerunt officii, qui
 vero tolerare coacti sunt perdētes constan-
 tiam & seueritatē priorē, & sibi intulerunt
 magna stipendia, & nihil aliis profuerunt.

b p Sit episcopus temperās & nō super- *Ibidem.*
 bus, sit reuerēdus, sit negotiis opportunus,
 regētis quoq; autoritate dignus, & plenus
 sit. Sit etiā seuerus, sit mitis & humilis, sit
 liber & vehemēs: sit etiā mansuetus & con-
 stans, vt eū quē dignū esse viderit, cū multa
 potestate sistat, etiā si vniuersi obstite-
 rint indignū: etiā si multorū suffragia eum
 prosequantur, cū eadē autoritate respuat,
 nihil aliud respiciēs nisi ædificationē ec-
 clesiae: non quicquā faciat odio, vel amore.

b r Quicūque desiderauerit primatū in *Ibidem.*
 terra, inueniet cōfusionē in cœlo: & inter
 seruos Christi nō cōputabitur, q de prima-
 tu tractauerit, nec vnusquisq; eorū festinet
 quo

quo aliis maior videatur, sed quomodo omnibus inferior appareat: quoniam non qui maior fuerit in honore, ille iustior fuerit, ille est maior. Conuersatio ergo melior est desideranda, non dignior gradus.

Chry. sup b s. Opus qui se desiderare bonū, bonum
Matth. est. primatum autem honoris concupiscere, vanitas est. Primatus enim fugientem se de derat, desiderantem se onerat.

Chry. sup b t. Nemo potest in valle stare, & de mō
illud Mat. te loq: vbi stas, inde loquere, aut vnde lo-
q. Ie. ascē- queris, ibi sta. Si in terra est animus tuus,
dit in mō vt quid de cœlo loqueris? In cœlo cōsiste, si
tem. de cœlo loqueris. Si iustitiā facere nō vis, vt quid te præceptorē iustitiæ facis? Quare magistrū vocas, cui⁹ nō vis esse discipulus?

Chr. super b v. Prius in cōuallibus fit obscuritas die
illud Mat. declinante, sic prius in laicis & secularib⁹
20. Circa incepit obscuritas. nunc autem quando vi-
undecimā des, quōd sacerdotes positos in summo ver-
horam. tice dignitarum, qui montes dicuntur, apprehendit iniquitas tenebrosa, quomodo dabitetur, quin iam finis est mundi?

Is. li. 3. de b x. Bonus doctōr est, qui & in humili-
sum. hon. tate seruat disciplinam, & per disciplinam
cap. 40. non incurrit superbiam.

Is. ibi. ca- b y. Oē, quod supereminet, plus mœrori-
pit. 48. bus afficitur, q̄ honoribus gaudet. quantō quisq; curis mūdi maiorib⁹ occupatur, tantō faci

facilius vitiis premitur. Si enim vix animus valet peccata deuitare quietus, quanto minus occupatione seculari deuinctus?

b z Quanto quisque in superiori constitutus est loco, tanto in maiori versatur periculo: & quanto splendoris honore cellior quisque est: tanto si delinquat, peccator maior est.

*Ibid. ibid.
cap. 51.*

c a Episcopi domos non impares ecclesiis magnitudine construunt: pictos delectantur habere thalamos: vestiuntur ibi imagines pretiosis colorum indumentis: pauper autem sine vestibus incedit, & vacuo ventre clamat ad ostium, & vt verum fatear, spoliatur pauperes saepe, vt vestiuntur lapides & ligna: ornant praetoria columnis: fores domibus anteponunt, quae vtinam pauperes includerent, non excluderent.

*Hugo de
claustris
anima II.
l. c. I.*

c b Sunt quidam, qui sciunt, & possunt & volunt praesse: quidam qui sciunt & possunt, nec volunt: quidam qui nec sciunt, nec possunt, sed volunt: quidam qui nec sciunt, nec possunt, nec volunt. Scire posse, & velle, charitatis est, vel superbiae. Scire & posse, & nolle, humilitatis est, vel inertiae. Nec scire, nec posse, sed velle, cupiditatis est, & stultitiae. Nec scire, nec posse, nec velle, discretionis est & prouidentiae. Qui enim sciunt, & possunt, & volunt praesse, si ve-

*Hugo de
12. abusio.
clau.*

Int prodelle, charitatis est, alio quin superbia. Qui sciunt, possunt, & nolunt, humilitatis est, quod renuunt: inertiae verò, cum sciant, omnino deistant. qui aut nec sciunt nec possunt, sed volunt, cupiditatis videtur: quod volunt, stultitiae, si velint, quod nec sciunt, nec possunt. Illi siquidem, qui nec sciunt nec possunt, nec volunt, prudenter agunt. Summa enim discretio est, nolle, quod non potes, fugere quod nescis.

Hugo ibi. c d Cunctis quidam se existimant amplius sapere, quibus se videt amplius posse. Hoc amant scilicet videri sapientes, hac causa fuit angelicae & humanae ruinae. Ponam, inquit angelus, sedem meam ad Aquilonem: & homini ait, eritis quasi dii scientes bonum & malum. Timeat igitur praelatus, quod meruit homo & angelus. Angelus enim cum vellet esse potentior, corruit: homo cum videri vellet sapientior, desipuit.

Ibidem. c e Tres sunt species negligentium praelatorum: quidam qui bene viuunt, & subiectos male viuere permittunt: quidam qui male viuunt, & subiectos bene viuere cogunt: quidam qui male viuunt, & subiectos male viuere volunt. Qui bene viuunt, & subiectos male viuere permittunt, exemplo qui dem praecedunt, sed quia corrigendo errantes non increpant, delinquant. Licet enim bene

bene viuant, necesse ramen est, vt de grege sibi commisso, Domino gregis rationem reddant. Illi verò, qui malè viuunt, & subiecto bene viuere cogunt, errantes reuocant, sed rectos & fortes occidunt. reuocāt verbis, occidunt exemplis: de tertia specie non oportet facere mentionem.

c f Recolite quāta, & qualia me audiente & probante de administratione pontificis, qui populi sui commissa cura posthabita, ardentius bona praesentia desiderat quasi futura, oblitus & quòd non solum de se, sed etiam de grege sibi credito, rationem pastori pastorum omnium reddet: sua suorumque detrimenta non cogitat, quem non delinquentium peccata cōtristant, nec proficientium bona laetificant, sed de se tantum: plerunque autem nec de se omnino sollicitus, quid suis boni aut mali negatur, ignorat: qui nō praedicat perseverantiam iustis, poenitentiam prauis, contemptum mundi conuersis, futuras poenas auersis.

c g Quapropter & sanctè debet viuere propter exemplum, & docere propter suae administrationis officium, certus quòd nihil ei sua iustitia suffragetur, de cuius manu anima pereuntis exigitur. quando quicumque alius perit, quem nulla docēdi necessitas mouet, solus poenas sui sceleris da-

*Prosper de vita cō
tēpla. li. 1.*

*Prosper
ibid.*

bit. Ille autem cui dispensatio verbi commissa est, etiam si sanctè viuat, & tamè perditè viuètes arguere aut erubescit, aut metuit, cum omnibus, qui eo tacète perierint, perit: & quid ei proderit, non puniri suo, qui puniendus est alieno peccato?

*Prosper
ibid.*

c h Fili hominis, spèculatorem dedi te domui Israël. si impio locutus non fueris, vt se ab impietate sua custodiat, & ille perierit, sanguinem eius de manu tua requiram: hoc est dicere, si ei peccata sua nō annuntiaueris, vt ab impietate sua cōuertatur, & viuat, te, qui nō increpasti, & ipsum, qui te tacente peccauit, flammis perennibus perdā. Rogo quis tam saxei pectoris, & tam ferreus erit, quem sententia ista non terreat? Quis tam alienus à fide, qui isti sententiæ non credat? Quis ad hæc nō contremiscat? Quis ista sine intolerabili metu futuræ examinationis accipiat, nisi qui hæc non intelligit, aut futura non credit.

Ibidem. *c i* Si annuntiante te ad impium, vt à viis suis conuertatur, & non fuerit conuersus, ipse impius in iniquitate sua morietur, & tu animam tuam liberasti. Hic certè euidenter ostenditur, quòd siue proficiant, siue non proficiant auditores, tacere eis nō debent sacerdotes: nec ideò rei sunt, si fortè eorū verba populi non audiunt, vel audita
contem

contemnunt, sed ab eis corrigendis abstinent. quia sic nec exemplo vitae præpositorum suorum nec verbo doctrinae populi contumaces emendari voluerunt, ipsi causa suae perditionis existunt: & doctores quorum exempla simul & verba despiciunt, inuoluere criminibus suis omnino non possunt.

c k Quidam ante dignitatis adeptionem, *Pet. Chrysostomus* commendabiles extiterunt: sed super *sologus in candelabrum ecclesiae constituti, lucem in quodam tenebras, & famam in infamiam conuer-* runt, melius plerisque fuisset adhuc latere sub modio, quam cum infamia candelabrum ascendisse. adhuc enim turpitudine eorum sub paupertatis obscuro lateret, nisi eam dignitas diuulgasset. Creuit honor, & cum honore infamia, priuato peccanti sepe paritur: sed si prælatus deliquerit, in eius infamiam linguæ omnium acuuntur.

c l Certè nimis absurdum est in prælato, *Idem in* scurrilitati operam dare, & labia Christi, *quodam euangelio consecrata, immunda & damna epist.* bili verborum procacitate polluere.

c m Prælatio simulationem aperit. illis *Tullius in* enim difficile est in potestatibus temperare, *suar. rhetor.* qui per ambitionem se esse probos simulare. Sunt enim non ex animo, sed ex fortuna, modò humiles, modò elati. Omnium enim rerum nihil ad prælationes tenendas.

melius, quàm diligi, nec alienius, quàm timeri.

Tutius est volentibus, quàm coactis imperare.

*Innocen-
ti^o de vil.
conditio-
nis huma-
nae.*

c n Statim vt ambitiosus promotus est ad honorem, in superbiam extollitur, & in ia etantiam effrænatur. Nō curat prodelle, sed gloriatur præesse. præsumit se meliorem, quia ceruit se superiorem. at bonum facit non gradus, sed virtus: non dignitas, sed honestas, priores dedignatur amicos, notos ignorat hesternos, comites contēnit antiquos. vultum auertit, ceruicem erigit, fastum ostendit, grādia loquitur, sublimia meditatatur, subesse nō patitur, præesse molitur, præceps & audax, gloriosus & arrogans, grauis & importunus.

Vide etiam in titu. Abusio, f. Ambitio, o. Clericus, m. Comparsio, h. Correctio, a h. b. i. Diuitiæ, a x. Ecclesia, e. Electio, o. Excusatio, d. Exemplum, o. a. e. Honor, g i. Humilitas, a v. Iudex, p. Iustitia, f. Peccatum, a l. Prædicatio, Pusillanimitas, d. Rapina, d. Regimen, k. l. o. a i. Sacerdos. Subiectio. Superbia, a m. Tentatio, f.

Præsumptio.

*Augu. de
baptismo
cōtra Do
natistas.
lib. 2.*

a **A** Liter aliqd sapere, quàm res se habet, humana tentatio est. nimis autem amando sententiam suā, vel inuidendo melioribus, vsque ad præcidēdæ cōmunionis, & condendi schismatis vel heresis, sacrilegium

gium peruenire, diabolica præsumptio est. In nullo aut aliter sapere, quam res se habet, angelica perfectio est: vita itaq; homines sumus, sed spe angeli sumus, quibus equales in resurrectione futuri sumus. quandiu ergo non habemus perfectionem angeli, non habeamus præsumptionem diaboli.

c Niniū præceps est, qui intrare cōtēdit, ubi alios cecidisse viderit: & vehemēter infrans, cui nō incutitur timor alio peunte. *Aug. li. de sing. cler.*

d Nulla præsumptio perniciosior, quam de propria iustitia, aut scientia superbi- *Aug. sup. illud eccle*

e Magnus vnusquisque studeat esse, si rñ aliquo modo se esse nesciat, ne dum sibi magnitudinem arrogāter tribuit, amittat. *siastici 7. Nōte insti fices ante*

f Quātalibet doctrina mens polleat, gra- *Deū, &c. Gre. in ho mil.*

uis imperitia est, velle docere sapiētiorē. Immensa em̄ præsumptio est, à seniore sibi reuerentiā exigere, silētiū īperare meliori. *Grego. in moral.*

g In præcipiti pedem porrigit, qui mēsu- *Ibidem.* rarū suarū limitē nō attendit, & plerunque amittit, quod poterat, qui audacter ea, ad quæ pertingere nō valet, arripere festinat.

h Pia cōditoris dispēlatione agitur, vt de *Greg. ibi.* se cōfidēs aīa, dispēlatoria tētatione pulse- tur, quaten^o infirmata, quid sit inueniat, & *Berna. de 17. gradi-*

i Præsumptuosus primus in conuentibus *bus humi litatis.* residet, in consiliis primus respondet. non

vocatus accedit, non missus se intromittit. reordinat ordinata, reficit facta: quicquid ipse non fecit aut ordinauit, nec recte factum, nec pulchrè æstinat ordinatum. iudicat iudicantes, præiudicat iudicaturis. si quæ tempus aduenerit, non promoueatur ad prioratum siue in abbatē, aut inuidum iudicat, aut deceptum.

Ber. ibid. k Quomodo præsumptuosus culpā suam confitebitur, qui nec esse putat, nec putari culpabilis patitur: propterea, quum culpa ei imputatur, crescit, non amputatur.

Ibidem. l O superba præsumptio, præsumptuosa superbia, quæ non solum angelos Deo uoluit adæquare, sed homines præsumpsit deificare. porro quos erexit, depresso, & quos exaltauit, humiliat. hæc turrim euertit, linguam confudit, Goliath prostrauit, Amā suspendit.

Cas. li. 1. m Qui uenit institui, antè, quàm instituat, alios instituere cupit, & docere antè quàm discat: priusquam erudiatur, promulgare uult leges: & antè, quàm discat ordines syllabarum, philosophari incipit: priusquam subiiciatur, uult habere subiectos: & antè, quàm maiorum iussis obtemperet, eripit iubentis officium: & antè, quàm instruitur instruere ac monere usurpat.

Ioan. Cas. n Plerisque euenit, ut dū fratribus præesse festina

fināt, nūquā senioribus ipsi subiiciātur, & *sia. in col-*
 à superbia inchoātes, dū alios instruere cu- *latiōe Da*
 piūt, nec discere ipsi, nec agere ea, quæ sunt *nielis.*
 docenda, mereantur. Ostentationis nota
 nō caret, qui se ingerit, sed qui inuitatur.

o Omne malum execrabilius redditur, *Cas. super*
 quando publica præsumptione tractatur. *psa. Et nō*
 p Constat eum de se præsumere, qui ad *deficit de*
 sacri ordinis cupit fastigia peruenire. *Me. plateisei?*
 rita enim suggerunt bonæ apparentiæ vi- *Cas. l. 4.*
 sus, & in qualitate desiderij potest mens *epist. 25.*
 honesta cognosci. Quis enim palæstricæ
 artis ignarus in stadium luctaturus intro-
 eat? aut quis certamini misceatur, quod vir-
 tutis conscientia nō suadetur? In ipsis cona-
 tibus ægra languescunt, quæ meritorum
 præsumptionibus non iuuantur.

q Cū nō sit nostrū quod sumus, quomo *Val. episc.*
 do nostrum est, quod habemus? Stultitiæ *in quodā*
 genus est, vt cum alij debeas vitæ benefi- *sermo.*
 cium, tibi adscribas ornamenta virtutum.

r Temeritatis subiti & vehementes sunt *Val. max.*
 impetus, quorū iētibus hominū mētes con- *de memo-*
 cussæ nec sua pericula respicere, nec aliena *ralibus di*
 facta iusta æstimatione prosequi valent. *Et lib. 9.*

l Rex Indorum Xerxes, Græcis bellū in- *Val. max.*
 dixit, cui familiariū vnus dicebat, Græcos *lib. 1.*
 aduentū nūtij belli nō expectaturos: sed ad
 primā aduentus famā terga versuros. alius

dicebat: Graciam nō vinci, sed obrui mole exercitus. alius tamēdam esse, ne vrbes vacuas vel desertas inuenirēt, nō habiturū regē vbi tātas vires exercere possit. alius dicebat: vix illi naturam rerū sufficere, angusta esse classibus maria, militib⁹ castra, explicādis copiis equestribus cāpestria, cœlū vix patēre sagittis. dum in hunc modū regem æstimatione nimia sui furentem confuscarēt, dixit Damaxatus: Multitudo ista, quæ tibi placet, tibi metuenda. verum est eī permagna nunquā posse regi, nec diu durare pōt, quod regi nō pōt. Nihil tā magnū, quod perire nō possit. sic cōrigit, vt dixit Damaxatus. Nā vt fugax animal pavidoregressū regnū suum reperere est coactus. Multi eī ignorāt vires suas, & dū credūt se tam magnos, sicut audiūt, attraxere superuacua bellā, & in discrimē peruētura.

Veget. lib. de re mili. t Imperita rusticitas plura promittit, & credit se scire quæ nescit.

lib. 3.

Vide etiam in tit. Bellum, b. Confidentia, a. b. c. i. Consideratio, c d. a h. Contemplatio, g. Contemptus, f. Curiositas, c. Desperatio, a. Diuitia, h. Doctrina, i. Fortitudo, i. Humilitas, a. m. Iactantia. k. Iustitia. Prælatio, b e. c. d. Securitas, i. Superbia, a g.

a *Proditio.*

Hieron. in

IVdas de Apostolatus fastigio in proditionis

ditionis tartarum labitur, nec familiaritate communi, nec intinctione buccellæ, nec obsequij gratia frangitur, ne hominem tradat, quem alium Dei nouerat.

b Instrumento pacis mortem irrogat: seruus dominum, discipulus magistrum sic prodit, quasi, inquit, per instrumentum pacis perimis ipsam pacem, de osculo machinaris ipsam prodicionem.

c Cùm Socrati rex Persarum magnã perniciam tentans, eius animum in prodicionem dirigeret, adinitti legatos iussit. cùm fortè olera comederet, audite, inquit, hoc prandium proditorem facit.

Vide etiã in tit. Ecclesia, n. Inimicitia, n. Militia, p. Societas, b. d. Veritas, y.

Profectus.

a **T**Ormenta animi non sentit in ecclesia, qui non proficit, putat enim quia pax est. sed incipiat proficere, & tunc videt in qua pressura est: quia cum creuisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania.

b Quantuncunq; hoc profecerimus, nemo dicat: Sufficit mihi, iustus sum: qui dixit, remansit in via, non nouit peruenire. Vbi dixit sufficit mihi, ibi hæsit.

c Quum cœperit homo Christianus cogitare proficere, incipit pati linguas aduersas

Aug. sup. psal. 29.

Aug. sup. psal. 69.

Ego verò egenus sum.

pau. sum.

Aug. sup. psal. 6. 19.

san

fantium, quicumque illas nondum passus est, nondum proficit, quicumque illas non patitur, nec conatur proficere.

Augu. de verb. apo. cap. 16. d Nō tu in accipiēdo proficis, & Deus in dādo deficit: quantūlibet capaces fauces capacē vētrē afferas, fons vincit sitientem.

Gre. l. 24. moral. e Nemo quantum proficit, nisi inter aduersa cognoscit.

Cass. li. 2. epist. 22. f Sequēs ætas cum aliqua opinabili nouitate succedit. nam si gloriosum est posteris auitas extendere facultates, quāto præstantius hæreditarias augere virtutes?

Se. 65. ep. g Veneror inuenta à sapiente: mihi ista acquisita sunt, mihi laborata. sed agamus bonam patremfamilias: faciamus ampliora, quæ accepimus: maior ista hæreditas à me ad posteros transeat. Multum adhuc restat operis, multumque restabit, nec ulli nato post mille secula præcludetur occasio adhuc aliquid audiendi.

Vide etiam in ti. Exemplum. h. Honor. o. Otiositas. b. Studium. g. Tribulatio. x.

Promissio

Amb. li. 1. de offic. a **E**st contra officium nōnunquam promissum soluere sacramentum, sicut Herodes, qui necem Ioanni præstauit, ne promissum negaret.

Cassio. in quadā ep. b Quid honestius, rem negare, aut longos terminos dare? terminum termino ad dere

dere, negandi est hoc, tempus, calliditas, negandi.

c Expectans expectaui dominũ, nec intendit mihi. Sperabam quòd daret effectũ verbum suum, & gratiã quam verbis promiserat, operibus exhiberet. adhuc etiam promissam expecto gratiam, fortasse sicut Arturum Britannia, sicut Iudea Messiam. Magna enim debet esse in promissione discretio: quia inanis promissio saepe de amicis sibi comparat inimicos.

Pe. Chryd solo. i qua dam epi.

d Timeo ne in nostra promissione illud vulgare prouerbum locum habeat: Dum herba crescit, equus moritur: & dum fugans canis mingit, fugiens lupo euadit. dubitatur enim, an sit beneficium, cuius dilatio cruciat expectantem.

Ibidem.

e Sunt qui plura promittunt, & pauca reddunt, & eos quibus mentiendo promittunt, inimicos sibi faciunt.

Glos. sup. eccles. 22. Mores hominũ mē dac. sine. Se. in li. de morib.

f Priusquã promittas, delibera: & quũ promiseris facies: prius si negaueris, fecisse postea fallere est. Id ergo agas, vt ne quis merito tuo te oderit.

Vide etiam in ti. Beneficia. a d.

Proximus.

Non diligis proximum tuum tanquã te ipsum, si non ad id bonum quod ipse tendis, adducis.

Augu. de mori. li. 1.

Qui

*Aug. octa-
mo de tri.
cap. 8.* b Qui ergo amat homines, aut quia iusti
sunt, aut ut iusti sint, amare debet. Sic enim
& semetipsum amare debet, aut quia iustus
est, aut ut iustus sit. Sic enim diligit proxi-
mum tanquam seipsum sine vlllo periculo.

*Cass. sup.
ps. 64. 33.* c Proximos diligimus, sicut nos ipsos,
quum nulli malum facimus, & omnes simi-
li, ut nosmetipsos affectione tractamus.

Vide etiam in ti. *Acceptio. d. Adiutoriu.
o. a. f. Amor. y. a. e. a. m. a. n. Charitas. o. Cō-
palsio. g. Consideratio. y. Contemplatio. l.
Conuersatio. a. m. Conuiuium. a. Dilectio. f.
Discordia. k. Excusatio. n. Voluntas. v.*

Prosperitas.

*Aug. de a
verbis do.
lib. 2.* a **N**emo frangitur aduersorum mole-
stia, qui prosperorum delectatione
non capitur.

*Aug. sup.
psal. 7.* b Nemo gratuletur homini, qui prospe-
ratur in via sua, cuius peccatis deest vltor,
& adest laudator. Maior hie ira Domini
est. irritauit enim Dominum peccator, ut
ista patiatur: id est, ut correctionis flagella
non patiatur.

*Aug. de
verbis do.
cap. 13.* c Magnæ virtutis est cum felicitate lu-
ctari, ne illiciat, ne corrumpat, ne ipsa sub-
uertat felicitas. magnæ inquam virtutis
cum felicitate luctari: magnæ felicitatis
est, à felicitate non vinci.

Aug. sup. d Ideò Deus felicitatibus terrenis ama-
rit

ritudines miscet, vt illa quaratur felicitas. *Matth.*
 cuius dulcedo non est fallax. *Ser. 29.*

e Prospera huius mundi asperitatem ha- *Am. ep. 36.*
 bent veram, iocunditatem falsam, certum
 dolorem, incertam voluptatem, durum la-
 bore, timidam quietem, re plenam mi-
 seriam, spem beatitudinis inanem.

f Nulla res longa mortaliu est, omnisque *Hic. super*
 felicitas seculi, du tenetur, amittit. quu em *Isa. li. 7.*
 tribulationis tempus aduenerit, omne quod
 prateritum est, nihil adiuuat sustentem.

g Difficile, imo impossibile est, vt pra- *Hiero. in*
 sentibus & futuris quis fruatur bonis, vt & *ep. quadam.*
 hic ventrem, & ibi mentem impleat: vt a de-
 litiis ad delicias transeat, & in vtroque se-
 culo primus sit, vt in terra, & in caelo ad-
 pareat gloriosus.

h Si haberes sapientiam Salomonis, *si Hic. su. il.*
 pulchritu linem Absalonis, *si fortitudinem Matt. 17.*
 Samsonis, *si longauitatem Enoch,* *si diui-*
 tias Croesi, *si potestatem Octauiani,* quid *Quid pro*
 profunt haec: quum tandem caro datur *ni si mun*
 vermibus, & anima daemouibus cum diui- *dum lucre*
 te sine fine crucianda? *tur, anie*

i Sancti viri quu sibi suppetere prospe- *me sine de*
 ra huius mundi conspiciunt, pauida suspi- *tri. &c.*
 cione turbantur: timent enim ne hic labo- *Grego. in*
 rum suorum fructus recipiant: timent ne *moral.*
 quod diuina iustitia latens in eis vulnus
 aspici

aspiciat, & exterioribus os vulneribus curans ab intimis repellat.

Gre. super Ezechiel. **k** Quem nec abundantia in superbia eleuat, nec in necessitate cupiditas irritat, nouit abundare, nouit penuriam pati.

Grego. in mora. **l** Manifestum perditionis indicium est, quãdo affectatis iniquitatibus subsequens fauet effectus, & nulla contrarietas impedit, quod mens peruersa concepit.

Ibidem. **m** Quum quis positus in prosperitate diligitur, incertum est vtrum prosperitas, an persona diligatur. Amissio autem felicitatis interrogat vim dilectionis: nec prosperitas quippe amicum indicat, nec aduersitas inimicum celat.

Ibidem. **n** Iustis amplius placet ex aduersitate mala perpeti, quã ex prosperitate terrenæ dispensationis cura fatigari.

Gre. l. 25. mora. **o** Sæpe omnipotens Deus cum auaræ menti vehementer irascitur, prius ei permittit ad votum cuncta suppetere; & post hæc per ultionem subtrahit, vt pro eis debeat supplicia aterna tolerare.

Grego. in mora. **p** Iniquus prosperari in sua mala actione permittitur, quatenus & peruersa faciat, & tamen feliciter viuat. Peruersus quisque quantò citius peruenit ad desiderium, tantò facilius rapitur ad tormentum.

Ibidem. **q** Præsens vitæ prosperitas innocentiæ testis non

non est: quia multi ad perennē vitā per flagella redeunt, & plerique ad infinita supplicia perducendi sine flagello moriuntur.

r. Presentis vitæ prosperitas aliquando *Gre. 7 pa.* idcirco datur, vt ad meliorem vitā prouocet: aliquando, vt in aternū plenius dānet.

f. Solet rerum abundantia tantō magis a *Gre. 3 ho.* timore diuino mentem soluere, quanto *quadam.* magis hinc exigit diuersa cogitare.

t. Praferendus ille, & magnus est, cui in *Ber. lib. 2.* ter prospera saltem, risus indecentior, aut *de consid.* sermo insolentior, aut immoderatio curæ vestis vel corporis non irrepsit.

v. Quid profuit illis superbia? quid diuitiarum iactantia? mundi potentia? vana voluptas? breuis lætitia? magna familia? mala concupiscentia post voluptatem? Vbi iocus? vbi risus? vbi iactantia? vbi arrogantia? heu de tanta lætitia, quanta tristitia!

x. Diuitiis & floribus, & maiorū nobilitate te iactas: de patria & pulchritudine *Prosp. in suis sent.* torporis, & honoribus, q̄ tibi ab hominib⁹ deferuntur, te exaltas. respice teipsum, quia mortalis es, & q̄ terra es, & in terrā ibis. circumspice eos, qui ante te syderis fulsere splendoribus. Vbi sunt, quos ambiebāt ciuiū potētatus? vbi insuperabiles Oratores? vbi qui conuenientius festa disponebant? vbi equorū splendidi nutritores? vbi exer-

cituum duces? ubi satrapæ & tyranni? nonne omnia puluis? nonne omnia fauillæ? nonne in paucis versibus eorum vitæ memoria est? Respice sepulchra & vide, quis seruus, quis dominus, quis diues: discerne si potes victum à rege, fortem à debili, pulchrum à deformi. Memor itaque tui esto, ne aliquando extollaris: memor autem eris, si teipsum respexeris.

Chry. li. 1. y Nouerca virtutis prosperitas, baculis
de curia suis sic applaudit, vt noceat. & infelici succellu
lū nugis cessu sic fortunatis obsequitur, vt in fine
& vesti. pernitiem operetur. cōiuiis suis ab initio
philosoph. propinans dulcia, & quū inebriati fuerint, letale virus miscet: & si quid deterius est, quo specie sui clarescit, amplius eo stupentibus oculis densiorem infundit caliginē.

Cas. in. il. z Suis quippe meritis putaret datum, si
ps. Iustus peccator iugiter floreret illæsus: ideo Da
es Do. & niel saluatus est, & trium puerorum flam
rectū ind. ma superata est. Dicamus ergo hunc versum in quibuslibet periculis, dicamus in gaudiis: quia talis confessio & ab erumnis eripit, & in prosperitate custodit.

Rabba. in. ab Sæpius in altum quis attollitur, vt
quod i. ser. ruens fortius conquassetur. Nam sæpe videtur fortuna in principio prospera nunciare, sed medium & finem replet multis aduersitatibus, & concludit.

ac In omni aduertitate fortunæ infeli- *Boët. de cō*
 cissimum infortunij genus est, aliquando *sola. li. 2.*
 fuisse felicem.

ad Quam multis amaritudinibus hu- *Ibidem.*
 manæ felicitatis dulcedo respersa est.

ae Quem felicitas amicum, infortu- *Ibid. li. 3.*
 nium facit inimicum.

af Cætera exēpla fortunæ variantis in *Plin. li. 7.*
 numera. Etenim quæ facit magna gaudia, *historiarū*
 nisi ex malis? aut quæ mala immensa ni- *mundi.*
 ex ingentibus gaudiis? Nulla est profecto
 solide felicitas, quam contumelia vlla vitæ
 rumpit.

ag Omnia, quæ superfluunt, nocent, se- *Se. 28. ep.*
 getem nimia sternit vbertas, rami onere *ad Lucil.*
 franguntur, ad maturitatem non peruenit
 nimia sæcunditas. Idem quoque animis
 euenit, quos immoderata prosperitas rum-
 pit, qua non tantum in aliorum iniuriam,
 sed etiam in suam vtuntur.

ah Ad omne fortuitum bonum suspicio- *Ibidem.*
 si & pauidi stare debemus, & færa & piscis
 spe aliqua oblectante decipitur: munera
 ista fortunæ reputamus, insidiæ sunt, be-
 neficia ista vsitata nos habere putamus.

ak Res est inquieta felicitas, ipsa se exa- *Se. 37. ep.*
 gitat: mouet cerebrum: non vno genere
 alios in aliud irritat: hos in potentiam,
 alios in luxuriam, hos inflat, hos mollit

& totos resoluit.

Se. 85. ep. a l. Ipsa eñ felicitas nisi temperetur, premit vel preterit. Multarũ vrbiũ in ipso flore luxuriosa imperia ceciderũt: & quicquid virtute paratũ erat, intemperantia corruit.

Se. 24. ep. a m. Neminẽ eò fortuna prouexit, vt nõ tantum minaretur illi quantũ promiserat.

Sene. li. 5. rhet. suæ. a n. Ludit de suis fortuna muneribus, & quæ dedit aufert, quæ abstulit reddit. nec vnquam tutius est illam experiri, quam quum locum iniuriæ non habet.

Se. de senect. orator. a o. Magni animi calamitatibus magnis sapius euertuntur. quietiora tẽpora pauperes habuimus, aurato capitolio bella ciuilia gessimus. Diuitias putas aurum & argentum: ludibria sunt fortunæ, quæ inter iocum ipsis dominis veniunt. Omnis enim blandientis fortunæ speciosus de periculo nitor est: & sine causa sæpe fluit, & sine ratione destituit. Nulla certa felicitas est. Ille Crasus inter reges opulentissimus victis post tergum manibus ductus est.

Se. in quadam epi. a q. Non habet vt putamus, fortuna longas manus: neminem occupat, nisi herentem sibi.

Sen. lib. de tranquillit. animi, circa mediũ. a r. Lætiores relinquit, quos nunquam fortuna respexit, quã quos deseruit. Noli huic tranquillitari confidere. in momento mare euertit: eodem die, quo tibi iusserant naua

naugia sorbentur.

a f Minus diligenda sunt prospera, quæ *Sen. ibid.*
à desperatione lumunt principium.

a r Quæ concessit fortuna, tēperet iusti- *Socr. in*
tia: quod iustitia inuenerit, temperet mode- *suis exlor*
rantia, si enim aueris licentiam tuam, mi- *rationib⁹.*
nui gloriam.

a u Fortuna vt medicus ignarus multos *Tul. de a-*
excæcauit, nō autem ipsa fortuna caeca est, *micitia.*
sed eos cecos plerunque efficit, quos com-
plexa est.

a x Errant, qui in prosperis omnes impe- *Tul. 2.*
tus fortunæ putant fugisse: sapienter cogi- *rhet.*
tant, qui temporibus secundis casus aduer-
sos reformidant.

a y Semper humanæ lætitiæ tristitia re- *Innoc. de*
pentina succedit, & quod incipit à gaudio, *vilitate cō*
desinit in mœrorē. Mūdana quippe felici- *ditiōis hu*
tas multis amaritudinibus est respersa. no- *mane.*
uit ille, qui dixit, risus dolore miscebitur,
& extrema gaudij luctus occupat.

a z Subito quū nō suspicatur infortunium *Innoc. ibi.*
accidit, calamitas irruit, morbus inuadit,
mors intercipit, quam nullus euadit. Vide
etiam in ti. Amicitia. a g. a n. b. m. Amor. a.
b. Aīa. a f. Beatitudo. q. Bonū. g. Consilium.
u. Crux. f. Cupiditas. a r. Diuitiæ, a. a. x. b. k.
Gaudium. i. r. Miseria. q. Potestas. f. Relin-
quere. n. Tentatio. o. Tribulatio. m. n. a. h.

Providentia, siue prudentia.

Aug. in li. a **V** Bicumque fuerit prouidentia, fru-
de singu- strantur vniuersa contraria, vbi au-
laritate tem prouidentia negligitur, omnia con-
cler. traria dominantur.

Aug. li. de **b** Prudētia est amor, ea quibus adiunatur
mo. eccle. ab eis quibus impeditur, sagaciter eligēs.

Aug. in li. **c** Quū viderimus aliquē seruū Dei pro-
de ser. do. uidere ne ista necessaria sibi desint, non
in monte. iudicemus eum de crastino sollicitum esse:
nam & ipse Dominus propter exemplum
oculos habere dignatus est: & in actibus
Apostolorum scriptum est: Ea quæ ad vi-
dum sunt necessaria, procurata esse in fu-
turum propter imminentem famem.

Hie. super **d** Prouidentia Dei omnia gubernantur,
Exechie. & quæ putatur pœna, medicina est.

Hie. in li. **e** Omnes sumus in minimis cauti, in
de homine maximis negligentes. hoc itaque fit, quia
perfecto. vbi vera vita sit, ignoramus.

Gre. i ho. **f** Minus iacula feriunt, quæ præviden-
Quū au- tur, & tolerabilius mala mundi suscipi-
dieritis mus, si contra hæc per prouidentia cly-
pralia. peum munimur: sagitta enim præcognita
facilius euitatur.

Isid. in li. **g** Prudēs dicitur quasi porrò vidēs. Per-
culi. spicax est enim & incertos prouidet casus.

Isid. li. 4. **i** Scopulus ille vitandus est, vbi alter
episto. offendit. pecora ipsa vitare norunt quæ
laxi

leuisse cognoscunt. itinera illa nō repetūt,
vbi in foueam corruerūt. Tenaces laqueos
avis capta declinat: rete avis suspecta non
incidit: & omnia quæ possunt habere con-
traria, faciliter casus assumerent, si curam
salutis propriæ non haberent.

k Quanto maiora timentur esse dispen- *Pet. Chr.*
dia, tãtò promptior & perfectior debet esse
cautela.

l Imprudentia, est obtemperatio mentis, *Tull. 2.*
qua quis minùs prouidens est in prouiden- *rhet.*
do præterita vel futura.

m Prouidentia est præsens notio futurū *Senec. de*
pertractans euentum. *4. virtuti*

n Si prudentiã amplecteris, vbiq; idem *bus.*
eris. & prout rerū ac tēporis varietas exi- *Ibidem.*
git ita te accōmodes tēpori: nec te in aliq-
bus mutes, sed potiùs aptes, sicut manus
quæ eadem est, quum in palmam extendi-
tur, & quum in pugnum adstringitur.

o Prudentis proprium est, examinare cō- *Senec. ibid.*
silia, & non citò facili credulitate ad falsa
prolabi: de dubiis non diffinias, sed suspen-
sam tene sententiam.

p Si prudens esse cupis, in futura prospe- *Ibidem.*
ctū intēde, & quæ possunt contingere, ani-
mo tuo cuncta propone: nihil tibi subitū
sit, sed torum antè prospicias. nam qui pro-
uidens est, non dicit: non putavi hoc fieri.

quia non dubitat, sed expectat: non suspicatur, sed cauet.

Ibidem. q Si prudens est animus tuus, tribus temporibus dispensetur: præsentia ordina, futura praeuide, præterita recordare. nam qui nil de præteritis cogitat, vitam perdit: qui nihil de futuro præmeditatur, in omnia incautus incidit.

Ibidem. r Prudens si terminos suos excedit, callidus & inuestigator latentium, & scrutator qualiumcunq; noxarum ostenditur, maledico fastu plenus, versipellis & simplicitatis inimicus, commentator est culparum. & postremo vno nomine à cunctis malus homo vocabitur, in has ergo maculas prudentia immensurata perducet.

Sene. 77. epis. s Præcogitati mali mollis ictus venit. ideo stultis fortunę credentibus omnis videtur noua rerum inopinata facies. Sapiens autem assuescit futuris malis, & quæ alij diu patiendo leuia faciunt, hic leuia facit diu cogitando.

Senee. de mor. t Quicquid à sapiente diligenter præuidetur, quum ad rem agendam peruentum fuerit, facilius superatur, atque decernitur. Melius enim est ante tempus occurrere, quàm post vulnus datum, remedium querere, nam sibi non est cauendi tempus in medio malorum.

v Bonum est in alieno malo fugienda *Senec. in*
 intueri. Ruina præcedentium docet poste- *proverb.*
 ros: & cautio est semper in reliquū lapsus.
 anterior: ex vicio enim alterius sapiens e-
 mēdat suum: & ignauus nimis est, qui post
 exemplum inuenitur incautus. Indempnis
 autem est castigatio, quam persuaserunt
 extranei, iuxta illud: Felix, quem faciunt
 aliena pericula cautum.

x Grauius nocet, quodcunq; inexper- *Ibidem.*
 tum accidit. Melius est præcauere, quā pa-
 uere, vtilius est erubescere, quā pauescere.

y Excludenda sunt omnibus modis lan- *Pytago -*
 guor à corpore, imperitia ab animo, luxu- *rat in præ*
 ria à ventre, à ciuitate seditio, à domo dis- *ceptis.*
 cordia, à cūctis rebus intemperantia. Duo-
 rum temporum maximè habenda est cura:
 mane & vespere. in altero gerenda prospice:
 in altero respice quæ gessisti.

z Prudentis est, ne quem in casum inci- *Socrat. in*
 dat, cauere: & si quod fortè acciderit, forti- *suis sentē*
 ter ferre. Fortis nemo potest iudicari, nisi *tys.*
 & prudens fuerit. Virtus sine sapientia, te-
 meritas periculosa putanda est. Quid pru- *August.*
 dentis opus est: eum posse & nolle nocere.
 Quid stulti proprium? non posse, & velle
 nocere. Quæ nam summa boni mens: quæ
 sibi conscia recti.

Vide etiā in tit. Consiliū. d. y. a. c. a. h. Di-

Secretio & Homo.k. Liberalitas.k. Prælatio.z. Sapientia.z. Simplicitas.a d. Timor.
a l. Tribulatio.q.

Pvsillanimitas.

Cass. lib. 1. a **S**egnissimi est, torpere, cum se ad pro
epist. 1. uectum cognoscat inuitasse.

Pet. Chr. b Deiectæ mentis est, qui familiaris rei
meminit, quum vocatur ad regnū. Iacens
animus plebeum numulum thesauris rega
libus anteponit. pauper sensus, qui paruis
incumbens, perdit magna, & inhians tem
poralibus perdit sempiterna,

Seneca. c Contentus esto negotiis, in quæ descen
disti, nec luctare cum officio, quod semel
cepisti. Turpe est oneri cedere.

Pe. Chry. in quadā **d** Remissio quæ os prælati obstruit, quæ
epist. mentem eius deiecit, quæ adulatorem &
venditorem olei facit, dum sibi quietem &
honorificentiam venatur in fauorem prin
cipum, hæc miseros præcipitat in foueam
scandalorum: hæc est remissio, per quam
vnus ædificat parietem, & alius linit: per
quam lauatur peccator in desideriis ani
mæ suæ, & iniquus benedicitur. imò per
hanc canes muti non valentes latrare per
consensus vniformitatem, faciem & simi
litudinem peccatorū assumunt, sicut scri
ptum est: *Vsquequo iudicatis iniquitatem,
& facies peccatorum sumitis?*

Vide etiã in titu. Acedia, & Correctio. f.
 Discretio. e. o. Exemplum. h. Fortitudo. i. k.
 r. Ira. m. Labor. l. Loquacitas. g. Perseueran-
 tia. t. Prælatio. b. i. Sollicitudo p. q.

Querere Deum.

a **Q**uærite faciem eius semper. Si semper *Augu. suo*
 queritur, quãlo inuenitur? An semper *per psal.*
 per dixit in tota vita, quia hinc viuatur? *ex cap. 4.*
 quo hinc debere nos facere cognouimus,
 quando & inuentus querendus est. Iam
 Deum inuenit fides, sed adhuc eum querit
 spes. charitas autem & inuenit eum per fidem
 & eum querit habere per spem. vbi tunc sic
 inuenitur, vt ultra non queratur? Fortè quum
 facie ad faciem eum videbimus, sicuti est,
 adhuc perquirendus erit, & sine fine querẽ-
 dus, quia sine fine amandus.

b Queramus inueniendum, queramus *Augu. su-*
 inuentum: vt inueniendus queratur, oc- *per Ioan-*
 cultus est: vt inuentus queratur, immen- *nem.*
 sus est.

c Si homo ita creatus est, vt per id quod *Augu. de*
 in eo præcellit, attingat illud, quod cuncta *civitate*
 præcellit, id est vnum verum optimum, sine *Dei.*
 quo nulla natura subsistit, nulla doctrina
 instruit, nullus vsus expedit. ipse queratur,
 vbi nobis secura sunt omnia: ipse cerna-
 tur, vbi nobis omnia certa sunt: ipse diliga-
 tur, vbi nobis recta sunt omnia.

d Quid

Augu. sup psal. ca. 2. d Quid difficilius? quid solet dulcius inueniri?

Greg. lib. mo. 27. capit. 10. e Quarite Dominum dum inueniri potest. modo non videtur Dominus, & propè est. In iudicio videbitur, & propè non erit. necdum in iudicio apparuit, & si quærat inuenitur, nam miro modo, quum in iudicio apparuerit, & videri potest, & inueniri non potest.

Bernard. de diligen do Deo. f Nemo te domine quærere valet, nisi qui prius inuenierit. Vis ergo inueniri vt quæ- raris, quæri vt inueniaris: potes quæri & inueniri, non tamen præueniri.

Bernard. ser. 24. g Si nolimus frustra quærere dominum, quæramus veraciter: quæramus frequenter: quæramus perseueranter, vt nec quæramus pro illo aliud, nec cum illo aliud, sed nec ab illo ad aliud cõuertamur. Facilius enim est cœlum & terram transire, quàm vt sic quærens non inueniat, sic petens non acci- piat, & sic pulsanti non aperiatur.

Chry. sup Mat. 13. i Si non vendideris omnia, nec emes: & si animam non habueris sollicitam, & quæ- rentem, non inuenies. Duo enim oportet adesse, & à vitæ huius negotiis abesse, & vigilantem esse.

Senec. in quadam epist. k Id quære, quod potes inuenire: id discere, quod potes scire: id opta, quod optari bonis potest.

Vide etiam in tit. Deus. v.

Rapina.

SI in ignem mittitur, qui non dedit rē *Augus. de*
 propriam, vbi putas mittendus erit, *ver. dom.*
 qui inuasit alienam? Si cum diabolo ardet, *cap. 20.*
 qui nudum non vestiuit, vbi putas arsurus
 est, qui expoliauit? Non nocent mala præ-
 terita, si non placent.

b Si penale est clanculò auferre, multò *Aug. ser.*
 maioris pœnæ est, violenter eripere. *in. 4. doo*

c Remota iustitia, quid sunt regnâ, nisi *mi. xl.*
 magna latrocinia? quæ latrocinia quid sunt, *Aug. 4. de*
 nisi praua regnâ? hoc malum tantum cres- *ciuit. Dei.*
 cit, vt & loca teneat, sedes constituat, ciuita *cap. 4.*

tes occupet, populos subiuguet, & euidentius
 regni nomen assumit. Quod ei iam in ma-
 nifesto confert non dempta cupiditas, sed
 addita impunitas, ideo eleganter & vera-
 citer Alexandro magno quidam Pirata com-
 prehensus, respondit cum ab eo interro-
 garetur, quid sibi, vt mare haberet infe-
 stum: ille libera voce, quid tibi, inquit, vt
 orbem terrarum? sed ego, quia exiguo na-
 uigio facio, latro vocor: quia tu magna
 classe, imperator.

d Nostri quoque principes cum paupe *Augus. in*
 res delinquentes publicè arguant, & con- *glo. super*
 fundant, diuitibus peiora peccantibus, nec *Isa. 3. At-*
 nutum faciunt, in quorum domibus sunt *teritis po-*
 rapi *pulm meum.*

rapinæ, dū ecclesiæ opes sibi thesaurizant, & in deliciis abucuntur, quæ ad sustentationem pauperum dātur: & sibi reseruant, nec propinquis distribuunt, & aliorum inopiā suas vel suorum faciunt diuitias.

Raba. sup e Quid recipiet, qui aliena tulit, si sem-
Matt. 16. per ardebit, qui sua non dedit?

Esuri. & f Si iste: ilitas in ignem mittitur, rapaci-
non dedi- tas qui d meretur? aut quid recipiet, qui

Fulg. tra alienum tulerit, si semper ardebit, qui de
clans il- suo non dederit? Et si iudicium sine miseri-

lud Matt. cordia erit illi, qui non fecerit misericor-
Omnis ar diam, quale iudicium erit illi, qui fecerit

bor &c. & rapinam?

Cast. sup g Sicut ovis rudentem se non incre-
per psal- pat, ita nec iustus cupiditatem se expoliam-
num. 8. tis accusat.

Cast. libr. h Pauperibus non dare tulisse est. & meo
5 episto. rito, quando quis potest esurientibus sub-

uenire, si non pascit, extinguit. Pudeat il-
lis tollere, quibus iubemur offerre. Ultra
omnes crudelitates est, diuitem velle fieri
de exiguitate mendici. Amentur honesta
lucra: horreantur damnosa cōpendia. Nul-
lus audeat inde tollere, quod debet col-
lectum dispergere. addendo perdit, qui
retinendo colligit, & paupertatem potius
ad se trahit, si exigentium pecunias non
repellit.

I Quis dicat utile, hominem incommo- *Tull. in*
do alterius suum commodum augere, & al- *sua rheto-*
terū alteri aliquid detrahere? hoc est ma- *rica.*
gis contra naturam, quàm mors, quàm pau-
peritas, quàm dolor: nam principio conui-
ctum hominū tollit. Si enim hæc affectio
nobis insit, ut quisq; ppter suū emolumē-
tum spoliet aut violet alterum, necesse est
dirūpi societate humani gñis, quæ est secū-
dum naturā. ut si vnūquodq; membrū puta-
ret se plus valere, si proximi mēbri ad se
valetudinē traduxisset, debilitari & interi-
re totū corpus necesse esset: ita est & in hu-
mana societate: nam sicut concessum est ut
quisq; malit sibi acquirere, quod ad vsum
vitæ pertineat, quam alteri, & hoc natura
non repugnante: ita non patitur natura, ut
aliorum spoliis nostras facultates augea-
mus. Et si contra naturā magis detrahere
alteri, sui commodi causa, quàm mors, quā
dolor: ita magis secundum naturam, pro
omnibus, si fieri posset, labores & mole-
stias in maximis voluptatibus.

k Rapina est, ex avidæ mentis impetu *Tull. ibid.*
violenta alienarum rerum distractio.

I Quæsitū erat à Socrate cur rideret: re- *Val. Max.*
spondens ait, Video magnos latrones du- *xi. lib. 7.*
centes paruum latronem ad suspendium,
qui digniores sunt suspēdio. Sacrilegia in-
quit

quit, minuta puniuntur, sed magna in triumphis feruntur.

Senec. 75. in Nulli, cui rapina feliciter cessit, gaudium rapti durauit in posterum.

Vide etiam in titu. Crudelitas. b. Ecclesia. k. Eleemosyna. f. a c. Iactantia. c. liberalitas. f. g. Restitutio. a. c. Timor. v. Volūtas. l.

Reconciliatio.

Augū. sup. per Matt. 5. Vade prius reconciliari. a **S**I absens est, vade nō pedibus corporis, sed animo humilite prosternas in conspectu eius, cui oblaturus es: si præsens est, reuocandus est ad amorem, ab eo veniam petendo, si eum læsisti: vel si te læserit, dimittendo cordis rancorem.

Ambr. sup. per epist. ad Gal. b Non quæritur quid vel quis fuerit, sed quid sit. præterita enim nec cōdemnāt nec iudicant.

Grego in dialog. libro. 4. c Sciendum quod ille rectè delicti sui veniam postulat, qui prius hoc, quod in ipso delinquitur, relaxat. Munus enim nō accipitur, nisi antè discordia ab animo pellatur, dicente veritate: si offers munus tuum &c. Qua in re pēsandū est, cum omnis culpa munere soluar, quā grauis est culpa discordiæ, qua nec munus accipitur, nec proximus reconciliatur. Debemus itaque ad proximum quāuis longè positū, longèque disunctum mente ire, eiq; animum subiacere, humilitate ac beneuolentia placare.

d Si cogitatu offendisti, cogitatu recon- *Chry. sup.*
 ciliare, si verbis, verbis, si factis, factis. Non *mat. 5. Va*
 enim quem factis laesisti, sine factis plac- *de prius*
 ueris. Sine causa oras ad Deum, sine causa *reconfi.*
 elemosynas facis de rebus, quibus alios
 spoliasti. Quid enim prodest, si vnus ad
 Deum pro te orat, & alius aduersum te
 Deum interpellet: iuxta illud ecclesiastici
 xxxiii. Dona iniquorum nō probat Altis-
 simus.

e Frustra propiciari sibi Deum quærit, *Isidor. de*
 qui citò placari in proximum negligit. *sum bo. li.*

f Si tantummodo non lædas eum, qui te *3 c. 27.*
 læsit, auertas tamen te ab eo, nec libenter *Chry. lib.*
 eū videas: manet sine dubio vulnus in pe- *de cõpuna*
 ctore, & dolor augetur in corde. Quod si *et tunc cor*
 est, nondū utique quod Christus mandauit, *dis, tra-*
 expletur. Nunquid tu ita vis propiciū tibi, *Et s̄ illud*
 fieri Deum, ut non te quidem lædat, auer- *Matth. 5.*
 tat se tamen à te, & peccatorum tuorum *Et dimite*
 memoriam teneat, & videre te nolit? Igi- *nobis, etc.*
 tur qualem vis erga te esse Deum, quum
 delictorum veniam poscis, talem te exhibere
 debes his qui deliquerunt in te.

g Dissensio ab aliis, à te reconciliatio in- *Sene. in li.*
 cipiat. quum ignoscis ita beneficium tuum *de morib.*
 tempera, ut non ignoscere videaris, sed ab-
 soluere: quia grauissimum pœnæ genus
 est, contumeliosa venia.

Vide etiam in tit. Correctio, a l. Electio-
fy na, c. Odium, m. Venia.

Regimen, sine regere.

*Aug. sup.
per Ioan.*

a **R**esta domus, ubi vir imperat, for-
mina obtemperat. Rectus ergo il-
le homo, ubi spiritus imperat, caro seruit.

*August. in
ep. ad quē-
dā comi-
tem.*

b Pro omnibus tibi subiectis, qui in do-
mo tua sunt, rationem Deo reddes.

*Aug. sup.
psal. 32.*

c Omnia indigent Domino, & misera &
felicia, quia sine illo miser non subleua-
tur, & felix non regitur.

*Amb. sup.
psal. Ani-
ma mea in
manibus
meis.*

d Quicumque proprium corpus, subege-
rit, nec eius passionibus turbare animam
suam rector sui congrua viuacitate permi-
serit, is bene regia quadam potestate se co-
hibens, rex dicitur: quod regere se nouerit,
& arbiter sui iuris sit, ne captiuus trahatur
in culpam, nec præceps feratur in vitium.

*Grego. in
Moral.*

e Omnis, qui dispensandis terrenis rebus
præsudet, occulti hostis iaculis latius patet.

Ibidem.

f Magnopere curandū est, ut qui regen-
dis hominibus præfertur, apud se intra se-
cretarium mētis in cathedra præsideat hu-
militatis, quūque iudicāti ei à ceteris foris
adhsistitur, vigilantī oculo incessanter aspi-
ciat, cui quandoque iudici ipse de his iudi-
candis adhsistat, ut quantò nunc ante eum,
quem non videt sollicitus trepidat, tantò
cum, quum viderit, securior cernat.

Bene

g Bene sancti viri, scripturæ sacræ testi- *Grego. in*
 monio reges vocantur. quia prælati cunctis *moralib.*
 motibus carnis, modò luxuriæ appetitum
 infranant, modò æstum auaritiæ tempe-
 rant, modò gloriam inclinant, modò sug-
 gestiones liuoris obruunt, modò igne fu-
 roris extinguunt. reges ergo sunt, qui ten-
 tationum suarum motibus non consentiêdo
 succubere, sed regendo præesse nouerunt.

h Sæpe suscepta cura regiminis cor per *Grego. in*
 diuersa diuerberat, & impar quisque inue- *pastor.*
 nitur ad singula, dum confusa mente diui-
 ditur ad multa.

i Re vera mihi videtur esse ars artium, & *Greg. Na*
 disciplina disciplinarum, hominem rege- *Zanzen^o*
 re. qui certè est inter omnes animantes *in apolog.*
 maximè & moribus varius, & voluntate
 diuersus.

k Sæpe à disciplinæ metu resoluimus *Grego. in*
 subditos, si nostro regimini hilaritatis frê- *moralib.*
 na relaxamus: quia dum nos quasi licenter
 lætos aspiciunt, audacius ipsi ad illicita re-
 soluuntur.

l Summus locus bene regitur, quum is, *Grego. 3.*
 qui præest, vitiis potiùs, quàm fratribus *moral.*
 dominatur.

m Caput quippe subiectorum sunt cun- *Grego. in*
 cti, qui præsunt, & vt recta pedes valeant *pastor.*
 itinera carpere, hic proculdubio caput ex

alto prouidet, ne à profectus sui itinere pes torqueat, quum curuata corporis rectitudine caput sese ad terram declinat.

Chry. sup. illud mat. Herodes n Quemadmodum certantibus ventis mare concutitur, sic regibus sibi aduersantibus populus regni vexatur.

rex turba tus est. Chryso. in tracta de symbolo. o Quemadmodum videns arborem foliis pallentibus marcidam, intelligis, quòd aliquam culpam habeat circa radicem: ita quum videris populum indisciplinatum, si ne dubio cognosce, quòd sacerdotium eius non est sanum.

Chryso. in polycraticio lib. 1. p Tunc totum reipublicæ corpus roboris sui integritate vigebit, tunc optimæ cõpositionis specie venustabitur, & elegantis pulchritudinis decorem induet, si singula quæque locum teneant sortita decenter, si fuerit officiorum nõ confusio, sed distributio.

Chry. ibi. lib. 4. q Principatus non sanguini debetur, sed meritis, & inutiliter regnat, qui rex nascitur, & non meretur.

Chry. ibi. lib. 7. r Nulla gens est ita sollicita circa regem suum sicut apes, vnde regi incolumi omnibus mens vna est: amisso rumpere fidem, constructaque mella destruere: & quando nequit volare, fert ipsum turba apum, meliorem pugna quærunt. & si moritur, moriuntur & ipsæ.

f Tunc ciuitates bene ordinatæ, tunc san *Rab. 8 gl.*
 ctæ ecclesiæ res rectè aguntur, quum & for *sup illud*
 tiores viribus, necessariis insistent operib⁹: *prom. 20.*
 & seniores maiori prudentia præditi, de Exaltatio
 nis, quæ agenda sunt, salubriter consulunt. *inueni for*

t Qui præfunt populis, si volunt firmum *tu, &c.*
 esse solium, semper hilaritate & gratia *Idè in gl.*
 vultus plenos exhibeant, ne per arrogan- *sup illud*
 tiam rigidi plebis odium incurrant. *prom. 25.*

v Reges à rectè agendo vocati sunt. ideò- *Anser in*
 que rectè faciendo, regis nomen tenetur, *pietate de*
 peccando amittitur. Rectè ergo illi reges *vultu reu*
 vocantur, qui tam semetipsos, quàm subie- *gu, &c.*
 ctos bene regendo modificare nouerunt. *Isido. li. 9.*

x Sæpe per regnum terrenum cœleste re *c. 3. & li.*
 gnum proficit, vt qui intra ecclesiam posi- *3. c. 48. de*
 ti, contra fidem & disciplinam ecclesiæ *sum bo.*
 agunt, rigore principum conterantur. *Isi. li. 3. de*

y Non caret regia potestate, qui corpori *sum. bo. c.*
 suo nouerit rationabiliter imperare. Verè *13.*
 dominator est terræ, qui carnē suam regit *Prosper 8*
 legibus disciplinæ. nec potest fieri, vt non *suu sent.*
 grandi pondere ruinæ super hominem vo-
 luntas propria cadat, si voluntati sui supe-
 rioris extollendo eam præponat.

z Publici decoris mater, est mens regen- *Cass. li. 3.*
 tis. & quale fuerit dominantis arbitrium, *ep. st.*
 talem parit libertatis aspectū. Facilius est
 quippe, si dicere fas est, errare naturam,

quàm dissimilem princeps possit formare
Rempublicam. Is enim potest alios rege-
re, qui se studuit sub decore tractare.

Cassibi

a b Tuta est conditio subiectorum, ubi
viuitur sub æquitate regnantium. princi-
pis autem opinionem longè latèque disse-
minat subiectorum custodita securitas.

*Cass. li. 3.
epist.*

a c Qui reipublicæ statû, & generale cu-
pit stare fastigium, ad vniuersa debet esse
solicitus: quia non est salus in corpore, nisi
quam & membra potuerunt obtinere.

Ibidem.

a d Communis prouincialium sermo est:
annum bonum non tam de magnis fructi-
bus, quàm de iustè regnantibus existiman-
dum.

*Boë. lib. 1.
de consol.*

a e Sententia Platonis est: Beatas fore
respublicas, si eas vel studiosi sapientiæ re-
gerent: vel earum rectores studere sapien-
tiæ contigisset.

*Sen. 3. ep.
extrema
partit.*

a f Inter homines antiquorum optimus
animorùmque rector eligebatur. ideóque
summa felicitas erat gentium, in quibus
non poterat esse potentior, nisi melior.

*Sen. li. 10.
vbt. sue.*

a g Quomodo aut cui tandem hic liberè
imperabit, qui non potest, cupiditatibus
suis imperare? Refrænet primùm libidi-
nes, spernat voluptates, iracūdiam teneat,
coërceat auaritiam: ceteras animi labe-
pellat: tunc incipiat aliis imperare, quum
ipse

ipse improbiſſimis dominis dedecori ac turpitudini parere deſierit, dum quidē his obediēt, liber habendus omnino non erit.

a h Inexpugnabile munimentum, amor *Seneca de ciuium.* Quid pulchrius eſt, quā viuere clementia optantibus cūctis? Quis huic audeat ſtruerē ad Nerone aliquod periculum, ſub quo iuſtitia, pax, nem. ſecuritas, dignitas florent? ſub quo opulenti ciuitas copia bonorum omnium abundat?

a i Vt in corporibus, ſic in imperio grauiſſimus eſt morbus, qui à capite diffunditur. *Seneca in quadam epiſt. Ibidem.*

a k Si vis omnia tibi ſubiicere, te ſubiice rationi. Multos reges, ſi te ratio rexerit, ab illa diſces, quid & quemadmodum aggredi debeas.

a l Gentes barbaras impatientēſq; alieni arbitrij facilius eſt regere, quā animū ſuum continere, & ſibi tradere. *Ibidem.*

Simul iſta mundi rector Deus poſuit odium atque regnum. qui ergo odia nimium timet, regnare neſcit. *Ibidem.*

a m Sicut hominibus reges, ita regibus dominandi deſideria dominantur: hoc eſt regnum, nolle regnare cū poſſis. Vis ergo regnum tibi dari magnum? rege te ipſum. *Ibidem.*

a n Illud regnum in gradu æterno facile ſuis exhorterit, vbi minimum virium Veneris pe- *Socrates in ſuis exhortatio.*

cuniarq; cupido sibi vendicauerit.

Ibidem. a o Qui multarum habet potestatem rerum, primum purgare cōscientiam debet: vt quæ delicta corrigit, non admittat, vitetque quod vindicat. Stultum enim est, vt velit quis aliis imperare, cū sibi ipsi imperare non possit.

Vide etiam in titu. Caro, m. Cor, o. Correctio, v. Electio, c. v. Exactio. Fama, f. Honor, c. Ira, a q. Iustitia, z. Odium, f. Pax, f. a d. a e. Pœnitentia, p. Perfectio, m. p. Philosophia, h. Potestas, g. h. i. Prælatio, f. t. v. x. a. q. Rapina, c. d. Sapientia, k. Seruitium, a.

Religio.

*Augu. de opere Mo-
nacho.*

a **N**ON propterea in Christiana militia ad pietatē diuites humiliatur, vt pauperes ad superbiam extollantur. nullo enim modo decet, vt in ea vita vbi senatores sunt laborosi, ibi fiant opifices otiosi, & quomodo veniunt relictis delitiis suis, qui fuerunt prædiorum domini, ibi sint rustici delicati.

*Idē in regula ter-
tia.*

b Non dicatis aliquid proprium, sed sint vobis omnia cōmunia, & distribuatur unicuique vestrū à præposito vestro victus & tegumentum. nō æqualiter omnibus, quia non æqualiter valetis omnes, sed potius unicuiq; sicut cuique opus fuerit: sicut legitur in Actibus Apostolorum, quia erant

eis

eis omnia communia, & distribuebatur singulis, prout cuique opus erat. Qui aliquid habebant in seculo, quando ingressi sunt monasterium, libenter voluerunt illud esse commune. qui autem non habebant, non ea quærant in monasterio, quæ nec foris habere poterant: sed tamen eorum infirmitati, quod opus est, tribuatur, etiam si pauperes eorum, quando foris erant, nec ipsa necessaria poterat inuenire: tamen non idè putent se felices esse, quia inuenerunt victum & tegumentum, quale foris inuenire non potuerunt: nec erigant ceruicem, quia sociantur eis, ad quos foris accedere non audebant, sed sursum cor habeant, & terrena bona non quærant, ne incipiant esse monasteria diuitibus vtilia, non pauperibus, si diuites illic humiliantur, & pauperes illic inflantur.

c Sed rursus etiam illi, qui aliquid videbantur in seculo esse, non habeant fastidio fratres suos, qui ad illam sanctam societatem ex paupertate venerunt: magis autem studeant, nõ de parentum dignitate, sed de pauperum fratrum societate gloriari. nec extollantur, si communi vitæ de suis facultatibus contulerint aliquid, nec de suis diuitiis magis superbiant, quia eas monasterio partiuntur, quàm si eis in seculo frue-

Aug. ibid.

rentur. alia quippe quacunque iniquitas in malis operibus exercetur, vt fiant: superbia verò in bonis operibus insidiatur, vt pereant. Et prodest dispergendo dare pauperibus, & pauperem fieri, si anima misera superbior efficitur diuitias contemnendo, quàm fuerat possidendo.

Augu. ibi.

Qui infirmi sunt ex pristina consuetudine, si aliter tractantur in victu, non debet aliis molestum esse, nec iniustum videri eis, quos fecit aliqua consuetudo fortiores: nec illos feliciores esse putent, quia sumunt, quod non sumunt ipsi, sed sibi potiùs gratulentur: quia valent, quod non valent illi.

August. in epist.

Quantumlibet vigilet disciplina domus meæ: homo sum, & inter homines vivo. nec mihi arrogare audeo, vt domus mea melior sit, quàm arca Noë, vbi tantum inter octo homines vnus reprobus inuentus est: aut melior sit, quàm domus Abrahamæ, cui dictum est: **E**iice ancillam, & filium eius. aut melior sit, quàm domus Isaac: cui de duobus geminis dictum est in Malachia: **I**acob dilexi, **E**sau autem odio habui. **S**impliciter autem fateor charitati vestræ coram nostro Domino Deo, qui est testis mihi super animam meam, ex quo Deo seruire cœpi, quoniam sicut

diffi

difficile sum expertus non esse meliores quàm qui in mundo profecerunt, ita non sum deteriores expertus, quam qui in mundo defecerunt. hinc arbitror dictum in Apocalypsi: iustus iustificetur adhuc, & qui in sordibus est, sordescat adhuc.

g Amputetis occasionem turpium nundinarum, quibus existimatio vestra læditur, & infirmis offendiculum ponitur, & ostendite hominibus non vos in otio facilem victum, sed per angustam & arctam viam regnum Dei quærere.

Aug. in l. de opere monacho.

h Latro est, & Domum Dei conuertit in speluncam latronum, qui luera de religione sectatur, cultusque eius, non tam cultus Dei, quàm negotiationis occasio est.

Hic super Mat. li. 4.

i Pudet dicere: de cauernis cellularum urbem damnamus in sacco & cinere, veluti de ipsis sententiam ferimus. Quid facit sub tunica pœnitentis regius animus, qui alios vult regere, & alios iudicare: & à nemine regi, à nemine iudicari?

Hic. 3. ep. ad Marc.

k Sunt ditiores monachi, quàm fuerant seculares. possident opes sub Christo pau- pere, quas sub locuplete diabolo non habuerant, & sustinet eos ecclesia diuites, quos tenuit mundus antè mendicos. Ne- potianus noster aurum calcans, schedulas consecatur.

Hic. 5. ep. ad Hebra. monachū.

Hic in ep. ad Rusti. monach. I Aegyptiorum monasteria hunc tenent morem, vt nullum absque opere aut labore suscipiant: nō tam propter victus necessitatem, quā propter animæ saluationē.

Ibidem. Nummum addunt numo & marsupium suffocantes, matronarum opes venantur obsequiis. Modica esca in hamo ponitur, vt matronarum in eo sacculi protrahantur: sic bestię, sic aues, sic capiuntur & pisces. parum tribuunt, vt amplius accipiant, quæ magis venatio est appellanda, quā donatio.

Gre. super Eze. 10. 9. O Sæpe de vita proximorū querimus, mutare locum, conamur secretum vitæ remotioris eligere, videlicet ignorantes, quia si desit spiritus, non adiuuat locus. Iste enim Loth, de quo loquimur, in Sodomis factus exitit: in mōte peccauit. Quod autem loca mentem nō muniunt, ipse humani generis primus testatur parens, qui & in paradiso cecidit. Sed minūs sunt omnia, quæ loquimur ex terra. nam si locus saluare potuisset, Satan de cœlo non caderet.

Grego. in mora. p Quia terreni principes magna se Deo humilitate substernunt, prauī homines ideò ad fraudis argumenta vertuntur, quia illos religionem reuereri conspiciunt, ipsi cultum religionis assumunt: & bonorum vitā sub despectis vestibus, iniquis operibus

bus premunt. mūdi quippe dilectores sunt, qui hoc in se, quod homines venerantur, ostendunt. atq; eis, qui verè se despiciunt, non mente, sed veste copulantur: quia præsentem gloriam amantes, assequi non possunt, quam despicientes sequuntur. honores enim fugiunt, vt honoribus obuiant.

q Multi de iachoata iusticia laudari appetunt: præesse cæteris melioribus concupiscunt, quos plerunque, dum iuxta votum præsens prosperitas sequitur, multò plus, quam prius fuerant, de sanctitatis habitu peiores fiunt. *Ibidem.*

r Cuncta sollicitè fugiens portum monasterij petij, & relictis quæ mundi sunt, vt frustra tunc credidi, ac ex huius vitæ naufragio nudus euasi. quia enim plerumque nauem incautè religatã etiam de sinu tuti littoris vnda excutit, quum tempestas excrefcit: repente me sub prætextu ecclesiastici ordinis in caufarum seculariũm pelago reperi, & quietem monasterij quam habendo fortiter tenui: quàm stricte tenenda fuerit perdendo cognoui. *Gre. i prælo. mon.*

s Eo quoq; tẽpore, quo ad ministeriũ alta ris accessi: hoc demũ ignorate me, actũ est, vt sacri ordinis pondus acciperem, quate nus in terreno palatio licẽtius excubarem. *Ibidem. Ber. de pœnit. & dispensatio.*

t De religiosis, & bene ordinatis monasteri

steriis nullus professorum meo consilio, nec arctiori quidem desiderio sine licentia sui senioris egreditur: egressus tamen, si melius inuenerit & elegerit, meo nihilo minus iam consilio non regreditur ad inferius bonum, quod reliquerat, & contempserat pro meliori.

*Bernard. in
ser. 36.*

v Attende diligenter quid diligas, quid metuas, non gaudeas vel contristeris, & sub habitu religionis animum secularem, & sub pannis conuersionis inuenies cor peruersum.

*Ber. bo. 4.
super mis
sus est.*

x Video quiddam, quod sine dolore videri non debet. post aggressam Christi militiam rursus implicari secularibus, rursus terrenis cupiditatibus immergi. cum magna cura erigere muros, & negligere mores: sub pretextu quoque communis utilitatis verba vendere diuitibus, & matronis salutationes, sed & contra sui imperatoris edictum concupiscere aliena, & sua cum licet repetere: ita nec se mundo, nec sibi mundum crucifixerunt: ut qui ante vix in suo vico vel oppido cogniti fuerunt, modo circueuntes prouincias, & curias frequentantes, regum notitias, principum familiaritates affecti sunt.

Ibidem.

y Video, quod non parum doleo, post spretam seculi pompam nonnullos in scho-

hūmilitatis superbiam magis addiscere, ac sub alis mitis humilisque magistri grauius insolescere, & impatientes amplius fieri in clauſtro, quàm fuissent in ſeculo.

z Plerique in domo Dei nō patiuntur in *Ibidem* contemptu haberi, qui in sua domo nō nisi contemptibiles esse poterant: vt quia videlicet vbi à pluribus honores adpetuntur, ibi locum habere non meruerunt, saltem ibi honorabiles videantur, vbi ab omnibus honores contemnuntur.

ab Inhumanè redarguis opera eorum, *Bern. sup. ca. ser. 220* quorū refugis onera. temerariè obiurgat virū reuertetē de prælio, mulier nēs in domo. dico enim si is, qui de clauſtro est, eum qui versatur in populo, interdū minūs discretē, minūſve circumspectē sese agere deprehēderit: verbi gratia, in verbo, in cibo, in risu, in ira, in iudicio, nō ad iudicandum confestim proſiliat, sed meminerit scriptū. Melior est iniquitas viri, quàm mulier benefaciens. Nam tu, qui in tui custodia vigilas, bene facis: sed qui iuuat multos, meliūs facit & viriliūs. quòd si implere non sufficit absque aliqua inæqualitate vitæ conuersationis suæ, memento quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hæc dicta sunt contra geminam tentationem: qua sæpe viri religiosi episcop

scoporum vel ambire gloriam, vel excessus temere iudicare, diabolicis instigationibus incitantur.

*Ber. i quo
dam ser.* a c Tu qui in congregatione es, bene viue, ordinabiliter, sociabiliter & humiliter: ordinabiliter tibi, sociabiliter proximo, humiliter Deo.

*Ber. in li.
de pœni. et
dispensat.* a d Qui secundum regulam viuere studeant: & si non ad vnguem, vt dicitur, totam custodiunt: & si qua pro sui claustru ritu vel mutant vel prætermittunt, à regulari tamen professione non discedunt, dum tamen sobriè & iustè & piè pro moribus viuere non desistunt.

*Ber. i qua
dam epi.* a e Claustralis paradisus ad suauiem spirans austri clementiam, quasi tot floribus vernat, quot virtutibus abudat. Dum enim diabolus officinas fratrum circuit: debet eum fugare ab oratorio deuotio, à refectorio lectio, à dormitorio stramenta vilia, à capitulo patientia.

*Ber. su. cã.
ser. 19.* a f Non vultis esse contenti communi vita, non sufficit vobis regulare ieiunium: non solennes vigiliæ, non imposita disciplina, non mensura, quam vobis partimur in vestimentis vel alimentis: priuata præfertis cõmunibus: qui vestri curam semel nobis credidistis, quid rursus de vobis intromittitis? Nam illam, qua toties Deum
con

cōscientiis vestris testibus offendistis, propriā scilicet voluntatem vestrā, ecce nōne iterum magistrā habetis nō me illa vos docet natura: non parcere: rationi non acquiescere: seniorum consilio vel exemplo non obtemperare, nobis non obedire. an ignoratis quia melior est obediētia, quā victima? Non legistis in regula vestra, quōd quicquid fit sine voluntate vel consensu spiritualis patris, vanæ gloriæ deputabitur, non mercedi.

a g Si quid religionis oritur, quicumque resistit, quicumque repugnat, planē cum Aegyptiis paruulos Israelitici germinis necare conatur: imō cum Herode nascentem persequitur Saluatorem.

*Ber. i quo
dam ser.*

a h Felix domus, & beata semper congregatio, vbi de Maria Martha conqueritur: nam Mariam Marthæ æmulari indignum prorsus est.

*Ber. in ep.
quad. m.*

a k Abundans est pauperi religio, mediocri sufficiens, tolerabilis diuiti, infirmis larga, delicatis compatiens, fortioribus moderata, pœnitentibus misericors, peruersis seuera, bonis optima. hæc sunt beneficia religionis.

*Hugo de
claus. ani
me. lb. 1.*

a m Quatuor sunt in habitu religionis notabilia: scilicet; vilitas & superfluitas, paucitas & pretiositas: in vilitate vana

Ibidem.

gloria & simulatio, in pretiositate superbia, aut delectatio, in paucitate intolerantia siue desperatio, in superfluitate verò amor seculi, non amor cœli, amor palatii, non paradisi notatur.

Hug. li. de claustr. ani me, de 12. abusioib. a n Habet enim lex claustraliũ iudices, & testes atque conciliarios suos. In lege etenim domini duo testes sunt: vita & conscientia. duo iudices, meditatio & scientia. duo consiliarij, amor Dei & proximi. Bonus testis, bona vita, bonus iudex, bona conscientia. coram Deo testis est conscientia, coram hominibus vita.

Ibidem. a o Qualis debet esse religionis habitus ostēdit Apostolus, nō in veste pretiosa & c. sed hodie cappa canonici, & cuculla monachi non differunt à pallio militis. Sed, vt ait quidam Sapiens, miles & monachus ex eodem panno partiũtur: ille sibi cucullam, ille chlamidem. nō multũ differunt habitus canonici regularis & secularis. Sed si fortè regularem videas, archidiaconum vel episcopum te vidisse contendas.

Ibidem. a p Quàm detestāda peruersitas in monasterio, vt vbi fiunt diuites laboriosi, sint pauperes delicati, qui in seculo pauperiores vixerāt, quā nunc in claustro viuant: & nunc in monasterio quærūt, quæ foris habere nō poterant. Mentior ego: si non vidi,
quo

quorum talis paupertas erat, quando foris erant, quòd nec ipsa necessaria inuenire poterant, erigentes sibi mentem voluerunt sociari his, ad quos foris accedere non audebant. & qui ante conuersionem lectulum proprium nusquam habebant, nunc si fortè voluntas eis fuerit eundi alibi, ornamenta lectuli secum portant. Vidi & ego, ni fallor, monachum camisia vestitum iocātem & dicentem: & charior est stamina, quàm camisia. tunica verò vestiri magna est difficultas. Sed forsitan dicēs: quoniam infirmus erat huiusmodi: imò sanus & petulans, & pingui residens equo, abundans rebus & curias frequentans. qui tamen ante conuersionis habitum, pedes ire consueuerat, nec sæpe lineis induebatur.

aq Norūt multi quòd saturitatē ventris *Ibidem.* sequitur leuitas operis, & vanitas mentis. Scriptū est enim, Sedit populus māducare, & bibere, & surrexit ludere. ludere inquit, nō legere. Sunt qui post delicati cibi ferula, cum in claustro sedeant, non lectioni & silentio, sed rumoribus & curiositati vacant: qui locū loquendi & tacēdi nusquā & nunquā seruant. sed instabiles & otiosi nunc hos, nunc illos ad loquēdū vocāt. Po-
ne, inquit, ori meo custodiam, & ostium

circumstantiæ labiis meis. ostium dixit, nō murum. Si enim murus poneretur, loquēdi licentia omnino negari videtur, sed ostium ponitur, quod tēpore & loco clauditur & aperitur. Est tempus & locus tacendi, & loquendi. Aperitur itaque ostium hora constituta. scilicet in clauſtro lectioni, in capitulo confessioni, in ecclesia orationi. Item clauditur ostium in clauſtro confabulationi, in capitulo contentioni, in ecclesia vanæ modulationi.

Ibidem. a r Gaudent multi clauſtraliū, quum de regibus fabulantur, dum casus militum narrant, dum pro illis loquuntur, à quibus non agnoscentur, multorum partes defendunt, pro multis irascuntur, pro multis litigant, ignorant tamen quod negant, aut quod affirmant.

Ibidem. a f An nescis diabolū expulsū à capitulo celi, Adā à capitulo paradisi, Iudam à capitulo Christi? Primū capitulū fuit in celo, secundum in paradiso, tertium in horto. In vnoquoque tamen præerat Deus. In primo culpa superbix, in secūdo inobediētiæ, in tertio auaritiæ. De primo dicitur: Ponam sedem meam ad Aſſilonem, & ero similis altissimo. De secundo dicitur. De ligno sciētiæ boni & mali ne comedatis: De tertio dicitur: Et retulit trigintā argenteos, & pro

& proiecit in templo. pœna primæ culpæ
 calus, secūdæ labor, tertiæ laqueus. de pri-
 ma dicitur: Vidi Satan tanquam fulgur de
 cœlo descendentem. De secunda: In sudore
 vultus tui vesceris pane tuo. De tertia: La-
 queo se suspendit. His tribus res claustra-
 lium ordines asimilantur. Hi scilicet pri-
 mi: quoniam sedem prælationis quarunt,
 & præesse non possunt. alij qui nec obedi-
 re volunt. tertij familiares magistris locu-
 los portantes, & in occulto detrahentes.

at Sunt enim quidam, qui mente vagi, *Hug. ibi.*
 oculis attoniti, habitu dissoluti, plana pa-
 rietum prospicientes perlustrât. aliud can-
 tant, & aliud cogitant. In choro sunt cor-
 pore, & in foro mente. nunc intus, nunc fo-
 ris exeunt, psalmodix verba proferunt, sed
 psalmodix sensum non intelligunt. Sunt
 alij voce dissoluti, qui vocis modulatione
 gloriantur: non tantum gaudent de do-
 no gratiæ, sed etiam alios spernunt. Tu-
 mentes elatione aliud cantant, quàm li-
 bri habeant: & quanta est leuitas vocis, tan-
 ta forsitan est & mentis. cantant forsitan,
 vt placeant populo, magis quàm Deo. Si
 sic cantas, vt ab aliis laudem quæras, vo-
 cem tuam vendis, & facis eam non tuam,
 sed suam.

av Ego autē quomodo accedã, qui por= *Ibidem.*

to plumã struthionis in habitu religiõis, vt non placeã moribus, sed vestibus. Quasi enim struthio volatum simulo: sed tantũ pedibus terram tango. volito habitu, sed tãgo affectu. Vnde & veritas dicit, Hi sunt, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intus sunt lupi rapaces. Exterius enim contegor ouis vellere, intus autem scæuo cupiditate.

Hugo. a Superstitio dicitur veræ religioni superaddita falsa religio.

Prosper a y Sunt quidam, qui velut conuersi ex *de vita cõ* pristinis moribus nihil abiiciunt: non mē-
templati- te mutantur, sed veste: non actu, sed habi-
ua libr. 1. tu. Hi sunt, qui sermone tantum, nõ opere seculo renuntiasse contenti seculariter viuunt: & vitia sua inani professione vitæ melioris abscondunt: ac religionis imaginariæ nomine palliati, opinionem virtutis pro virtute suscipiunt. prædicant magna, nec faciunt, accusant vitia, nec deponunt. publicè sibi displicere simulãt, quod occultè committunt: magni student videri, non fieri.

Prosper
ibid.

a z Laudant eos, quorũ cupiunt prædicatione laudari. ieiunant, vt vultus sui pallore perniciosi laudibus vendant. Ad reprehendendũ alios prompti, sed nõ patiuntur à quibuslibet vel leuiter reprehendi. Ad

fac

faciem publicam patientiam fingunt, & in animo iracundiæ virus abscondunt. ad nocendum parati, quum nocendi tempus inuenerint: suorum actuum negligentes sũt, aliorum procaci libertate censores. Impru- denter assunt virginibus sacris & viduis quibus conglutinantur affectu, vt facilius ab ecclesiæ (quod dictu quoque nefas est) quàm ab earum communione discedant: qui & si cum illis fortè non peccat, tamen malæ suspicionis de se præbendo materiam, vitam maculis sinistrae opinio- nis infamant.

b a Religionis affectus nõ solũ deuotio- *Cassio. su-*
ne corporis, sed magis arcano gerit cordis. *per psal-*

b c Hæc tria studia otiosorum sunt in *mũ. 43.*
claustro, vagatio oculorũ, superfluitas ver- *Cassio. su-*
borum, peruersitas cogitationũ. Hæc tria *per psal-*
vitia eiiciunt fratrem de claustro. *ogrediebã*

b d Ad professionem nostram pertinet, *tur foras*
subiectione & abiiectione gaudere, pauper *ex lo. &c.*
tatis studium querere, & non solum fa- *Casarius*
cultares, sed etiam ipsas voluntates de cor- *in admon-*
dibus eradicare. Nihil enim habere inter- *ni. 25.*
dum, res necessitatis est, nihil autem cape-
re, virtutis.

b e Videte vocationem vestram fratres *Casarius*
charissimi. venire ad eremũ, summa per- *in admon-*
fectio est, non perfectè in eremo viuere, *ni. 28.*

summa damnatio est. Quid prodest, si in loco quies teneatur, & inquietudo in corde seruetur? si in habitatione sit silētium, & in habitatoribus, vitiorum sit tumultus, & colluctatio passionum? Si exteriora vestra serenitas teneat, & interiora tempestas?

Euseb. in quodā sermo. b f Verus religiosus debet esse neglector quietis, fugax voluptatis, appetitor laboris, patiens abiectiois, impatiens honoris, pauper in pecunia, diues in conscientia, humilis ad merita, superbus ad vitia.

Pet. Chr. in quodā ser. b g Iuxta sententiam cordis mei: Si paradus in hac vita præsentis est, vel in claustro, vel in scholis est. Quicquid enim extra hæc duo est, plenum est anxietate, inquietudine, amaritudine, formidine, solitudine & dolore.

Ibidem. b h Spes fructuum releuat agricolam à labore, fortémq; pugilem contemnere facit molestias istuū spes coronæ tibi quoq; furetur grauamina claustri, & gratæ seruitutis officium expectatio iubilei. Nudus athleta fortiùs dimicat, natator exuitur, vt fluuium transeat, viator exoneratur à sarcinis, vt expeditiùs curret.

Tul. de natura deorum. b i Religio est, per quam reuerēti famulatu cerimoniarū diuini cultus exercentur,

Vide etiam in titu. Abusio. d. Communi-

as. b. Contemplatio. d. n. Deuotio. n. Frat-
 ternitas & Iactantia. a. Hypocrisis. e. f. g.
 Mandatum. k. Monachus & Murmur &
 Obedientia & Ordo. d. Paupertas. pax. v.
 Pœnitentia. a d. Perfectio. c. Pietas. e. Relin-
 quere & sacerdos. a. e. Sanctitas. f. Solitudo.
 Superbia. a e. Tentatio. a p. Voluntas. a h.

Relinquere.

a **V**Tilius terrena opulentia tenet hu- *Augus. ad*
 militer, quã superbè relinquitur. *Pau.*

b Quid prodest dispergendo dare paupe *Augus. de*
 ribus, & pauperem fieri, quum anima mise *vita cler.*
 ra superbior efficitur diuitias contemnen-
 do, quã fuerat possidendo.

c Qui cœlestis vitæ dulcedinem, in quan *Grego. in*
 tum possibilitas admiserit, perfectè cogno *homil.*
 uerit, ea quæ in terris amauerat, cuncta de-
 relinquit. in comparatione illius vilescunt
 omnia, deserit habita, congregata disper-
 git, inardescit in cœlestibus animus, nil de
 terrenis liber, deforme conspicitur quic-
 quid de terrenæ rei placebat specie: quia
 sola pretiosæ margaritæ claritas fulget in
 mente.

d Dominus non vult simul effundi opes, *Amb. libr.*
 sed dispensari, nisi fortè vt Eliseus boues *1. de offic.*
 suos occidit, & pavit pauperes ex eo
 quod habuit, vt nulla cura teneretur do-
 mestica.

Hiero. sup. per Matt. e Ecce, nos reliquimus omnia &c. Grandis fiducia. Petrus piscator erat, diues non fuerat, cibos manu & arte quarebat, & tamen loquitur confidenter, reliquimus omnia. omnia enim reliquit, qui voluntatem habendi deseruit.

Hic. ibi. f Apostoli quantū ad diuitias nihil, quantum ad voluntatem, totum mundum reliquerunt.

Hiero. in quadā e= pisto. g Licet in collo tuo paruulus dependeat nepos, licet sparso crine & sciscis vestibus vbera, quibus te nutrierat, mater ostendat, licet in limine pater iaceat, percalcato perge patre, & siccis oculis ad vexillū crucis euola. Solum pietatis genus est, in hac re te esse crudelem.

Hiero. in epi. h Apostolici fastigij perfectæque virtutis est, omnia simul vendere, & pauperibus erogare, & sic expeditum, cum Christo ad *Hierony. ibidem.* cœlestia volare.

Hiero. sup. per illud Matth. si solue. i Festina quaeso te, & habens in solo per illud dem, nauiculæ funem magis praecide quā si solue.

vis perfe- Etus esse, vade &c. k Facilius sacculus contemnitur, quā voluntas. Multi diuitias relinquentes Dominum non sequuntur. Sequitur autem *Hiero. in epi. ad* Dominum qui imitator eius est, & per vestigia illius graditur,

Helio. l Gladiū tenet hostis, vt perimat me, & ego

ego de matris lachrymis cogitabo?

in Crates Thebanus, homo quidem ditissimus, cum ad philosophandum Athenas pergeret, magnum auri pondus abiiecit, nec putavit se simul posse virtutes & diuitias possidere: Abite, inquit, malæ cupiditates: ego vos mergam, ne submergar à vobis. philosophus gloriæ animalis, & popularis auræ vile mancipium totam simul sarcinam deposuit.

in Quasi quodam iugo seruitutis premunt prosperadum, appetuntur. premunt aduersa, dum formidantur. At si quis semel dominationem desideriorum temporalium à collo mentis excusserit, quadam iam etiã in hac vita libertate perfruitur, dum nullo desiderio felicitatis afficitur, nullo aduersitatis terrore coarctatur.

o Multum enim reliquit, qui sibi nil retinuit. multum reliquit, qui quantumlibet paruum, totum deseruit. Certè nos & habita ex amore possidemus, & ea, quæ non habemus, ex desiderio quærimus. Multum ergo Petrus & Andreas dimiserunt, quando vterque etiã desideria habendi dereliquit. multum dimisit, qui cum re possessa etiam concupiscentiis renuntiavit. A sequentibus ergo tanta dimissa sunt, quanta à non sequentibus concupisci poterunt.

Ibidem. p Multa, fratres, relinquitis, si terrenis desideriiis renuntiatis, exteriora enim nostra, quãuis parua, Domino sufficiunt. cor namque & non substantiã pensat: nec perpendit, quantum in eius sacrificio, sed ex quanto proferatur.

Grego. in ho. super illud. q Quisquis diuini stimulo amoris exci-
tatus hæc possessa reliquerit, illic procul
dubio culmen iudiciariæ potestatis obtine-
bit: vt simul iudex tunc cum iudice veniat,
qui relin- qui nunc consideratione iudicij sese spon-
tanea paupertate castigat.
quisquis .
Ec.

Grego. in homil. 32. r Qui vult venire post me, abneget se-
metipsum &c. Ad se veniẽtibus Dominus
præcipit, vt renuntiemus nostris: quia qui
ad fidei agõnem venimus, luctamen con-
tra malignos spiritus sumimus. Nihil au-
tem maligni spiritus in hoc mundo possi-
dent proprium. nudi ergo cum nudo lucta-
ri debemus. Nam si vestitus quisque cum
nudo luctatur, citius ad terram deiicitur.
quia habet vnde teneatur. Quid enim
sunt terrena omnia, nisi corporis indu-
menta? Qui ergo contra Diabolum ad
certamen properat, vestimenta abiiciat, ne
succumbat.

Grego. in homil. s Si vultis, omnia retinẽdo relinquitis,
vt cum tota mente ad æterna tendatis. Si
enim nihil in hoc mundo amando possi-
deris

deris, etiam possidendo cuncta relinquitis.

t Illi, qui ex possessis rebus subsidia egē *Greg. sua*
 tibus ministrant, in bonis, quæ faciunt, ta- *per Exec.*
 crificium offerunt: quia aliquid Deo immo-
 lant, & aliquid sibi reseruāt. Qui verò, ni-
 hil sibi reseruant, offerunt holocaustum,
 quod maius est sacrificio.

y Ecce nos reliquimus omnia &c. Bene *Ber. in col*
 Petre, & nō ad insipientiam tibi, nimirum *loquioser.*
 quia exultauit, vt gigas, ad currendam viā, *ad Petr.*
 nec currentem sequi poteras oneratus. Nō
 inutilis commutatio, pro eo, qui super om-
 nia est, omnia reliquisse.

x Omnia sanè dixerim, non tantū posses *Bern. ibi.*
 siones, sed etiam cupiditates. Plus enim
 mundi concupiscentia, quàm substantia no-
 cet, & hæc fugiendarum causa diuitiarum
 præcipua est, quòd aut vix, aut nunquam
 sine amore valent possideri. Facile enim
 cor humanum omnibus, quæ frequentat,
 adheret.

y Age ergo, qui relinquere disponis o- *Ibidem.*
 mnia, te quoque inter relinquenda nume-
 rare memento. imò verò maxime & prin-
 cipaliter abnega te metipsum, si deside-
 ras sequi eum, qui exinaniuit propter te
 semetipsum.

Bernard.

z Zacchæus, cuius laus est in Euāgelio, *in ser. caa*
 dimidium honorum suorum dedit paupe *pi. 5.*
 ribus

ribus. sed ego multos Zacchaos hic video, qui nihil sibi ex omnibus reliquere. Quis mihi scribet hoc Euāgelium de Zaccharis istis, imò de Petris istis, qui fiducialiter loquuntur Domino : Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te : sed scriptum est iam in Euangelio æterno, In libro vitæ est scriptum & signatum.

Isid. lib. 3. de sum. bon. a b Si itaque quis renuntiat omnibus, quæ possidet, & suis non renuntiat moribus, non est Christi discipulus, qui enim renuntiat rebus suis, sua abnegat: qui verò renuntiat suis moribus, seipsum videlicet abnegat.

Ioã. Cass. de institu. mo. na. libr. 7. capit. 21. a c Nihil proderit pecunias non habere, si voluntas fuerit in nobis possidendi. Miserabile autem est paupertatis ac nuditatis æstus tolerasse: fructus verò earum prauæ voluntatis vitio perdidisse.

¶. 22. Ibi. c. 27. a d Nemo est, qui non habeat, quod dimittat. Vniuersis renuntiauit facultatibus mundi, quicumq; affectum possidendi eas radicitus amputauit.

Idem in prima col. latione ab batis Moy. si. cap. 6. a e Nonnullos huius mundi maximas facultates, & non solum multa auri & argenti talenta, verum etiam & prædiorum magnificentiam contemnentes, post hæc vidimus pro scalpello, pro graphio, pro acu, pro calamo commoueri, qui si utiq; contemplationem cord

cordis mundi fixã tenerent: nunquã utiq; pro paruis rebus admitterent, quod ne pro magnis ac pretiosis incurrerẽt opibus, eadem penitus abiicere maluerunt. nam plerunq; tanto zelo codicem seruant, vt eum ne leuiter quidem legi, vel contingi ab aliquo patiantur. & inde furoris occasiones & imparientiã ac mortis incurrant: inde mouentur stipendia patientiã & charitatis acquirere. Cumque omnes diuitias suas pro Christi amore disperferint, pristinum tamen cordis affectum in rebus paruis & minimis retentantes, & pro ipsis nonnunquam mobiliter irascentes, veluti qui non habeant apostolicam charitatem ex omnibus infructuosi sterilesq; redduntur.

a g Prima abrenũtiatio, qua corporali- *Idem in*
ter vniuersas diuitias mundi facultatẽsque *tertia col-*
contẽnimus. Secunda qua mores ac vitia *la. Abba-*
affectũsque pristinos animi, carnĩsque re- *tis Pafiu*
spuimus. Tertia qua mentem nostram de *tij. cap. 6.*
presentibus vniuersis ac visibilibus euocã
tes, futura tantummodo contemplamur, &
ea, quæ sunt inuisibilia, concupiscimus.

a h Prima renuntiatio rerum alienarũ
est. ideõque per se solã perfectionẽ renun- *Ibid. capi*
ciantĩ cõferre nõ sufficit: nisi peruenerit ad *te 10.*
secundã, quẽ verẽ abrenũtiatio rerũ nostra
rum est. quam adepti expulsionẽ omnium
vicio

vitiarum, tertia quoque abrenuntiationis fastigia conscendemus, ut ita demum illud supremum mereamur audire; quod dicitur ad Abraham: Veni in terram, quam tibi demonstrauro, quia perfectè renuntianti tribuitur, ut terram promissionis intrare mereatur.

Idem in a i Pudet dicere, ita plerosque abrenuntiatione riasse conspicimus, ut nihil amplius immutasse de interioribus vitiis ac moribus cõ-
 4. *Danie. cap. 20.* probentur, nisi ordinem tantum atque habitum secularem. Nam & acquirere pecunias gestiunt, quas nec antè possederunt, quod famulos suos exinde, vel fratres alere se debere, iustum esse contendunt, quibus profectò non proderit maiores opes ac substantias contempisse: quia affectus earum, ob quos illarum contempræ sunt, in res paruas atque exiguas transtulerunt. Nam vitium cupiditatis atque auaritiæ, quod erga species pretiosas exercere non possunt, circa viliores materias retinentes non abscississe, sed immutasse se probant pristinam passionem. Nam nimia deuicti diligentia erga curam p̄sarthij, sportellæ, sigelli, codicis mattæ, aliarumque similitum rerum quavis vilissimum; eadem tamen, qua antè libidine derinent, & ab aliorum contrectatione defendunt, quæ vniuersis fratribus deb

debent esse communia.

a k Quid differt, vtrum quis perturbationem cupiditatis erga opes amplas atq; magnificas, an erga viliores exerceat species, nisi quod in eo reprehensibilior iudicandus est: quòd qui maxima spreuerit, in minimis oblongetur? Ideòque perfectionem cordis abrenuntiatio ista non obtinet, quia cum cēsum habeat pauperis, non abiicit diuitis voluntatem. *Ibidem.*

a l Hoc distat inter renūtiare omnibus, Beda *i gl.* & relinquere omnia: quia renuntiare, con-^{sup} *Luc.* uenit omnibus qui ita licitè vtuntur mun- 14. *Qui* danis, quæ possident, vt tamen mente ten- *nōrenūtia* dant ad æterna. Relinquere, est tantummo- *uerit oib'* do perfectorum, qui omnia tēporalia post- *quæ possi-* ponunt, & solis æternis inhiant. *det Etc.*

a m Non sufficit ad perfectionem omnia *Rab. i gl.* relinquere, nisi post contemptas diuitias ^{sup} *Mat.* Saluatorem sequatur, id est relictis malis, 19. *Veni* faciat bona. Facilius facculus contemnitur, *& sequo* quàm voluntas. Multi diuitias relinquen- *re me.* tes, Dominum non sequuntur.

a n Quemadmodum qui amorem exue- *Sene. 70.* re conat, euitāda est omnis admonitio cor- *epist.* poris dilecti. Nihil enim facilius, q̄ amor putrescit: ita qui deponere vult desiderium rerum oīm, quarū cupiditate flagrauit, & aures & oculos ab his, quæ reliquit, auertat.

Senec. 12. epist. a o Sunt quidam, qui quæstum contem-
pserunt, nulli aliæ rei, quàm quæstui vacan-
tes. Excute illos, qui quæ cupiêre, deplo-
rant, & de earum rerum loquuntur fuga,
quibus vacare non possunt.

*Rab. i gl. sup. Mat. Veni et se-
quere me.* a p Veni, dixit: non tam incessu pedum,
quàm renouatione morum, quod est, non
ambire terrena, non caduca lucra sectari,
fugere honores infimos, contemptum o-
mnium mundi que, & cœlestia libèter am-
plecti, cunctis prodesse, amare, iniurias nul-
li inferre, ac illatas patienter sufferre, sed
& inferentibus veniam à Domino postu-
lare non suam, sed conditoris sui gloriam
quærere; quicquid valet ad amorem super-
norum, eligere: hæc & huiusmodi gerere,
est vestigia sequi Domini.

Vide etiam in titulo Abusio, c. Apostoli, l.
Auaritia, a. h. Contemplatio, c. d. ad. Con-
temptus, b. Gloria vana, i. r. Honor, p. Li-
beralitas, e. Perfectio, d. Pietas, d. Virtus, l.
Christus, n.

Remuneratio.

*Boë. de cō-
sola. lib. 5.* a **M** Ane spectator desuper cunctorū
præsciis Deus, bonis præmia, ma-
lis supplicia dispensans. nec frustra sunt in
Deo positæ spes precè que: quæ cum rectè
sint, inefficaces esse nō possunt. Auersami-
ni igitur vitia, virtutes colite, ad rectas
spes

spes animum subleuate, humiles preces in excelsis porrigite. magna vobis est, si dissimulare non vultis, necessitas indicta probitatis, quum ante oculos agitis iudicis cuncta cernentis.

b Nutriunt præmiorum exempla virtutes: nec quisquam est, qui non ad morum summa nitatur ascendere, quando irremuneratum non relinquitur, quod conscientia teste laudatur. *Cass. lib. 2. epist.*

c Graue nimis est, ut fructu laboris sui fraudetur industrius: & cui debet pro sedulitate conferri præmium, dispendium patiatur iniustum: & malorum omnium probatur extremum, ut inde quis cogatur detrimenta suscipere, unde credebatur auxilia provenire, molestiam pati sine causa, poenam sine culpa, damna sine delictis. *Cass. ibid.*

d Tribuenda est iustis laboribus compensatio meritorum, quia exprobrata militia creditur, si irremunerata transitur. Athletam populis palma designat esse victorem: sudores bellicos cineta corona testatur. Expectant equos etiam præmia sua, & tanta iustitiæ vis est, ut nec illis tardius detur laboris præmium, qui sentire non poterant denegatum. Quod si ita est, dignum est hæc huiusmodi reddere, qui per honesta cognoscitur obsequia placuisse. *Ibidem.*

Cass. li. 3. epist. e Aequum est enim vt vnicuique proficiat labor suus, & sicut expendendo cognoscit incommoda, ita rebus perfectis consequatur augmenta.

Cass. li. 4. epist. f Gloriosum quippe est honores passim impedere, sed laudabilius bene meritis digna præstare: quicquid enim talibus tribuitur, pro generali potius vtilitate largitur.

Cass. ibi. g In lucrū cedunt, quæ bene meritis conferuntur, & de ipso munere magis acquiruntur quam optimis digna præstantur.

Vide etiam in titu. Favor, e. Gloria æterna, & Hospitalitas, o. Labor, d. Mandatum, l. Meritū & Mirabile, s. Otiositas, i. Opus, d. Peccatum, a r. Sacerdos, a l. Tentatio, b. Tribulatio, a k.

Recidivatio.

*Aug. i ep. ad quen-
dam comi-
sem.*

a **N** Vllum scelus coram Deo tam abominabile fit, quam præterita peccata vnicuique nostrum dimissa, reminiscendo gaudere, & inde exultare.

Aug. i gl. sup illud ecc. 34. qui baptizati à mortu.
Ec.

b Qui post lauacrum, mundi esse negligunt, qui post lachrymas vitæ innocentiam non custodiunt, lauantur quidem, & mundi non sunt: quia commissæ flere desinunt, & iterum flenda committunt.

Glo. super illud eccl. 29. Nō ite

c Post fletum non committas, quod iterum necesse sit flere: nec defendas quod malè locutus es, & quod malitiosa mente conce

concepisti, pessima facta ne replicas.

res verbū

d Venisti per viam fornicationis, ambulaper viam castitatis: venisti per viam auaritiæ, ambula per viam eleemosynæ: si autem per ipsam viam redieris, iterum sub regno vadis Herodis.

ducis nequam.

Chry. sup.

Matth. 2.

Per aliā

e Cogita, ô homo, grauiorē esse culpam post veniam, renouatum vulnus peius dolere post curam: molestius hominem sordidari post gratiam, quare indulgentiæ indignus est, qui post veniā peccat. Sanitatis indignus est, qui semetipsum postquam sanatus est, vulnerat, nec mundari meretur, qui semetipsum post gratiam sordidat.

viā reuer si sunt.

Chryso. in

homi. qua

dam.

f Qui gaudet in bonis, quæ inuenit, & recordatur mala, quæ euasit, difficile redit ad malum.

Idem sup.

Matth.

g Plerunque utile est arrogantibus, deseri à Deo, quatenus suæ infirmitatis conscij ad humilitatem redeant, vt humiles post casum existant.

Isid. lib. 3.

de summo

bono.

h Vniuscuiusque casus tantò maioris est criminis, quantò priusquam caderet, maioris erat virtutis.

Isid. ibid.

Vide etiā in tit. Correctio, b. y. Peccatum, g. z. a. e. a f. Pœnitentia, l. Verecundia, l.

Restitutio.

Augu. de

a **Q**uod inuenisti, & non reddidisti, rapuisti: quantum potuisti fecisti, postoli.

verbis a-

postoli.

quia non plus petuisti, ideo non plus fecisti. Qui alienum negat, si potuit, tollit:

Aug. sup. ad Man. ced. b Si res aliena, propter quam peccatum est, cum reddi possit, non redditur, non agitur pœnitentia, sed fingitur. Si autem non veraciter agitur, non remittetur peccatum, nisi restituatur ablatum. sed, vt dixi, quam restitui potest.

Orig. sup. Lenticū. c Multi sine peccato putant esse, si alienum, quod inuenerint, teneant, & dicunt: Deus mihi dedit, cui habeo reddere? Discant ergo, peccatum hoc esse, simile rapi-næ, si quid inuentum, non reddant.

Resurrectio.

Aug. i. en-chirid. a **R**esurgent sanctorum corpora sine vilo vitio, sine vlla deformitate, sine vlla corruptione, sine difficultate in quibus tanta facilitas, quāta felicitas erat.

August. in quodam ser. de paschate. b Surrexit Christus, exulter vniuersus mūdus. Par etenim est, vt sicut omnis creatura lugubri doluit ploratu in morte Creatoris sui: & quę funere noctis obscuro profecuta est exequias in cruce morientis, nūc triumphalem ab inferis reditum læta suscipiat resurgentis.

Aug. ibi. c Ecce surrexit ab antro sepulchri rediuiua caro Phœnicis, quam cinnamomum decoxerat pietatis. granum frumenti quod solum in terra mortificatum est in passio-
ne

re, multum fructum attulit in resurrectione, solus enim mortuus est, sed solus minime resurrexit. quorum enim sepulchra in eius passione sunt patefacta, horum corpora Christo resurgente sunt de pulvere suscitata. & sicut cum Domino surrexerunt, ita cum eo ascendente etiam ipsi ascendisse creduntur.

d Tres mortuos inuenimus à Domino *Aug. ibid.* resuscitados visibiliter, multos inuisibiliter. quos autem mortuos inuisibiliter suscitauerit, quis nouit? Non enim scripta sunt omnia signa, quæ fecit, quæ si scripta essent, arbitror totum mundum non posse libros capere.

e Tres, scilicet filiã archisynagogi adhuc *Aug. de* in domo iacentem, inuenem filium viduæ *verbis do-* extra portam elatum, & Lazarum quatri- *miti.* duanum sepultum. Sunt tria genera peccatorum, quos hodie suscitatur Christus, delectationis, operis, consuetudinis.

f In hac die peccator de indulgentia de- *Aug. sine* sperare non debet. Si enim latro paradisi *Maxi. in* sum meruit, cur non mereatur veniam *ser. de pa-* Christianus? & si illi Dominus, quum cru- *sch. a.* cifigitur, miseretur: multò magis huic miseretur, quum resurgit. Nam si passionis humilitas tantum præstitit contenti, resurrectionis gloria quantum tribuet de-

precanti? Largior enim solet esse ad præstandum læta victoria, quàm addicta captiuitas.

Aug. i. gl. sup illud Apocaty. 12. Raptus est fili⁹ ei⁹ ad Deū. g Raptus est Dei filius ab humanitate ad diuinitatem in assumptione, à passibilitate ad immortalitatem in resurrectione, à minoritate ad patris equalitatem in ascensione: quia quantus fuit descensus à sinu patris ad patibulum crucis, tantus fuit ascensus à patibulo crucis vsque ad dexteram patris.

August. in episto. ad Volusia. h Venit Christus, & completa sunt in opitu eius, vita, dictis, factis, passionibus, morte, resurrectione, ascensione, omnia præconia prophetarum.

Ambro. in epi. de mysterio pascha. i Hæc est dies, quam fecit Dominus &c. Quis dies? nempe ille, qui tribuit viuendi principium, lucis exordium, autor luminis ipse Dominus Iesus Christus, qui de semet ipso ait: Ego sum, inquit, dies: qui per diem ambulat, non offendit. Est enim pascha vere anni principium, primi mensis exordium, nouella germinum, reparatio à tetræ hyemis nocte discussa, primi veris restituta iocunditas: in quo Deus defixa humo cœli machinam suspendens, diem Solis ardore radiavit, splendorem Lunæ solatio noctis attribuit, pendentem cœli cameram splendentium syderum decorauit ornatu.

natu.

k In ipso raptu mors præuenit, & quasi *Amb. sup.*
per soporem egressa anima in momento *il. The. Ra*
reducitur. *piemur cū*

l Cerne manus Iudæe quas fixeras, cerne *illis in no-*
latus Romane quod foderas. Videte cor- *bi.*
pus, an idē sit, quod dicebatis clam tulisse *Hie. in ep.*
discipulos. *ad Helio.*

m Redemptor noster suscepit mortem, *Grego. in*
ne mori timeremus: ostendit resurrectio- *mora. sup*
nem, ut nos posse resurgere confidamus. *illud Iob.*

n Non casu factum est, ut discipulis Do- *Scio quòd*
minum videntibus post resurrectionem, redētor.
electus ille discipulus tunc deesset, post au- *&c.*

tem veniens audiret, audiens dubitaret, du- *Grego. in*
bitans palparet, palpans crederet. Non ca- *hom. tra-*
su gestum est, sed videndo & palpando fa- *ctās illud*
ctus est testis veræ resurrectionis. *Iean. 20.*

o Quòd discipuli tardè crediderunt, non *Quia vi-*
tam infirmitas illorum, quàm nostra firmi *disti me*
tas fuit: nam illis dubitantibus, resurrectio *Thom. a.*
multis argumentis monstratur. quia & co- *Gre. super*
medit, & se oculis videndum, & manibus *illud mat.*
palpandum, & contrectandum præbuit. *vt. Quia*
quod de solo spiritu esse nō potest. Minus *dum autē*
Maria Magdalene præstitit, quæ statim *dubitane-*
credidit, quàm Thomas, qui diu dubita- *runt.*
uit. *Grego. in*

p Sunt nonnulli considerantes, quòd spi- *moral.*

ritus à carne soluitur, quòd caro in putredinem verratur, quòd putredo in puluerem redigitur, quòd puluis in elementis soluitur, vt nequaquam ab humanis oculis videatur: resurrectionē fieri posse desperant, & dum arida ossa respiciunt, hæc vestiti carnibus rursus quo ad vitam viridescere posse disfidunt. qui si resurrectionis fidem ex obedientia non tenent, certa hanc tenere ex ratione debuerant. Quid enim quotidie nisi resurrectionē nostram in elementis suis mundus imitatur? Nā per momenta tēporum cernimus arbutta viriditatem foliorum amittere, à fructuum prolatione post largitionē cessare, & ecce subito, quasi ex arefcēti ligno, velut quadā resurrectione veniente, videmus folia erumpere, fructus grandescere, & totam arborem rediuuino decore vestiri.

Greg. ibi. q Consideremus paruum cuiuslibet arboris semen, quod in terra iacitur, vt arbor ex illo producat, & comprehendamus si possumus, vbi in illa tanta paruitate seminis tam immensa arbor latuit, quæ ex illo processit, vbi lignū, vbi cortex, vbi viriditas foliorum, vbi vbertas fructuū. Nūquid non in semine tale aliquid videbatur, cum in terra iaceretur? Quid ergo mirum, si tenuissimū puluerē à nostris oculis in elemē-
tis

is redactum, quum vult Deus in hominem reformat, qui ex tenuissimis seminibus immensa arbuta redintegrat.

r In omni re aut actu, virtus agendi spes *Chry. sup.* est futuri. Qui enim arat, arat vt metat. *il. Ma. 22.* qui pugnat, pugnat vt vincat. & post pau- *Qui dicunt* ca: Tolle ergo spem resurrectionis, & re- *nō esse res* soluta est obseruantia omnis pietatis. *surrectio-*

f Si igitur resurrectio non est, neque *nem.* Deus est, neque prouidentia est. tunc casu *Damasto* omnia feruntur & aguntur. Videmus enim *nus lib. 4.* plurimos iustos esurientes & iniuriā patientes, peccatores autem & iniustos in diuitiis & in omni voluptate abundantes. sed quis vnquam hoc iusti iudicij, vel sapientis prouidentiae opus bene sentiens suspicabitur? Erit ergo resurrectio. iustus enim Deus est, & his, qui cōfidunt in eum, mercedis retributor.

r Proh dolor: tēpus peccādi, termin⁹ re- *Ber. i ser.* cidiuandi, facta est resurrectio saluatoris.

v Resurget iustus vt iudicet, peccator vt *Cas. su. il.* iudicetur, impius vt sine iudicio puniatur. *ps. Non re*

x Affligimur in eius passione, gaudeamus in eius resurrectione. sic enim possu- *sur. impij* mus pij dici, si eius dispensationibus me- *in iud.* remur aptari. *Ca. su. ps.*

y Est in Christo homine vnus cuiusque *Maxi. in* nostrum caro, sanguis & portio. vbi ergo *ser. de pa.* port

portio mea regnat, regnare me credo, vbi
dominatur sanguis meus, dominari me sen-
tio. vbi glorificatur caro mea, me glorio-
sum esse cognosco.

Raba. sup z Quia in paradiso mulier propinavit
illud mat. viro mortem, à sepulchro mulier viris an-
ylt. Itē re nuntiat vitam: vt sicut occasione sexus mu-
nun. fra- liebris fuit introductio mortis, ita hic ex
tribus & pietate sexus muliebris nuntiatio vitæ: vt
Pet. quæ viro transfuderat culpam, transfun-
dat & gratiam.

Pet. Chr. a b Quòd apostoli resurrexisse Dominū
ser. 79. mulieribus nuntiantibus, aut nō credunt,
aut deliramentum iudicasse referuntur,
grauiter nemo arguat. Alitè dubitat, qui al-
tius credit. decipi non potest, qui non est
facilis audire. Ignauus nimis est, qui post
exemplum inuenitur incautus: rudis miles
ad aciem concurret, qui causam belli ne-
scit, vim bellatoris ignorat. peritia autem
est, non segnities, quam sensim miles ve-
teranus accedit.

Senec. 36. a c Desinunt ista, non pereunt. etiā mors,
epist. quam pertimescimus ac recusamus, inter-
mittit vitam, nō eripit. Veniet iterum, qui
nos in luce reponet, dies æquo animo de-
bet rediturus exire. obserua orbem terrū in
se remeantium. Aestas abiit, sed alter illam
annus adducit. hyems occidit, referent
illam

illam sui menses. Solem nox obruit, sed ipsam statim dies abiget.

Vide etiam in ti. Amor. a g. a h. Ascensio. c. d. h. i. l. y.

Reuerentia.

a **C**ham nuditatem patris irrisit, & semen suum in seruitutem perpetuam *sup. illud* damnauit. Absalon quoque David de regno expulit, & concubinas eius incestauit. *tre tuum,* sed morte condignas poenas luit. Helisai *ut supuen-* caluitium pueri Bethel irriserunt, & duo *niat tibi* uersi de saltu ex eis quadraginta duos *lacen. & c.* lauerunt: & puerilis stultitia Iudæorum in Caluarie loco Christum crucifixum irrisit. sed quadragesimo secundo anno post ascensionem eius duo uersi, Vespasianus & Titus de saltu gentium regressi, illusores sauisimè laniauuerunt.

b Boni reuerendi sunt, ne offendantur: *Gre. sup.* ne fortasse per eos ille prouocetur ad iram *Exech.* qui eorum corda semper inhabitat.

d Dignitas, est alicuius cultu & honore *Tull. in* & verecundia digna autoritas. *rhetor.*

e Obseruantia est, per quam homines *Ibidem.* aliqua dignitate antecedentes, cultu quodam & honore veneramur.

f Reuerentia, est virtus aliqua prelatione *Ibidem.* sublimitatis debite honorificationis cultum exhibens.

- Ibidem.** g Veneratio, est virtus, qua reuerentiam exhibem⁹ maioribus in corporis humilia-
tione, gestu, nutu, & verborum emissionem.
- Va. Max. li. 8. de me-
mor. dist.** h Pythagoræ tanta veneratio ab audito-
ribus tributa est, vt quæ ab eo acceperat, in
disputationem deducere nefas putarent,
Qui etiam interpellati ad reddendam cau-
sam, hoc solum respondebant, ipsum di-
xisse. magnus honor, sed scholasticus.
- Boet. li. 3. de consol.** i Non possumus ob honores reuerentia
iudicare dignos, quos ipsis honoribus iu-
dicamus indignos.
- Se. 40. ep.** k Bonus vir sine Deo nemo est. Ille dat
consilia magna, & recta. Magnorum flu-
minum capita veneramur. coluntur aqua-
rum calentium fontes & stagna, quæ vel
opacitas, vel immensa altitudo sacrauit.
- Ibidem.** l Si hominem videris intrepidum, & in-
expugnabilem periculis, intactum cupidi-
tatibus, inter aduersa felicem, in medijs tē-
pestatibus placidum ex superiore loco ho-
mines videntem, non subiicit te veneratio
eius? vis istuc diuina descendit.
- Se. 65. ep.** m Multum egerunt, qui ante nos fuerunt,
sed non peregerunt. suscipiendi tamē sunt &
ritu deorum colendi. quam venerationem
præceptoribus meis debeo, eandem illis
præceptoribus generis humani, à quibus
tanti boni initia fluxerunt. Si cōsulem vi-
deo

deo aut prætorem, omnia quibus honor haberi solet, faciam: equo defiliam, caput adaperiam, femita cedam. Quomodo ergo Marcū Catonem & Lætium sapientem, & Socratem cum Platone in animum meum sine dignatione summa recipiam? Ego illos veneror, & tantis nobilibus assurgo.

Vide etiā in ti. Angelus. i. o. Cōtemptus. i. Ecclesia. y. Honor & Martyrium. a.

Sacerdos.

a **N**emo in ecclesia amplius nocet quā *Gre. 5^a pa.* qui peruersè agens nomen vel ordinem sanctitatis vel sacerdotis habet. Delinquentem nanque hunc redarguere nullus præsumit. & in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reuerentia ordinis peccator honoratur.

b Contemplamini, quid sit populo sancto præesse, & considerate, quale sit diuinis sacramētis insistere: Altari placere debent, qui de altari viuunt: & talis conuenit *Aug. lib. de singulari. c. le ricorum.* cura synceritatis sacramentis, qualia sunt sacramenta ipsa, quibus exhibent officia seruitutis, ne contra Deum offendant, ipsa quætractant, aut contra populum incipiāt impedire, quod prædicant:

c Nō despecta, non vetula absque affinitate peculiariter suscipienda est ad domesticum obsequium: quia magis. citò delinquit *Ibidem.*

quitur, vbi sine suspicione, securum potest esse delictum: maxime quia libidini nulla deformitas, nulla despectio obstat, cui diabolus pingens speciosum facit quicquid foedum vel horridum fuerit.

Glo. Aug. d Presbyteri, qui bene praesunt vita & do-
su. 1. Ti. 5. ctrina, digni habentur a subditis duplici
Qui bene honore. scilicet vt spiritualiter eis obediāt,
praesunt. & exteriora bona ministrent. Boni enim
 dispensatores & fideles non solum honore
 sublimi praemiari debent, sed & terreno: vt
 non contristantur indigentia sumptuum
 & gaudeant obedientia spiritualium. in-
 stantior enim fit, si non humilietur inopia,
 & crescit in illo autoritas, quum videt se
 etiam in praesenti laboris fructum percipe-
 re: non vt abundet, sed vt non deficiat.

Glo. su. il. e Qui animarū curā pro domino susci-
prover. 11. pit, vt errantes doceat, vel consoletur mœ-
Qui susci stos: vel temporalibus sustentet, vel renitē-
pit ani- tes ad remedia salutis protrahat, vel pa-
mas sapi- store destitutos gubernet, vt secum plures
ens est. ad dominum perducatur: sapiēs est, quia sibi,
Glo. su. il. vt sublimius cū domino regnet, procurat.
prover. 27. f Pastori ecclesiae dicitur: diligenter ad-
Diligēter hibe curam eis, quibus te esse contigerit.
agnosce agnosce animos & actus singulorum, si
vultū pe- quid vitij in eis inueneris, citius castigare
cor. tui. memento.

Non enim tu semper pascendi dominicas oves potestatem habebis, sed æternam percipies coronã, si tuo tẽpore bene paueris.

g Sobriam à turbis grauitatem, seu- *Am. ep. 6.*
ram vitam, singulare pondus dignitas sibi
vendicat sacerdotalis.

h Nihil in sacerdote tam periculosum *Am. in ep.*
apud Deum, tam turpe apud homines, *ad Theo.*
quàm quòd sentiat veritatem non liberè *imperato.*
pronuntiare.

i Ex inordinata & indisciplinata multi- *Am. 7 quã*
tudine sacerdotum, hodie datur cõtemptui *dam ser.*
redemptoris nostri venerabile sacramen-
tum. nam qui debuerant esse vicarij apo-
stolorum & filij Petri, facti sunt socij Iu-
dæ, & præambuli Antichristi.

k Absit vt de his quicquàm sinistrum lo. *Hic. 7 epi.*
quar, qui apostolico gradui succedentes, *quadam.*
Christi corpus sacro ore conficiunt, per
quos etiam nos christiani sumus, qui cla-
ues regni cœlorum habentes, quodammo-
do ante diem iudicij iudicant.

l Grandis dignitas sacerdotum, sed grã- *Hier. sup.*
dis ruina, si peccat. Lætatur ad ascensum, *Eze. li. 2.*
sed timeamus ad lapsum. Non est tanti
gaudij excelsa tenuisse, quanti mœroris de
sublimioribus corruisse: nec enim solum
pro nostris delictis reddemus rationem,
sed pro omnium, quorum abutimur do-

nis, & nequaquam sumus de eorum salute solliciti.

Hier. sup. Ageū pro phetam. m Cōsidera, sacerdotū esse officiū, de lege interrogatos respōdere. si sacerdos est, sciat legem Domini: si ignorat legem Domini, ipse se arguit nō esse sacerdotem Domini: sacerdotis enim est, scire legē, & ad interrogationem respondere de lege.

Hie. i. epi. ad Nepot. n Conuiuia tibi vitanda sunt seculariū, & maximè eorum, qui honoribus tument. Turpe est enim ante fores sacerdotis Domini & pauperis crucifixi, & qui cibo quoque vescebatur alieno, lictores consulum indicēque prouinciæ, & milites excubare. Melius est apud te prandere, quàm in palatio.

Hie. i. quidam. epi. o Infirmorum corda de mali presbyteri vita percutiuntur. securiores existentes, prolabuntur licentiū in peccatum.

Greg. in morab. p Penset ergo sacerdos, quia ad satisfaciendum districto iudici de sua tantummodo anima fortasse vix sufficit. & quot regendis subditis præest reddendæ apud Deum rationis tempore, vt ita dicam, tot solus animas habet.

Gre. ho. 6. sup. Ezech. q Nihil tam onerosum ordini sacerdotum video quàm rigorem mentis compatiendo flectere, & cum personis superuenientibus animum mutare.

r Nos, qui ex oblationibus fidelium vivimus, quas illi pro suis peccatis obtulerunt, si comedimus & racemus, eorum proculdubio peccata manducamus.

Grego. in homil.

f Pensate fratres quanta dationis est, si ne labore percipere mercedem laboris, quam tibi criminis, pretia peccatorum accipere, & nihil contra peccata predicando dicere.

Grego. in homil. Dignus est merc. et c.

t Semper in sacerdotali pectore cum terrore severitatis custodiri debet virtus mansuetudinis, ut & iram mansuetudo custodiat, & mansuetudinem (ne forte dissoluta sit) zelus discretionis accendat.

Grego. in homil. 6.

v Multi dum vitam sacerdotum, quam suam discutiunt, in erroris foueam dilabuntur. minus considerantes, quod non eos vita sacerdotum laederet, si ipsi humiliter bonis sacerdotum admonitionibus aurem accommodarent: sed hypochritarum more magna trabe vulneratos habentes oculos eamque negligentes, festucam tenuem in aliorum oculis conspiciunt.

Grego. in homil.

x Causa sunt ruinæ populi, sacerdotes mali. Quis enim se pro populi peccatis intercessor obiciat, si sacerdos, qui orare debuerat, graviora committat?

Gre. in registro.

y Nullum ab aliis præiudicium, quam à sacerdotibus tolerat Deus. quando eos, quos ad aliorum correctionem posuit, dare de

Grego. in ho. 27.

se exempla prauitatis cernis. plerunque, quod est grauius, sacerdotes, qui propria dare debuerant, etiam aliena diripiunt: plerunque, si quos humiliter, si quos continenter viuere conspiciunt, irrident.

Ibidem. 7. Ingrediuntur electi, sacerdotum manibus expiati cœlestem patriam, & sacerdotes Christi per vitam reprobam ad inferni supplicia festinant. Cui rei similes dixerim sacerdotes malos, nisi aquæ baptismatis? quæ peccata baptizatorum diluens, illos ad regnum cœleste mittit, & ipsa in cloacas descendit.

Greg. 11o. ab Nos, qui sacerdotes vocamur, qui supra ea mala, quæ propria habemus, alienas quoque mortes addim⁹, quia tot occidimus, quot ad mortem ire quotidie tepidi & tacentes videmus: & sequitur, tunc subiectus moritur sine te, quando in causa mortis te contradictorem pertulerit: nam morti cui non contradicis, adiungeris.

Berna. in. epi. 2. ac Quicquid præter necessariū victum ac simplicem vestitum de altari retines, tuū non est, rapina est, sacrilegium est.

Berna. in. serm. 24. sup. cant. Timeant clerici, timeant ministri ecclesiarum, qui in terris sanctorum, quas possident, tam iniqua gerunt, vt stipendiis, quæ sufficere debeant, minimè contenti, superflua, quibus egeri sustentandi foret, impie sacr

ſacrilegè que ſibi retinent, & in uſus ſuæ ſuperbiae luxuriæque victum pauperum cōſumere non verentur. duplici profectò iniquitate peccant, quòd & aliena diripiunt, & ſacris in ſuis vanitatibus & turpitudinibus abutuntur.

a d Quid tibi cū ſceminis, qui ad altare *Ibi. in ep.*
cum domino familiaris es? Qualiter eiſdē labiis oſcularis in altari filiū virginis, quibus oſcularis in lupanari filiā meretricis?

a e Heu, heu Domine Deus, quia ipſi *Ber. ibid.*
ſunt in percuffione tua primi, qui videntur in eccleſia tua primatum diligere, gerere principatum, arcem Simonis occupauerunt, apprehenderunt munitiones, & vniuerſam deinceps liberè & poteſtatiuè tradunt incendio ciuitatem. Non eſt iam dicere, vt populus, ſic ſacerdos, quia nec ſic populus, vt ſacerdos.

a f Si talem mihi aliquem adducas monachum, qualis vt exaggerationem dicam, *Chryſo. ſuo dialo.*
Elias fuit, non tamen illi comparādus eſt, qui traditus populis & multorum peccata ferre compulſus immobilis perſeuerat & fortis. Si quis autem bene adminiſtrato ſacerdotio illius propoſiti ſcilicet monachalis ſudores conferat, tantum eos diſtare reperiet, quantum inter priuatum diſtat & regem.

Chr. de di ag Ei qui vult alterum ad officium *sa*
gnitate sa cerdotale pertrahere, sufficere non iudicio
cerdotali testimonium quod opinione collegerit,
 li. 2. sed cum favore illius bonæ opinionis etiã
 ipsum animum eius, qui eligitur, noscat
 diligenter.

Ibidem. ah Sacerdotis aspice dignitatem: agitur
 in terra, sed officium cœlestibus negotiis
 continetur. Non enim homo, nō angelus,
 nō archāgelus, nō aliqua alia creatura, non
 virtus, sed ipse spiritus sanctus hoc munus
 instituit, atque adhuc manentes in carne
 mysterio fungi præstitit angelorum.

Chry. ibi. ai Per ipsos Christū induimus, per ipsos
 Dei filio coniungimur, per ipsos membra
 beati ipsius capitis efficimur. Quomodo
 ergo nobis isti non solū reuerendi ma-
 gis, quā reges aut iudices? sed etiam nobis
 magis erunt honorabiles, quā parentes.

Ibidem. ak Sapientissimum esse oportet & per-
 spicacem in omnibus sacerdotem & mil-
 le, vt dicitur, ex omni parte oculos haben-
 tem. quippe qui non solū sibi, sed etiam
 populo viuit.

Ibidem. al Qui ordinant indignos, eisdē subia-
 cēt pœnis, quibus illi, qui indigni sunt or-
 dinati, & si dicant se eorum vitia ignoras-
 se, vnde apostolus ad Timotheum: Manus
 citò nemini imposueris nec communica-

ueris peccatis alienis. imò ex hoc grauius crimen efficitur: quoniam absoluerunt vel promouerunt eum, quem ignorabant. atque id, quod putabatur esse excusatio, fiet accusatio.

am Bene agente populo, vnusquisque pro suo merito remuneratur, sacerdos autem pro bonis omnium. habebit enim pro propriis auream, & pro acquisitione aliorum aureolam.

*Chryf. sup
Matt. 25.
A mē dico
vobis sup
omnia.*

an Multi sacerdotes, & pauci sacerdotes, multi in nomine, & pauci in opere. Videte ergo quomodo sedeatis super cathedra: quia cathedra nō facit sacerdotē, sed sacerdos cathedra. Non locus sanctificat hominem, sed homo locum. Qui bene sederit super cathedram, honorem accipit ab illa, qui malè sederit, injuriam facit cathedræ.

*Chryf. sup
Matt. hon
m. 25. tra
ctās illud.
Super ca-
thedram
Moysi.*

In iudicio em̄ sedes, si bene vixeris quidē & bene docueris, & omnium iudex eris: si autem bene docueris, & malè vixeris, tui solius. Nā bene viuendo, & bene docēdo populū instruis, quomodo debeat viuere. Bene autē docendo, & malè viuendo instruis Deum, quomodo te debeat cōdēnare.

ao Meli⁹ est ppter bonos et malos fouere: q̄ propter malos etiam bonos contēnere: propter bonos ergo sacerdotes etiā malos honorate, ne ppter malos etiā bonos.

Chry. ibi.

contēnatis. Melius est enim malis iniusta præstare, quàm bonis iusta subtrahere.

Isid. lib. 3. de summo bon. a p Sacerdotes pro populorum iniquitate damnantur, si eos aut ignorantes nō erudiunt, aut peccātes non arguūt. Sicut enim peccatorem conuenit argui, ita iustum nō exulcerari.

Prosp. lib. primo de vita contemplatiua. a q Sacerdotes si consolentur afflictos, si pascant egenos, si vestiānt nudos, si redimant captiuos, si suscipiant peregrinos, si desperatis spem veniæ consequendæ promittant, & quicquid ad officium suum pertinet, constanter exerceant: quis sic erit alienus à fide, vt dubitet tales contemplatiuæ vitæ esse participes, quorum exemplo simul ac verbo plures sunt regnorum cælestium coheredes: isti sunt ministri verbi, adiutores Dei, oraculū Spiritus sancti. per tales Deus placatur in populo & populus instruitur Deo.

Hugo. de clau. anime. lib. 2. a r Considera diligenter vultum pecoris tui. Vultum pecoris considerat, qui quid singuli subiectorum possint, non ignorat: cui per confessionem corda, per circumspectionem opera, per experimentum quid possint, per affectus quid velint, ratio manifestat & vocem, inquit, meam audiunt. Tres sunt pastoris voces. scilicet suavis, dulcis, & alta. Suavis ad infirmum, ad morie

rientem dulcis, ad surdum pertinet alta,
 a s Accessit ad Iesum Petrus, accessit & *Hugo. ibi.*
 Iudas, accesserunt discipuli, accesserunt *de. xij. a.*
 & milites crucifigentes. accedunt & per- *ibufioni.*
 uersi sacerdotes: qui ea quæ offeruntur in
 mensa Christi, offerunt in mensa diabo-
 li. ipsa est alea fabeti. In illa Deum inuo-
 cant. in ista periurant, legem Dei nec sciunt
 nec discunt. vacantes otio, comestationi-
 bus & ebrietatibus student. terrenis in-
 hiant. tertena sapiunt, assidui in plateis,
 in ecclesia rari, tardi ad inuestigandum
 culpam peccatoris, parati ad quærendum
 vestigia leporis, velociore ad congre-
 gandos canes, quàm ad vocandum pau-
 peres. Libentius porrigunt panem cani,
 quàm pauperi. plures seruiunt ei ad men-
 sam, quàm ad missam. famulos aut famu-
 las secum habere volunt, sed clericos ha-
 bere non possunt, quia nolunt. Hi sunt,
 quorum thalamus ornatiore est ecclesia
 sua, mensa paratiore altari, cyphus calice
 pretiosior, equus carior missali, cappa pul-
 chrior casula, camisia delicatior alba.
 Ecce quomodo obscuratum est aurum,
 mutatus est color optimus, dispersi sunt
 lapides sanctuarij in capite omnium pla-
 tearum.

Vide etiam in titu. Confessio. e. p. r.

Correctio. b x. b y. Decima. f. Ebrietas. v.
 Eleemosyna. t. Eucharistia. k. Exemplū. s.
 Fama. d. Monachus. l. Otiositas. i. Ornatus.
 m. Pœnitentia. a p. a q. Prælatio. d. h. a. d. b
 h. c. g. c. h. Sacramentum. b. c.

Sacramentum.

*Aug. in li.
 de vera
 religione.*

AB ipsa Dei sapiētia homine assumpto, à quo in libertatem vocati sumus, pauca sacramenta saluberrima constituta sunt, quæ societatem Christiani populi, hoc est sub vno Deo liberę multitudinis continerent. sed quidam ipsam religionē nostrā, quāque manifestissimis & paucissimis celebrationum sacramentis Dei misericordia nolunt esse liberā, seruilibus premunt oneribus.

*Aug. in li.
 cōtra Do
 natistas.*

b Scio, quia lapis ex aqua fructum ferre non potest, & per lapideos carnales transit aqua ad areolas, & in canali lapideo nil generatur, sed hortus plurimum fructum affert. spiritualis verò virtus sacramenti vt lux pura ab illuminandis recipitur: sed per immundos transiens, non coinquinatur.

*Aug. in li.
 de corpo
 re Chris.*

c Intra catholicā ecclesiam, in ministerium corporis & sanguinis Domini nil à bono maius, nil à malo minus perficitur sacerdote: quia nō in merito consecrantis, sed in verbo perficitur Creatoris, & vir-

tute Spiritus sancti. Si enim in merito esset sacerdotis, nequaquam ad Christum pertineret. nunc autem sicut Christus ipse est, qui baptizat: ita ipse est, qui per spiritum sanctum efficit carnem, & transfundit in sanguinem. Credendum enim est, quod in verbis Christi sacramenta conficiantur. cuius prius creantur imperio, eius utique verbo recreantur ad melius.

d Omnia sacramenta, quum obsunt indignè tractatibus, profunt tamen per eos dignè sumentibus.

*Aug. contra
tra epist.
Per me.
libr. 2.*

Vide etiam in tit. Baptismus & Eucharistia. f. n. v. excommunicatio. a. Misericordia. l. Salus. d.

Salus.

a **N**ullū credimus ad salutē, nisi Deo inuitate venire, nullū inuitatum salutem, nisi Deo auxiliante, operari, nullum nisi orātem auxilium promereri, nullum voluntate Dei perire, sed permissu.

*Aug. 2. lib.
de diffini.*

*Greg. ho.
22. super*

b Nullum omnipotenti Deo tale sacrificium, quale est zelus animarum.

Exec.

Chry. sup

c Monstratur, quod non omnes diuites pereunt, nec pauperes saluantur vniuersi: sed ex istis & illis saluantur & pereunt.

illud Mat.

24. Vnus

assumetur

d Tria sunt, quæ ab initio, & ante aduentum Christi, & post, ad salutē obtinendam necessaria fuerunt, scilicet fides, & sacra-

& alter

relinque.

Hug. de sa

sera. lib. 1. parti. 10. menta fidei, & opera bona, quæ tria ita coherent, vt salutis effectum habere non possint, si simul non fuerint: quia nec fides meritum habet, si dum potest operari, negligitur. nec opus bonum est aliquid, si sine fide sit. & rursus fides operas, hominem sanctificare non sufficit: si eam, quæ in sacramentis Dei constat, sanctificationem concipere contemnit.

Vide etiam in tit. Anima. i. y. Error. h. Vitium. p.

Sanctitas, vel sanctus.

Augus. de diff. eccle. dogma. a **N**ullus sanctus & iustus caret peccato, nec tamè ex hoc definit esse iustus, vel sanctus, cum affectu teneat sanctitatem.

Augus. in libro de doctrina christiana. b Ille iustè & sanctè viuit, qui rerum interger æstimator est. Ipse est, qui ordinatam habet charitatem, ne aut diligat, quod nõ est diligendum, aut non diligat, quod est diligendum, aut ampliùs diligat, quod minùs est diligendũ, aut minùs diligat, quod ampliùs est diligendũ, aut minùs, aut ampliùs, quod æquè diligendum est.

Augusti. ibidem. c Ista sunt, quæ sanctitatis causa seruanda sunt: Pudicitia corporis, castitas animæ, & veritas doctrinæ.

Augus. in lib. de civ. Dei. d Quanto est quisque sanctior, & desiderij sancti plenior, tantò est eius in orando

do fletus vberior.

e Discamus ergo & sanctorū inuidiam, *Ambro. in*
 vt imitemur patientiam, & cognoscamus *lib. de Iosē*
 illos non naturæ præstantioris fuisse, sed *seph.*
 obseruantia maioris, nec vitia nescisse, sed
 emendasse.

f Nec rusticus, nec tantum simplex fra- *Hiero. in*
 ter ideo se sanctum putet, si nihil nouerit, *episto. ad*
 nec peritus & eloquens in lingua æstimet *Nepo.*
 sanctitatem: multoque melius est de duo-
 bus imperfectis rusticitatem sanctam ha-
 bere, quàm eloquentiam peccatricem.

g Non Hierosolymis fuisse, sed Hiero- *Hieron. in*
 solymis bene vixisse laudandum est. quia *epist. ad*
 & Hierosolymis, & de Britannia æquali *Paulinū.*
 ter pater aula cœlestis.

h Ab omni nequitia mūdum necesse est *Hieron. in*
 esse, & dolo, qui cupit regnare cum Chri- *quadā eo*
 sto. Si vis habere partē cum Christo, Chri- *pisto.*
 sti exemplo tibi viuendum est. Si sancto-
 rum cupis habere consortium, à malitiæ
 & nequitia cogitatu pectus emunda. quia
 non nisi sanctos, & iustos, simplices, inno-
 centes, & puros cœlestis aula suscipiet.

i Sancti viri, quo altiùs apud Deum vir- *Grego. in*
 tutum dignitate proficiūt, eò subtiliùs in- *mor.*
 dignos se esse deprehendunt: quia dū pro-
 ximi luci fiunt, quicquid eos in seipsis la-
 tebat, inueniunt.

Gr. Ibid.

k Sãcti viri nec elatione sunt liberi, neq̃
ex timore submissi: sed quũ rectitudo eos
ad libertatem non erigit, consideratio in-
firmitatis ipsa in humilitate custodit.

*Ber. i quo
dam ser.*

l Tria sunt, quæ in festiuitatibus sancto-
rum vigilanter considerare debemus, auxi-
lium sancti, exemplum eius, confusionem
nostram. Auxilium eius, quia qui potēs in
terra, potentior est in cœlis ante faciem
domini sui. Si enim dũ hĩc adhuc viueret,
misertus est peccatoribus & orauit pro
eis, nunc quantò ampliùs, quantò veriùs
agnoscit miserias nostras? orat pro nobis
patrem: quia beata illa patria charitatem
eius non mutauit, sed augmētauit: imò po-
tiùs mouit sibi viscera misericordiæ, quũ
ante fontem misericordiæ adsistit. Debe-
mus etiam vitam eius attendere: quia quã-
diu in terris visus est, & cum hominibus
conuersatus est: non declinauit neque ad
dexteram, neque ad sinistram: sed viam
regiam tenuit, donec veniret ad illum,
qui dicit: Ego sum via, veritas & vita. Item
diligentiori intuitu confusionem nostram
aspiciamus: quia homo ille similis nobis
fuit passibilis, ex eodem luto formatus,
ex quo & nos. Quid ergo est, quòd non
solum difficile, sed impossibile credi-
mus, vt faciamus opera quæ fecit, vt se-
quamur

quamur vestigia eius?

m In sanctorum festiuitatibus, & gaude *Bern. ibid.*
re & confundi debemus. gaudere, quia pa-
trones praemisimus: confundi, quia eos se-
qui non possumus.

n Fidelis quippe sermo & omni acce- *Ibidem.*
ptione dignus, vt quos solenni veneratio-
ne prosequimur, etiam cōsimili conuer-
satione sequamur. Quos beatissimos pra-
dicamus, ad eorum beatitudinem tota au-
ditate curramus. quorum delectamur pra-
coniis, eorum subleuemur patrociniis.

o Summopere nobis desideranda sunt *Ibidem.*
suffragia sanctorum, vt quod possibilitas
nostra non obtinet, eorum intercessione
donetur.

p Sanctorum virorum est, non inquirere *Chry. sup.*
mansionem, vbi clariores sunt viri, sed vbi *24. Matt.*
fideliores: nec gaudent, vbi epulae largae *capit.*
sunt, sed vbi sanctitas floret.

q Quae est ista iustitia, sanctos colere, & *Ibidem.*
sanctitatem contemnere? Primus gradus
pietatis est, sanctitatē diligere, postea san-
ctos: quia non sancti ante sanctitatem fue-
runt, sed sanctitas ante eos. Sine causa er-
go iustos honorat, qui iustitiam spernit.

r Qui sanctorū merita religiosa chari- *Chry. ser.*
tate miratur, quicunq; iustorū glorias fre- *de confes.*
quenti laude colloquitur, eorū mores san- *scrib.*
ctos

ctos, atque iustitiam imitetur: quoniam
quæ delectat alicuius sancti meritum, de-
lectare decet par circa cultum Dei obse-
quium. Quare aut imitari debet, si laudat:
aut laudare non debet, si imitari detractat,
vt qui sanctorum merita admiratur, mira-
bilis ipse vitæ sanctitate reddatur.

Orig. ho. s Qui peccat, de sanctis exit. non enim
42. super in locis sancta quaerenda sunt; sed in acti-
illud Lev bus & vitæ moribus, quæ si secundum Deum
vi. De san sint, & secundum præceptum Dei habeantur,
ctis nõ ea tur, etiam si in domo sis, etiam si in foro, &
ribit. Cc. quid dico in foro? etiam si in theatro inue-
niantis, verbo Dei deseruiens, in sanctis te
esse non dubites.

Pet. Chr. t Ioannes virtutum schola, magisterium
in ser. de vitæ, sanctitatis forma, norma iustitiæ, vir-
Ioã. Bap- ginitatis speculum, pudicitia titulus, casti-
ser. 127. tatis exemplum, pœnitentiæ via, peccato-
rum venia, fidei disciplina, Ioannes maior
homine, par angelis, legis summa, euan-
Beda. su gelij satio, apostolorum vox, silentiũ pro-
per Luc. phetarum, lucerna mundi, officium præco-
lib. 1. tra- nis, præco iudicis, Domini testis, totius me-
ctans il- dius trinitatis.

bid. Erãt v Plena laudatio est, quæ genus, mores
ambo in- officium, factum, iudiciũq; comprehen-
sti ante dit. genus in maioribus, mores in æquita-
Deum. te, officium in sacerdotio, factum in man-
dato

dato, in iustificatione iudicium.

x Nascitur Ioānes maior homine, par *Pet. Chry*
angelis, tuba cœli, præco Christi, arcanum *sol in ser.*
patris, filij nuntius, signifer superni regis, de *Ioanne*
peccatorum venia, Iudæorum correctio: vo *Bapti. ser.*
catio Gentium, & vt propriè dicam, legis *91.*
& gratiæ fibula.

y Stephanus, vt nominis sui coronã me- *Fulgẽ. in*
reretur accipere, charitatem pro armis ha- *ser. de san*
bebat, & per ipsam vbiq; vincebat. per cha *cto. Step.*
ritatem Dei sc̄uentibus Iudæis non cessit,
per charitatem proximi pro lapidantibus
intercessit: per charitatem arguebat erran-
tes, vt corrigerentur: per charitatem pro
lapidantibus orabat, ne punirentur.

z Augustinus episcopus, acer ingenio, *Prosper*
suavis eloquio, secularis literaturæ peritus, *li. 3. de vi-*
in ecclesiasticis laboribus operosus, in quo *ta cõtem-*
tidianis disputationibus clarus, in omni *pla.*
sua actione compositus, in quæstionibus
soluendis acutus, in conuincendis hæreti-
cis circumspectus, in expositione fidei no-
stræ catholicus, in explanandis scripturis
canonicis cautus, hæreticorum omnium
malleus fortissimus.

a b Olucerna dignè super candelabrum *Paulinus*
ecclesiæ posita, quæ latè catholicis vrbibus *in epi. ad*
de septiformi ligno pastum, oleo lætitiæ *Eugenii.*
lumen effundens, densas hæreticorum ca-

lignes discutis, & lucem veritatis à confusione tenebrarum, splendore clarifici sermonis enubilas. Os enim tuum fistulam aquæ viuæ & venam fontis æterni merito dixerim, ac fontem aquæ viuæ salientis in vitam æternam: cuius desiderio sitiuit in te anima mea, & vbertate tui fluminis inebriari terra mea concupiuit.

Ist. lib. 7. a c Augustinus tanta scripsit, vt diebus ac noctibus non solùm scribere libros eius quisquam, sed nec legere quidem valet.

Ist. ibid. a d Hieronymus se sex milia librorum Origenis legisse fateur.

Vide etiam in tit. Beatitudo, c. Exemplū, f. o. Militia, m. Solennitas, a. Solitudo, b. Superbia, a e.

Sanitas.

Hieron. in quadam epist. a **Q**uid boni habet sanitas, languor ostendit, & in comparatione grauioris morbi sanos nos esse credimus.

Ist. lib. 4. b Sanitas, est integritas, & temperantiæ naturæ ex calido & humido, quod est sanguis: vnde sanitas dicta est, quasi sanguinis status.

Cas. lib. 2. c Qui enim est mentis gaudio recreatus, facilius membrorum recipit sospitatem. Naturalis siquidem cura est, ægris dare lætitiā: nam fac inuolidum gaudere, & sanatus est.

Vide

Vide etiam in tit. Confessio, a c. Infirmi-
tas & Medicina.

Sapientia vel scientia.

a **Q**ui se diligit stultum, non profi- *Augu. de*
ciet ad scientiam, nec fiet quisque *vera reli*
qualis esse cupit, nisi oderit qualis est. *gione.*

b Non aliam putes esse sapientiam nisi *Augu. de*
veritatem, in qua tenetur & cernitur sum- *libero ar-*
mum bonum, nullo loco est, nusquam de- *bitrio.*
est, foris admonet; intus docet, dementes
in se omnes in melius commutat, à nullo
in deterius commutatur: nullus de illa iu-
dicat, nullus de illa bene iudicat.

c Hæc tota scientia magna hominis, sci- *Augu. sup.*
re, quia ipse nihil est per se, & quoniam quic- *psal. 7c.*
quid est, ex Deo est, & propter Deum est.

d Qui se dicit scire, quod nescit, temera- *August. in*
rius est. Qui se negat scire quod scit, ingra- *ser. de as-*
tus est. *scensione.*

e Hæc est sapientiae & scientiae recta di- *Aug. in li.*
stinctio, ut ad sapientiam pertineat æter- *de trinita*
narum rerum cognitio intellectualis, ad te- *te.*
scientiam verò temporalium rerum cog-
nitio rationalis.

f Sapienti nihil alienum, nisi quod virtu *Amb. epi.*
ti incongruum: quocumque accesserit, sua *36. ad Cō*
omnia, totus ei mundus possessio est: quo- *stantium.*
niam toto eo quasi suo utitur.

g Ubicumque accesserit sapiens, ubiq; ci- *Amb. ibi.*

uis est, vbi que sua intelligitur, nusquam se peregrinum, nusquam hospitem se iudicat.

Gl. Hier. sup illud prou. 2. Si sapiētiam quæ sit. quæ si pec. & sicut thes. effo. illam.

h Qui thesauros effodit, terram reiecit, foueam in altū facit, sedulus insistit, donec inueniat quod quarit. sic qui thesauros sapientie inuenire desiderat, omne pondus terrenum à se reiciat, in se fossam humilitatis faciat, nec quietcat, donec inueniat.

Glo. Hier. sup. il. pro. 4. Nā & ego filius sui patris mei tenel.

i Nihil magis ad spem percipiendæ sapientie mentes erigit, quàm quū eos, quos in sapientia clarescere miramur, aliquādo paruulos & indoctos fuisse meminimus.

Glo. super ill. Reg. 2. et Paral.

k Non aurum, non diuitias, non terrenam gloriam Salomon à Deo petiit: sed vt sciret populum Dei regere & iudicare. Si hoc elegit rector corporum, multò magis hoc eligere debent rectores animarū, vt ingressum ad fidē, & egressum ad spem populo Dei demonstrant.

1. c. Da mihi sapi. & itell. vt i grediar et reg. & c. Gre. 10. c. 27. mora. lium ex. ponens il- lud Iob.

l Huius mundi sapientia est, cor machinationibus tegere, sensum verbis velare, quæ falsa sunt, vera ostendere: quæ vera sunt, falsa demonstrare. hæc nimirum prudentia vsu à iuuenibus scitur, hæc à pueris pretio discitur. hanc qui sciunt cæteros superbiunt despiciendo, hanc qui nesciunt, subiecti & timidi in aliis mirantur, hæc sibi obsequentibus præcipit honorum culmina quarere, adepta temporalis gloriæ

vani

vanitate gaudere, irrogata ab aliis mala multiplicius reddere: quum vires suppetunt, nullis resistentibus cedere, quum virtutis possibilitas deest, quicquid per malitiam explere non valent, hoc in pacifica bonitate simulare.

In iustorum sapientia est, nil per ostentationem fingere, sensum verbis aperire: vera ut sunt diligere, falsa deuitare, bona gratis exhibere, mala libentius tolerare, quam facere, nullam iniuriæ ultionē querere, pro veritate cōtumeliam lucrū putare. sed hæc iustorum simplicitas deridetur, quia & à mundi sapientibus puritas virtutis fatuitas creditur. Quid nanque stultius videtur mundo, quam mentē verbis ostendere? nihil machinatione callida simulare? nullas iniuriis contumelias reddere? pro maledicentibus orare? paupertatem querere? possessa relinquere? rapienti nō resistere? percutienti maxillā alterā præbere?

Ad veram sapientiam peruenire non possunt, qui falsæ suæ sapientiæ fiducia desipiunt.

Summa cura providendum est, ne accepta sapientia, cum ignorantia tenebras illuminat, lumē humilitatis tollat, & iam sapientia esse nequeat. quæ & si locutionis virtute fulgeat, elationis tamen velamine

cor loquentis obscurat.

Grego. in moral. p Vera scientia afūcit, non extollit, nec superbientes quos impleuerit, sed lamētantes facit, qua quisque quū repletus fuerit, priori loco, se scire adpetit, & iam sui conscius, tantò per illam robustiùs sapit, quanto se infirmum in illa veriùs recognoscit.

Gre. Naz. & Zenus i apolog. q Prima sapientia est, vita laudabilis, & apud Deum pura mens, per quam puri puro iunguntur, & sancti sancto sociantur.

Greg. ibi. r Ille mihi viderur esse sapiens, qui pauca quidem de virtute animi cōmonet & proloquitur, plura autem in suis actibus atque operibus ostendit, & fidem verbi operum suorum à stipulatione confirmat.

Ibidem. s Sapientia illa clara est, non quæ in verbis volat, sed quæ virtutibus constat.

Gre. in pastoralis. t Sæpe dum quosdam maior scientia erigit, à cæterorum societate se disiungunt, & quasi quò plus sapiunt, eò à concordie virtute desipiscunt: sed hi audiant, quid per semetipsam veritas dicat: Habere sal in vobis, & pacem habete inter vos. Sal quippe sine pace, non virtutis est donum, sed damnationis argumentum. Quo enim quisque melius sapit, eò deteriùs delinquit, & idcirco inexcusabiliter merebitur suppliciū, quia prudenter si voluisset, potuit vitare peccatum.

y Ille scire Deum familiarius adpetit, qui Grego. in
 præ amore pietatis nescire desiderat, quod mora.
 carnaliter sciuit.

x Vides quòd non probat multa sciètem, Ber. super
 si modum sciendi nescierit. Vides quomo- *canti. ser.*
 do fructum & vtilitatem scientiæ in modo *36. expo-*
 sciendi constituit. Quid ergo dicit, nisi vt *nens illud*
 scias quo ordine, quo studio, quo fine que- *Corin. 10.*
 que nosse oporteat: quo ordine? vt illud *quis existi-*
 prius quod maturius mouet ad salutè: quo *mat se sci-*
 studio? vt illud ardentius, quòd vehemen- *re Ec.*
 tius ad amorem: quo fine? vt nō ad inanem
 gloriam, curiositatem, aut aliquid simile,
 sed tantum ad tuam & aliorum ædificatio-
 nem.

y Sol non omnes, quibus lucet, etiam ca- *Ber. super*
 lefacit: sic sapientia multos, quos docet, *canti. ser.*
 quid sit faciendum, nō continuò etiam ac- *23.*
 cendit ad faciendum. Aliud est multas diui-
 tias scire, aliud est possidere: nec notitia di-
 uitum facit, sed possessio.

z O vtinam saperes, & intelligeres, ac no- *Ber. 7 quæ*
 uissima prouideres. saperes quæ Dei sunt: *dam epi.*
 intelligeres, quæ mundi sunt: prouideres
 quæ inferni sunt: profectò inferna horre-
 res, superna adpeteres, quæ ad manus sunt,
 contemneres.

a b Sunt qui scire volunt eo fine tantum, *Ber. sup. cã.*
 vt sciant, & turpis curiositas est. Et sunt, *Jer. 35.*

qui scire volunt, vt scientiam suam vendat: verbi causa, pro pecunia, pro honoribus, & turpis quaestus est. & sunt qui scire volunt, vt sciatur ipsi, & turpis vanitas est. sed sunt quoque, qui scire volunt, vt ædificent, & charitas est. & sunt qui scire volunt, vt ædificentur, & prudentia est.

Chryso. in a c Præcedit enim scientia virtutis cultum, quia nemo potest fideliter adpetere quod ignorat, & malum nisi cognitum sit, non timetur.

Isi. li. 2. de a d Ad maioris culpæ cumulum pertinet, scire quenquam, quid sequi debeat: & sequi nolle, quod sciat.

Isi. li. 1. de a e Plerique accepta scientia literarum, non ad Dei gloriam, sed ad suam laudem vtuntur, dum de ipsa extolluntur, & ibi peccant, vbi peccata emendare debuerunt.

Isido. 3. de a g Quantò sunt maiora literaturæ studia, tantò animus arrogantiae fastu, & in flatu maiore intumescit iactantiæ.

Hugo de a h Frustra in nobis diuinæ cognitionis abundantia crescit, nisi in nobis diuinæ dilectionis flammam augetur.

Richar. de a i Nihil sapientia ardentius diligitur, nihil dulcius possidetur. Hinc est, quod sapientes homines esse volunt, pauci tamen sapientes esse possunt. Iusti autem omnes esse potuissent, si esse iusti perfectè voluissent.

sent. Sapientiam & multum diligere potes, & ipsa carere potes. sed quātō amplius iustitiam dilexeris, tantō iustior eris.

a k Orium stultitiam, labor scientiam generat. Scientiæ labor in tria diuiditur, scilicet in laborem disciplinæ, exercitij, & doctrinæ. In pueritia labor disciplinæ, in iuuentute exercitij, in senio doctrinæ: vt quæ nescit, in pueritia discat, quæ didicit, in iuuentute ad vsum ducat, quod ad vsum duxerit, in senio doceat.

a l Si quis familiariter scientiam amare didicerit, & ei sæpius vacare voluerit, iocundam valde reddit vitam, & maximam in tribulatione præstat consolationem.

a n Scientia literarum, quod primum est, in homine mores purgat, quod secundum, verborum subministrat gratiam: ita utroque beneficio, & tacitos ornat, & loquentes, cuius est facere de irato beneuolum, de suspecto placatum, de austero mitem, de aduersante propitium.

a o Scientia violentia non aufertur, anti- quitate non corrumpitur, absconsione minuitur, & communicatione multiplicatur.

a p Nam ad Rempublicam plurima com- moda veniunt: si moderatrix omnium re- rum præsto est sapientia, hinc ad ipsos, qui eam adepti sunt, laus, honor, dignitas con-

fluere debent. In hac enim excolenda, sita est vitæ honestas, & in negligenda turpitud.

Tullius in quadam epist. a q Sapiens est nihil admirari quum acciderit, nihil antè, quàm euenerit, nõ euenire posse arbitrari.

Pet. Rau. in quadã epist. a r Totius prudentiæ compendium in literis continetur. Si respublica regenda est, si prælia committenda sunt, si castra mutanda, si machinæ erigendæ, si renouandi aggeres, si propugnacula facienda, si militiæ cultus, si reuerentia legum, si finitimorum gentium amicitia sunt seruandæ, libri hæc omnia erudiunt ad perfectum. Princeps quidem sine literis, est nauis sine remige, & volucris sine pennis.

Idè in quadã epi. a f In literis prudēs inuenit vnde sapientior fiat, ibi bellator reperit vnde animi virtute roboretur, inde princeps accipit, quomodo populos sub æqualitate componat: nec aliqua in mundo potest esse fortuna, quam literarum non augeat gloriosa notitia.

*Alanº de complan-
ētis natu.* a r Cùm sapientia nostris temporibus nullius fructus præmieretur stipendiis, nullius famæ eam fauoris aura extollat: ipsa verò pecunia honoris titulos, & laudis emat præconia: sola tamen sapientia super omnem possessionem præminet generosa

sa possessio, quæ sparsa colligitur, erogata reuertitur, publicata suscipit incrementum: per quam nobilis conscientia thesaurus secretis penetralibus mentis innascitur, fructus internæ delectationis acquiritur, hæc est Sol, per quem mentis lumen diescit in tenebris, cordis oculus, delitiosus animi paradiscus: hæc in cœleste terrenum, in immortale caducum, hominem in Deum deificæ mutationis autoritate conuertit.

a v Hoc scio neminem posse bene viuere, sed nec tolerabiliter, qui est sine sapientia studio, quum omnia habueris, tunc & habere scientiam uoles, & sapientiam. hæc erit vltimum vitæ instrumentum. *Senec. 17. epist.*

a x Sapiens ad omnem incursum inuictus & intentus est. Non si paupertas, non si luctus, non si ignominia, non si dolor impetum faciat, pedem refert, interritus contra illa ibit, & inter illa sapiens plenus est gaudio: hilaris & placidus etiam inconcussus cum diis ex pari uiuit. *Senec. 60. epist.*

a y Considerat, cum quibus uiuit, quomodo quod acturus, cogitat semper qualis non quanta sit. *Senec. 71. epist.*

b a An existimen aliquem non futurum sapientem, qui literas nescit? sapientia res tradit non uerba, de diuinis humanisque cogitat: de præteritis, de futuris, de caducis *Ibidem.*

cis, de æternis, de tempore.

Se. in pro. b c Rem maximam promittit tibi sapientia, vt te reducat tibi. non ex singulis vocibus sapientes spectandi sunt, sed ex perpetuitate atque constantia.

Vide etiam in ti. Apostoli. e. Auaritia. a. x. Ciuitas. e. t. Consideratio. a. f. a. g. Cor. o. Curiositas. b. t. Discere. c. l. m. n. y. Doctrina. a. k. a. z. b. a. Eloquentia. h. Fortitudo. d. Homo. t. v. x. y. Ignorantia. Laus. a. k. Loquacitas. a. e. Miseria. p. Otiositas. k. Rege- re. a. e. Sanctitas. f. Studium. Vitium. d.

Satisfactio.

*Aug. in so-
liloquiis.* a **S**atisfactio est peccatorum causas ex- cidere, & suggestionibus eorum adi- tum non indulgere.

*An in ene-
chiridio.* b De quotidianis breuibꝫ leuibꝫque peccatis, sine quibus vita hæc non ducitur, quotidiana fidelium oratio satisfacit. Eo- rum enim est dicere, Pater noster qui es in cœlis: qui iam regenerati sunt ex aqua & spiritu sancto. Delet hæc oratio minima & quotidiana peccata. delet etiam illa à quibus vita fidelium etiam sceleratè gesta, sed pœnitendo in melius mutata discedit.

Gre. i. pa. c Nequaquam satisfacimus, si ab iniqui- tate cessamus, nisi voluptates quoque, quas dileximus, e contrario oppositis lamentis insequamur.

d Oratione propitiatio Dei quaeritur, ieiunio concupiscentia carnis extinguitur, in ser. de elemosynis peccata redimuntur: simul- ieiun. que per omnia Dei imago in nobis renouatur.

Vide etiam in tit. Abſtinentia. a c. Elec-
 mosyna. a l. Humilitas. a e. Lachryma. a.
 Oratio. p. Pœnitentia. v. a b.

Scandalum.

a Sicut necesse est, ignem calere, & ni- Hie. ſu. il.
 ſuem frigere, ita est necesse, vt iniqui- Matt. 18.
 tas mundi erroribus plena, scandala pa- Necessè
 riat, perfectorum verò charitas pietatis est vt ve-
 operibus luceat. niât scan-

b Qui scandalizatur, paruulus est, ma- dala.
 iores enim scandala non recipiunt. Hie. ſu. ill.

c In quantum possumus, sine peccato vi Mat. Qui
 tare proximorum scandalum debemus. Si scandaliz-
 autem de veritate scandalum oritur, vt Zauerit
 lius scandalum nasci permittitur, quàm ve- vnum de
 ritas relinquatur. pusillis

d Non omnium scandala æqua sunt lan- istis. &c.
 ce pensanda, aliter nanque accipienda sunt Gre. ſup.
 scandala pusillorum, & aliter Phariſæo. E. Zechiel.
 rum, illorum quippe scandalum de igno- Ber. de p̄=
 rantia, istorum de malitia descendit. Illi cepto &
 scandalizantur, quia veritatem nesciunt, dispensat.
 isti quia oderunt. Ber. i qua

e Constat, vbi veritas necessaria in cau- dam epi.
 ſa

sa non est, nec licite scandalum quodlibet posse committi, nec iuste præcipi, nec innoxie consensiri.

Bern. sup. sicut ser. 4. f Nemini blanditur veritas, neminem palpat, nullum seducit, aperte denuntiat, quoniam vix homini illi per quem scandalum venit.

Vide etiam in titu. Correctio. k. a. o. b. h. Detrahitio. r. Exemplum. r. Pax. n. Præsumptio. o. Veritas. d.

Scriptura sacra.

*Aug. 2. ep. 2. ad Volu-
fia.* **T**anta est christianarum profunditas literarum, ut in eis quotidie proficerem, si eas solas ab ineunte pueritia usque ad decrepitam senectutem maximo otio, summo studio, meliore ingenio conarer addiscere. in quibus laret altitudo sapientiæ: ut annosissimis, acutissimis, flagrantissimisque cupiditate discendi hoc contingat, quod eadem scriptura quodam loco habeat, Quum consummauerit homo, tunc incipit.

Ibidem. b Modus ipse dicendi, quo sacra scriptura cõtextitur, quamuis omnibus accessibilis, paucissimis tamen penetrabilis. Nam quæ aperta continet, ea quasi amicus familiaris sine succo ad cor loquitur indoctorum, atque doctorum. Ea verò, quæ in mysteriis occultat, nec eloquio ipso superbo erigit

erigit, quò non audeat accedere mens tardiuscula, & inerudita, quasi pauper ad diuitem: sed inuitat omnes humili sermone, quòd non solum manifesta, sed etiam secreta exerceat veritate hoc in promptis, quòd in reconditis habens. Sed ne aperta fastidirentur, eadem rursus aperta desiderantur, desiderata quodammodo renouantur, renouata suauiter intimantur. his salubriter & praua corriguntur, & parua nutriuntur, & magna oblectantur ingenia.

c Quæ disputationes, quæ literæ quorumlibet Philosophorum, quæ leges quorumlibet ciuitatum duobus præceptis sunt comparandæ: ex quibus Christus dicit totam legem, & prophetas pendere huiusmodi, Diliges dominum Deum tuum ex toto corde, & proximum tuum, sicut teipsum? In his enim duobus mandatis lex pendet, & prophetæ.

d Hic philosophia: quoniam omnes omnium naturarum causæ in Deo creatore sunt. Hic Ethica: quoniã bona vita & honesta non aliunde formatur, quàm quum ea, quæ diligenda sunt, & quemadmodum diligenda sunt, diliguntur: hoc est Deus & proximus. Hic Logica, quoniam veritas lumenque animæ rationalis nõ nisi Deus est. Hic etiam laudabilis Reipublice salus: neque

que enim optimè custoditur ciuitas, nisi fundamento & vinculo fidei firmæque concordia, quum bonum commune diligitur summum atque verissimū Deus est.

Aug. 2. de trinitate. e Scriptura & creatura ad hoc sunt, ut ipse queratur, ipse diligatur, & qui ipsam creauit, & illam inspirauit.

Aug. 3. de doctrina Christiana. f Hac scientia nihil præcipit, nisi charitatem, nihil culpat, nisi cupiditatem. Quicquid ergo ad hoc pertinet, proprium eius est. Quicquid autem ad hoc non pertinet, fictum esse cognoscas.

Au. 2. sup. Genesim. cap. 19. g Sic loquitur scriptura, ut altitudine superbos irrideat, profunditate attentos terreat, virtute magnos pascit, affabilitate paruulos nutriat.

Augus. de doctrina Christiana. cap. vlt. h Quicquid homo extrà didicerit, si noxium est, hinc damnatur. si vtile est, hinc inuenitur. & quum ibi quisque inuenit omnia, quæ vtiliter alibi didicit, multò abundantius ibi inueniet ea, quæ nusquam alibi inuenire potuit.

Augu. de ciuit. Dei li. II. ca. I. i Ciuitatem Dei dicimus, cuius scriptura ea testis est, quæ non in fortuitis animorum motibus, sed planè summæ prouidentia dispositione super omnes omnium gentium literas, omnia sibi genera humanorum ingeniorum diuina excellens autoritate subiecit.

k Maior est huius scripturæ autoritas, *Aug. li. ii.*
quã omnis humani ingenij perspicacitas. *sup. Gene.*

l Si in scriptura sacra tantum essent, quæ *ad literã.*
facilimè intelligerentur, nec studiosè quæ- *Au. de ve*
reretur, nec suauiter inueniretur veritas. *ra relig.*

m Ad dignitatem scripturæ pertinet, vt *Ibidem.*
sub vna litera multos sensus contineat: vt
sic diuersis intellectibus hominum conue-
niens, vnusquisque miretur, se in diuina
scriptura posse inuenire veritatem, quam
mente conceperit. ac per hoc facilius con-
tra infideles defenditur, dum, si aliquid,
quod quisque ex sacra scriptura velit in-
telligere, falsum adparuerit, ad alium sen-
sum recursum possit habere.

n Quilibet lector, qui expositurus sacrã *Au. de p=*
scripturam aggreditur, quum in sacrarum *desti. gra*
voluminibus literarum, aliqua velut di- *tia, i pri.*
uersum sonante sententia sollicitatur, cer-
ta & incõcussa fide tenere debet, nusquam
deesse veritatem, & si non facilè propter
magnitudinem rei intellectus quærenti-
bus occurrit.

o Sanctarum scripturarum autoritati- *Au. de ba-*
bus colla subdenda sunt, vt ad intellectum *ptis. paru.*
quisque per fidem veniat.

p Titubat fides, si diuinarum scriptura- *Augus. de*
rum vacillet autoritas, Porro fide tituban- *doctrina*
te etiam ipsa charitas languescit. *Christia.*

Am. in li. q Cælestium scripturarum eloquia diu
de Cain terere ac polire debemus, toto animo ac
& Abel. corde versantes, vt succus ille spiritualis
 cibi in omnes se venas animæ diffundat.

Hic. in ep. r Vtere lectione diuina vice speculi, scæ-
ad Deme da corrigendo, pulchra conseruâdo, & pul-
tria. vi. chriora faciendo. Scriptura enim speculum
 est scæla ostendens, & corrigi docens.

Hic. i. epi. f De scripturis disputantem non decet
ad Dam. Aristotelis argumenta conquirere: nec ex
papam. fumine Tullianæ eloquentiæ ducendus est
 riuulus: nec aures Quintiliani flosculis &
 scholari declamatione mulcendæ: sed pe-
 destris & quotidianæ similitudinis, & nul-
 la lucubratione redolēs oratio necessaria
 est, quæ rem explicet, sensum edisserat, ob-
 scura manifestet.

Hier. sup. t Si iuxta apostolum Paulum, Christus
Isa. i. pro. Dei virtus est, & Dei sapientia: qui nescit
 scripturas, nescit Dei virtutem eiusque sa-
 pientiam. Ignorantia scripturarum igno-
 rantia Christi est.

Hier. sup. v Meditatio legis est, non solum in le-
ps. l. 1. gendis scripturis, sed in his etiam, quæ scri-
 pta sunt faciendis.

Hier. sup. x Solent & viri, solent & monachi, so-
ps. 66. 22. lent & mulierculæ hoc inter se habere cer-
 tamen, vt qui plus ediscunt scripturas, in
 eis se putent esse meliores.

y Ille plus didicit, qui plus facit. Cate- *Ibidem.*
 rum, si quod tu ediscis, ego facio, magis
 mea opera scripturas tenent, quàm tuus
 sermo, qui vanè resonat.

z Pinguissimus sermo diuinus est, om- *Hic. su. il.*
 nes in se habens delittas. quicquid volue- *psal. 147.*
 ris, ex sermone diuino nascitur, sicut tra- *Et adipe*
 dunt Iudæi: quoniam manna quando co *fru. satiat*
 medebant, secundum voluntatem vniulcu- *te.*
 usque sic sapiebat in ore.

a b Si quicquam est, quod in hac vita vi- *Hic. sup.*
 rum sapientem teneat: & inter pressuras & *epistol. ad*
 turbines mundi æquo animo manere per- *Ephe. li. 1.*
 suadet, id esse primum reor, meditationem
 & scientiam scripturarum.

a c Nō putemus in verbis scripturarum *Ibidem.*
 esse euangelium, sed in sensu: nō in super-
 ficie, sed in medulla: non in sermonum fo-
 liis, sed in radice rationis.

a d Sicut stellas cœli non extinguit nox, *Hiero. in*
 sic mentes fidelium inhærentes firmamen- *quadã ep.*
 to sacræ scripturæ, non obscurat mundana
 iniquitas.

a e Quod medicorum est promittunt *Hic. 7 pro*
 medici, tractant fabrilia fabri. Sola scri- *lo. Bi. c. 6.*
 pturarum est ars, quam sibi passim omnes
 vendicant.

Scribimus indocti doctique poëmata
 passim. hanc garrula anus, hanc delirus se-

nex, hanc Sophista verbosus, hanc vniuersi præsumunt lacerare, docent autè, quàm discant.

Hiero. ad Demetr. virgib. Ibidem. a f Literarum scripturarum ardor nulla prorsus ætate extinguitur, imò, vt singularis auctoris vtat sententia, ipsa magis ætate inflammatur.

Ibidem. a g Sint scripturæ diuinæ semper in manibus, & iugiter mente voluantur, nec sufficere tibi putes mandata Dei memoria tenere, & operibus obliuisci, sed ideò illa cognosce, vt facias quicquid didiceris. Non enim auditores legis iusti sunt, sed factores &c.

Ibidem. a h Diuinas scripturas sæpius lege, imò nunquam de manibus tuis sacra lectio deponatur, in scripturis diuinis, per quas solas potes planè Dei intelligere voluntatem: prohiberi quædam, præcipi quædam, concedi aliqua, suaderi nonnulla, prohibentur mala, præcipiuntur bona, conceduntur media, suadentur perfecta.

Greg. in moral. a i Scriptura sacra mentis oculis quasi speculum quoddam opponitur: vt ibi interna facies nostra videatur. ibi enim facta, ibi pulchra nostra conspiciamus, ibi sentimus quantum proficimus, quantumve à profectu longè distamus.

Gre. in p logo mor. a k Sacra scriptura omnes scientias locuriog

tionis suæ more transcendit: quia in vno eodemq; sermone, dum narrat textum, pro-
dit mysterium. & sicut mysteriis sapientes
exercet, sic superficie simplices refouet. ha-
bet enim in publico, vnde paruulos nu-
triat & seruet in secreto, vnde mentes sub-
limiū admiratione suspēdat, quasi quidam
fluuius, vt ita dixerim, planus & altus, in
quo & agnus ambulet, & elephas natet. Mi-
rabilis fluuius est iste, qui est ita planus:
quòd ibi agnus id est simplex & illitera-
tus potest siccis pedibus transire, & elephas
id est magnus & subtilis potest natare, imò
potest se submergere.

a l Omnem scientiam atque doctrinam *Gre. 1^{mo}.*
sacra scriptura transcendit: vt taceam, quòd
vera prædicat, quòd ad cœlestem patriam
inuitat, quòd à terrenis desideriis cor legē-
tis reuocat, quòd dictis obscurioribus for-
tes exercet, & paruulis humili sermone
blanditur. Nec igitur clausa est, vt pauesci
debeat, nec sic patet, vt vilescat: sed vsu fa-
stidium tollit, & tantò plus diligitur, quā-
tò amplius meditatur.

a m Scriptura sacra aliquādo nobis *Ibidem.*
cibus est, aliquando potus. cibus est in locis ob-
scurioribus, quia quasi exponendo fran-
gitur, & manducando glutitur. potus ve-
rò est in locis apertioribus: quia ita for-

betur, sicut inuenitur.

Ibidem. a n De statu suo cadente dicendum, Nemo superbiat: de lapsu etiam suo surgente dicendum, nemo desperet. Ecce quàm mirabiliter scriptura sacra eodem verbo superbos premit, quo verbo humiles eleuat. Vnam nanque rem gestam retulit, & diuerso modo. Superbos quidem ad humilitatis formidinem, humiles verò ad spei fiduciam reuocauit. O inæstimabile noui generis medicamētum: quod vno eodémque ordine positum, & premendo tumen-
tia exsiccat, & subleuando arenia infundit. de malorum nos lapsu terruit, sed de reparatione roborauit.

Greg. ho. 6. s. Exe. a o Quia scriptura sacra ostendit statutam suam in ædificatione morum: ostendit altitudinem in promissione præmiorum, ostendit horribilem aspectũ in terroribus suppliciorum. Recta est enim in preceptis, alta in promissis, horribilis in minis.

Gre. ibid. a p Scriptura sacra in vtroque testamento & monendo recta est, & promittendo alta, & minando terribilis.

Ibidem. a q Quod de scripturis sacris autoritatem nõ habet, eadem facilitate contemnitur, qua probatur.

Greg. ho. 7. s. Exe. ar Diuina colloquia cum legente cre-
scūt. nã tantò illa quisque altiùs intelligit,
quan

quantò in eis altiùs intendit. vnde nec eleuantur rotæ, si non eleuantur animalia. quia nisi legentium mētes ad alta profecerint, diuina dicta velut in imis non intellecta iacent. quū enim legenti cui libet, scripturæ sacræ sermo, si tepidus diuini eloquiij sensus videtur, eius mentem non excitat, & in cogitatione nullo interius lumine emicat rota otiosa, & in terra est, quia animal non eleuatur à terra.

a s Quò legentis spiritus intendit, illuc *Gre. ibid.* diuina eloquia leuantur: quia si in eis altū quid videndo & consentiendo quæseris, hæc eadem sacra eloquia tecum crescunt, tecum in altioribus ascendunt,

at Vadūt animalia ad vtilitatē proximī, *Ibidem.* stant ad custodiā sui, eleuātur ad contemplationem Dei, sed & rotæ pariter vadunt: stāt & eleuantur. quia quæsitā sacra lectio talis inuenitur, qualis & sit ipse à quo quæritur. Ad actiuā vitam profecisti, ambulat tecū. Ad immobilitatē atq; cōstantiā profecisti, tecū stat. Ad cōtemplatiuam vitam per Dei gratiam peruenisti, volat tecum.

a v In sacro volumine scriptæ sunt lamē- *Gre. ho. 5.* tationes, id est pœnitētiæ peccatorum. car- *sup Exe.* men verò, quia ibi prænuntiantur gaudia iustorum, væ autem, quia illic expressa est damnatio reproborum.

Gre. 3^o ho. a x Tanta actualis est diuinæ scripturæ sublimitas, vt non solum verba, quæ a sanctis vel ab ipso domino dicta referuntur, sed etiam circumstantiæ rerum, quæ simpliciter positæ videntur, spiritualibus sunt plenæ mysteriis.

Greg. 10^o super Exec. a y Liber, qui viscera repleuit, dulcis in ore, sicut mel factus est: quia ipsi de omnipotente Deo sciunt suauiter loqui, qui hunc didicerunt in cordis sui visceribus veraciter amare. In eius quippe ore scriptura sacra dulcis est, cuius vitæ viscera mandatis illius replentur: quia ei suavis est ad loquendum, cui interiùs impressa ad viuendum fuerit.

Chrys. sup Matt. c. 1. a z Inter mille secularium sermonum ta-
lenta vix ceterum denarios spiritualium poteris inuenire verborum, imò nec decem quidem obolos.

Chry. sup Matt. 22. b a In scripturis enim ignorans inuenit, quid discat, contumax, quid timeat, laborans præmia, pusillanimis mediocri iurata sunt. stitiæ cibos, qui & si pinguem non faciunt animam, mori tamē non permittunt. Qui autem magni animi est, inuenit ibi spirituales escas, quæ perducant eum propè ad angelorum naturam, qui verò est vulneratus à diabolo, inuenit ibi cibos medicinales, & salutem per pœnitentiam.

b c Quic

b c Quicquid terribile est in scripturis, *Chryf. hō.*
 vsu vilefcit, propterea clericus qui semper *25. super*
 meditatur scripturas, aut omnino obserua- *Matth.*
 turus est, & erit perfectus. aut si semel cœ-
 perit illa contemnere, nunquam excitatur
 in illis, vt timeat.

b d Omnis latitudo scripturarū in ora- *Isid. de sum*
 tione Dominica, & symboli breuitate cō- *mo. bon.*
 cluditur. *lib. 1.*

b e Geminum confert donum lectio *Isid. ibi. li*
 sanctarum scripturarum, siue quia mentis *bro 3.*
 intellectum erudit, seu quod à mundi vani-
 tatibus abstractum hominem ad amorem
 Dei perducit.

b f Quantò magis quisque in sacris elo- *Isid. ibid.*
 quiis assiduus fuerit, tantò ex eis vberiorē
 intelligentiam capit.

b g Quid prodest in mūdānis proficere *Ibi. de li-*
 doctrinis & inanescere in diuinis? caduca *bris genti*
 sequi signēta, & cœlestia fastidire myste- *lium.*
 ria? Cauendi igitur sunt tales libri, & pro-
 pter amorem sanctarum scripturarum vi-
 tandi: qui exterius eloquentia verborum
 nitent, & interius vacui virtutis sapientia
 manent. Eloquia autem sacra exterius in-
 corrupta verbis adparent, intrinsecus au-
 tem mysteriorum sapientia fulgent.

b h Sacra scriptura est liber vitæ, cuius *Hugo. de*
 origo æterna, cuius incorporalis essentia, *ar. Noe.*

cuius cognitio vita, cuius scriptura indelebilis, cuius inspectus desiderabilis, cui⁹ doctrina facilis, cuius scientia dulcis, cuius profunditas inscrutabilis, cuius verba innumerabilia, & vnū tantum verbū omnia.

*Hug. li. de
anima.*

b i Nihil in hac vita dulcius sentitur, nihil auidius sumitur, nihil ita mentem ab amore mūdi separat, nihil sic animum contra tētationes roborat, nihil ita hominem excitat & adiuuat ad oē opus, & ad omnē laborem, sicut studium sacræ scripturæ.

Hug. ibi.

bk Ad sacræ scripturæ cognitionē opus est intima compunctio, potiùs quā profunda inuestigatione, suspiriis, quā argumentis, crebris gemitibus, quā copiosis argumentationibus, lachrymis, quā sententiis, oratione, quā lectione, gratia lachrymarum, quā scientia literarū, celestium potius contemplatione, quā terrestrium occupatione.

*Hug. ibi.
Eb. 3.*

b l In refectorio sacræ scripturæ tres mēse, id est, tres intellectus diuinæ scripturæ ponūtur, videlicet historialis, mysticus & moralis. prima mēsa simplicibus, secunda doctoribus, tertia communis est vtrisque. In prima cibus est grossior, in secūda subtilior, in tertia dulcior. Prima cōtinet saporem exemplorum: secūda vim mysteriorum, tertia dulcedinem morum. Prima par-
fcit

feit miraculis, secūda figuris, tertia verbis.

b m In sacra scriptura quicquid docerur, *Ibidem*
 veritas, quicquid præcipitur, bonitas, quic-
 quid promittitur, felicitas est. Nam Deus
 Veritas est sine fallacia, Bonitas sine mali-
 tia, felicitas sine miseria.

b n Verè coruscus liber psalmodum, ser- *Cassi. sup*
 mo lāpali, cura sauciati cordis, fauus in- *psal. i. plo.*
 terioris hominis, occultarum lingua vir-
 tutum, quæ superbos humilitati inclinat,
 reges pauperibus subdit, affabilitate par-
 uulos nutrit.

b o Schola cœlestis, eruditio vitalis, au- *Cassi. sup*
 ditorium veritatis, disciplina certissime *psal. 15.*
 singularis, quæ discipulos occupat sensibus
 fructuosis, nō inanium lenocinatione ver-
 borum.

b p Alleluia, huius verbi tātus honor est, *Cass. super*
 vt cum sit in Hebræa lingua reconditum, *psal. 147.*
 nullo tamen constat alio sermone transla-
 tum: hoc tenet cuncta natio terrarum, &
 quicquid est deditum deitati, dignitatem
 huius nominis pia deuotione veneretur.

b q Cui assimilabūtur verba legis & pro *Rabbi*
 phetarum antè, quàm venirent Salomonis *Moyses D.*
 puteo, cuius aqua sunt profundæ & frigi- *i. c. i.*
 dæ, & non poterat homo bibere de illis.
 sed quid fecit quidam subtilis? coniunxit
 funem funi, & lineam lineæ, & hausit, &
 bib

bibit. sic processit Salomon de similitudine ad similitudinem, de parabola ad parabolam, donec sterit super secretis legis.

Vide etiã in titu. Adulatio. o. Detractio. a. Deuotio. k. Doctrina. a. m. Ecclesia. r. Excusatio. f. Fabula. a. b. g. Philosophia. a. Prædicatio. l. Sanctitas. a. b. a. c.

Secularis.

*Ambr. sup
beati im-
maculati.* a **N**on mediocre periculum est, cum habeas tanta eloquia Dei, & Dei opera quæ fecit, illis prætermisis loquaris, quæ seculi sunt, audias, quæ seculi sunt. Incumbit virtuti seculi, qui desperat de adiutorio Dei.

*Gre. lib. 5.
morabũ.* b Hunc mundus accipit, qui ad desideranda inuisibilia nõ surgit. Seculares enim mentes quantò magis foris per secularia desideria dilatant, tantò magis sinum cordis ab eius receptione angustant.

*Chrys. sup
Mat. 6. si
lumen qd
in te est.* c Sicut homo graues habens oculos, melius in loco tenebroso, quàm in Sole positus videt: sic homo terrenus in terrenis est astutus, & in spiritualibus cæcus.

Pet. Ran. d Hi sunt martyres seculi, mundi professores, discipuli curiæ, milices eloquij, per multas siquidem tribulationes intrant iusti in regnum cœlorum. hi tamen per multas tribulationes promerentur infernum,

Vide etiam in tit. Martyrium. b. Otio-
sitas. i. Prædicatio, b. Scriptura. a. t.

Securitas.

a **N**emo securus debet esse in vita
ista, quæ tota tentatio nomina-
tur, vt qui fieri potuit ex deteriore melior,
non fiat etiam ex meliore deterior.

*Aug. libr.
10. cõfesa
sionum.*

b Nemo securus est in his bonis, quæ
potest inuitus amittere. veritatem autem
atque sapientiam nemo amittit inuitus.

*Aug. de lã
be. arb. lib.
bro. 2.*

c Nunquã securus cum thesauro latro te-
netur inclusus, nec infra vnã cauernã ha-
bitans cum lupo turus est agnus. Ipse vo-
luit penetrari, qui hostem propriũ in suas
partes induxit, & intestinum sibi gladium
ipse supponit, qui locum habitationis suæ
a luerfarij ingressibus reseruauit.

*Hic. de co
habitatio
ne cle. &
mulierũ.*

d Sape mens dum virtutis fixæ securitate
resoluitur, insidiante aduersario inopina-
tæ culpæ telo perforatur, & inde à Deo in
æternum longè fit, vnde ei ad tempus sine
cautelæ custodia propinquauerit.

Gre. i mo.

e In cassum munita sunt cætera, quum
locus vnus, de quo hosti patet aditus, non
est munitus.

Gre. ibid.

f Vx nobis miseris, qui de electione no-
stra nullã adhuc Dei vocem cognouimus,
& iam in otio quasi de securitate torpem?
Debet profectò in spe esse securitas, sed
etiam

Gr. i mo.

etiam timor in conuersatione, vt & illa certantes foueat, & torpentes pungat.

Ibidem.

g Saepe quē rērationis certamē superare non valuit, sua deterius securitas strauit.

Gre. i ho.

h Quolibet oculta loca sine gratia infusa animas saluare non possunt. nā Loth

quadam

in ipsa peruersa ciuitate iustus fuit, in mō-

& poni

te peccauit. Sed ista cur dicimus, cū ma-

tur 40 di

iora nouerimus? Quid enim paradiso iu-

stia.

cundius? quid cœlo securitas? & tamen ho-

mo de paradiso, & angelus de cœlo pec-

cando cecidit.

Grego. in

pasto.

i Quibusdā saepe magnitudo virtutis oc-

casio fuit perditionis: vt cū de confidentia

viriū inordinatē securi essent, per negli-

gentiam inordinatē morentur. Mater

enim negligētiae solet esse securitas. Vidē-

do ergo meretricē, id est Magdalenam, de

tua liberatione non desperes, sed etiam Iu-

dam cogitando, securus esse non debes. Cō-

fidentia stantem euertit: & desperatio post

lapsum exurgere non dimittit.

Bernard.

ad milites

t empli.

k O' vita secura, vbi absque formidine

mors expectatur, imō & exoptatur cū dul-

cedine, & excipitur cum deuotione.

Ber. i ser.

l Nusquam est securitas, fratres, nec in

cœlo, nec in paradiso. multō minus in

mundo. In cœlo enim cecidit angelus, sub

præsentia diuinitatis, in paradiso Adam

de

de loco voluptatis, in mūdo Iudas de scho-
la saluatoris.

m Nihil potest esse securius, quàm illi *Cas. super*
omnia committere, qui nouit suis cultori- *psal. 72.*
bus congruè profutura præstare.

n Sic comedo, bibo & dormio securus, *Hug. li. 3.*
quasi iam transferim diem mortis, & eua- *de ani-*
serim diem iudicij, & tormenta inferni. *ma.*
Sic ludo & rideo, quasi iam regnem tecum
in regno tuo.

o Securitas est, incōmoditates imminen- *Tul. i. rhe-*
tes, & rei inchoatæ fines non formidare. *torica.*

p Securitas magna portio est, nihil ini- *Senec. 16.*
què facere: cōfusam vitam & perturbatam *episto.*
potentes agunt, tantum metuunt, quātum
nocent.

q In ipsa securitate animus ad difficilia *Senec. 23.*
se præparet, & contra iniuriã fortunæ in- *episto.*
ter beneficia firmetur. Qui em̄ in ipsa re
trepidare noluerit, ante rem se exerceat.

Vide etiã in tit. Auaritia. a. f. Confiden-
tia. Conscientia. z. Contemplatio. e. Diuiri-
tia. a. o. Error. i. Fides. a. i. a. o, Laus. b.

Senectus.

a **Q**uam sibi homines oprant sene- *Aug. de ca-*
ctutem, quid aliud oprant, nisi *techix an-*
longam infirmitatem? *dis rndi.*

b Sit senectus nostra puerilis, & pueritia *Aug. sup*
senilis, id est vt nec sapiētia nostra sit cum *psal. 113.*
super

superbia, nec humilitas sine sapientia.

Augus. in c Oportet ut senilis sermo non solum sit
quod i ser. grauis, sed etiam breuis.

Ibidem. d Infantia nostra innocentia sit, pueritia
 sit reuerētia, adolescentia patiētia, iuuen-
 tus virtus, senium meritū, senectus nihil
 aliud, quàm canus sapiēsq̄ue intellectus.

Aug. ibid. e Cū cuncta vitia in sene senescant, so-
 la auaritia iuuenescit.

Amb. i he f Quid naturam accusas, o homo? habet
xamery. li- illa impedimenta quædam, senectutem &
bro 1. infirmitatē: sed senectus ipsa in bonis mo-
 ribus dulcior, in consiliis subtilior, ad con-
 stantiam subeundæ mortis potior, ad re-
 primendas libidines fortior: infirmitas cor-
 poris, sobrietas mentis est,

Amb. i ser g Pascha, hebraicè dicitur transitus. sci-
mo. de pa licet quia per hoc mysterium de peioribus
scha. ad meliora transitur. Bonus transitus est,
 de peccato transire ad iustitiam, de vitiis
 ad virtutes, de senectute ad infantiam.
 ad infantiam autem dico, non ætatis, sed
 simplicitatis.

Ambr. ibi. h Aetates quædam sunt meritorum. nã
 & senectus morum, inuenitur in pueris, &
 innocentia infantium inuenitur in senibus.

Hic. i qua i Nemo enim tam fractis viribus & de-
dam epis. crepitæ senectutis est, ut non se putet vnum
 adhuc annum esse victurum.

h Oma

¶ Omnes penè virtutes corporis mutantur in senibus , & crescente sola sapientia, decrefcunt ceteræ vires. *Hier. P. epi. ad Nepotianum.*

I Senectus eorum, qui adolescentiã suam honestis artibus instruxerunt, & in lege Domini meditati sunt die ac nocte, atate fit doctior, vsu certior, processu temporis sapientior, & veterum studiorum fructus dulcissimos merit. *Hier. ibid.*

m Inter abusiones huius seculi, sola maior est senis obstinatio, qui morti proximus, mortis non abhorret aduentum, qui quasi ad ostium huius mundi positus, foris spectat, nectamen vitæ præsentis attendit egressum, nec futuræ cõsiderat. Audit nuntios mortis, & credere non vult eis. Tres sunt enim nuntij mortis, casus, infirmitas, senectus. Casus dubia, infirmitas graua, senectus certa nuntiat. Casus nuntiat mortem latentem, infirmitas adparentem, senectus præsentem. Ex incertitudine mortis timor, ex infirmitatis grauitate dolor, ex certitudine senectutis non obstinatio, sed afflictio & humilitas sequi deberet. *Hugo. de clau. animæ lib. 2.*

n Canities tunc est venerabilis, quando ea gerit, quæ canitiem decent: quum verò iuueniliter senex conuersatur, plus iuuenibus ridiculus erit. *Chry. sup. epi. ad hebr. ser. 7.*

Cyprian. o Plus omnibus religioni operam dare, senibus conuenit, quos presentis seculi stercida atas transacta deseruit.

Ibidem. p Quid stolidius fieri potest, si mens ad perfectionem festinare non contendat? quando totius corporis habitu senectute confectus homo ad interitum properat, dum oculi caligant, aures grauius audiunt, capilli fluunt, facies in pallorem mutatur, dentes lapsi numero minuuntur, cutis arefcit, flatus non suauiter olet, pectus suffocatur, tussis cachinnat, genua trepidant, talos & pedes tumor inflat? Homo inferior, qui senescit, his omnibus aggrauatur, & hae omnia ruituram iam damnus nostri corporis cito praenuntiant.

Ibidem. q Quid superest, nisi dum huius vitae defectus appropinquat, nil aliud cogitare, quam quomodo futurae aditus prosperitatis comprehendatur, quisque senex appetatur? Iuuenibus enim incertus huius vitae terminus instat: senibus vero cunctis maturior ex hac luce recessus. Cauendae ergo sunt homini duae particulae, quae in illius carne non veterascunt, & totum hominem ad peccandum trahunt, cor uidelicet, & lingua.

Ioan. Cas. siado. col. r Sicut non sunt omnes uiuentes pari modo, vel feruentes spiritu, vel disciplinis ac mori

moribus optimis instituti: ita nec senes *la. abbat. is*
quidem cuncti vno modo, vel perfecti pos. *Moysi sen*
sunt, vel probatissimi reperiri. Diuitiæ e- *cūda c. 12.*
nim senum non sunt canities capitis, sed
industria iuuentutis, ac laborum præteri-
torum stipendiis metienda.

f Nō omnium seniorum, quorum capita *Ibidem.*
canities tegit, quosque vitæ longæuitas so-
la commendat, nobis sunt imitanda vesti-
gia, vel sectanda, seu traditiones ac monita
suscipienda: sed eorum, quos laudabiliter
vitam suam, ac probatissimè comperimus
in iuuentute signasse, nec præsumptio-
nis propriis, sed maiorum traditionibus
institutos.

t Sunt nonnulli, quorum etiam, quod est *Ibidem.*
lugubrius, maior pars sine dubio reperit-
ur: qui in tempore suo, quæ ab adolescen-
tia sua conceperunt, atque ignauia sene-
scentes, auctoritatem sibi non maturitate
morum, sed annorum numerositate con-
quirunt.

v Nihil est, quod senecturi magis noceat, *Cassio. in*
ac dies hominis abbreviet, quam tristitia, *quodam*
languor animi, atque ira. Nihil enim est *epist.*
hilari senectute iucundius.

x Amplectenda est & amanda senectus. *Sen. epist.*
plena est voluptatis, si illa scias uti. *Gratis. 12.*
fama sunt poma, quum fugiunt. *Deditos.*

vino potio extrema delectat, quod in se iucundissimum hominis voluptas habet, in finem suum differt.

Ibidem. y Iucundissima est ætas deuexa iam, non tamen præceps: quàm dulce est cupiditates fatigasse aut reliquisse?

Sen. ibid. z Molestum est, mortem ante oculos habere. Primum ista tam seni ante oculos debet esse, quàm iuueni. Deinde nemo tam senex est, vt improbè vnum diem non speret. Vnus autem gradus vitæ est, vnus autem dies par omni est.

Sen. epist. a b Gratias ago, nō sentio in animo ætatis iniuriam, cū sentiam in corpore tantū vitia, & vitiorum ministeria: senum vt viget animus, & gaudet non multum sibi esse cum corpore, portus aliquando petendus, nunquàm recusandus.

Sen. epist. a c Nihil turpius, quàm senem viuere insipientem.

Ibidē. 23. a d Numerata annos tuos, & pudebit eadem velle, quæ volueras, moriantur ante te vitia.

Sen. epist. a e Turpis & ridiculosa res est, elementarius senex. Desine eadem velle senex, quæ voluisti puer. hoc opus sit, hoc cogitatio, imponere veteribus malis finem.

Sen. in li. de morib. a f Monstro similis est auaritia senilis. Quid enim stultius est, vt dici solet, quàm

via deficiente augere viaticum?

a g Honestior est, qui ad otium senectutem retulit, quàm qui in otio inuenit, & tunc laborare incipiat. *Ibid. Sen.*

a h Anus quum ludit, morti delicias facit. *Sene. ibid.*
heu quàm miserum est, fieri metuendo senem! Frustra ad senectam ventum est, cum repetas adolescentiam. Senectuti familiaris est loquacitas. thesaurum in sepulchro ponit, qui senem hæredem facit.

a i Senex facilè prouocatur, & difficilè reuocatur: citò credit, & tardè discredit, tenax & cupidus, tristis & querulus, velox ad loquendum, & tardus ad audiendum: laudat antiquos, & spernit modernos: vituperat præsentia, & commendat præterita, suspirat & anxiat, torpet & infirmatur. Audi Poëtam: Multa senem circumueniunt incommoda. *Inn. de veritate con di. luma.*

Vide etiam in tit. Auaritia, r. Castitas, p. Consilium, l. Conuersio, a e. Correctio, a. v. Iuuentus, b. d. e. f. g. i. Mors, b. i. c. f. c. g. Regere, f. Vita, l. v.

Seruitus.

a **B**onus, etiam si seruit, liber est, malus autem, & si regnat, seruus est, nec est vnus hominis: sed quod grauius est, tot dominorum, quot vitiorum. *Aug. li. 4. de ciuitate Dei.*

b Seruit quicumque vel metu frangitur, *Ambros. de*

Jacob, & vel delectatione irretitur, vel cupiditatibus
vita bea ducitur, vel indignatione exasperatur, vel
ta lib. 2. moerore deicitur, seruilis enim est omnis
 passio.

Hic. i. epi. c Est sapienti seruire, libertas: ex quo col-
ad Simpli ligitur, quòd stultò imperare, seruitus est:
cianum. & quòd peius est, cum paucioribus præsit,
 pluribus dominis, & grauioribus seruit.
 Seruit enim propriis passiomibus, seruit
 suis cupiditatibus, quarum dominatio nec
 nocte, nec die fugari potest, quia intra se
 dominos habet, intra se seruitium patitur
 intolerabile.

Inn. de vi d O extrema conditio seruitutis, natura
litate con liberos genuit, sed fortuna seruos consti-
di. hum. tuit, seruus cogitur pati, & nemo finitur
 compati. dolere compellitur, & nemo con-
 dolere permittitur. Sic ipse verò seruus est,
 vt nemo sit sibi: miseri, qui castra sequuntur,
 & miserum est aliena viuere quadra.

Sene. 28. e Qui seruitutem contempserit, in quali-
epist. bet turba dominantium liber est.

Sene. 47. f Serui sunt, imò homines: serui sunt,
epist. imò contubernales: serui sunt, imò humi-
 les amici: serui sunt, imò conserui, si cogi-
 taueris tantundem in vtrosque licere for-
 tunæ. Ita que derideo istos, qui turpe existi-
 mant, cum seruo suo cœnare. Superbissima
 enim consuetudo cœnanti domino stan-
 tium

rum seruatorum turbam circumdare: maiestatis suæ diminutionem putât ad eandem mensam cum seruo accedere.

g Infelicibus seruis mouere labia, ne hoc *Ibidem.*
quidem vt loquantur, licet: sed sic fit, vt isti de domino loquantur, quibus coram domino loqui non licet. At illi, quibus non tantum coram dominis, sed cum ipsis erat sermo quorum os non consuebatur, parati erât pro domino porrigere ceruicē, in conuiujs loquebâtur, sed in tormētis tacebât.

h Vistu cogitare illū, quem seruū tuum *Sene. ibid.*
vocas, ex eisdem seminibus ortum, eodem frui cœlo, æquè spirare, æquè viuere, æquè mori. tam tu illum ingenuū videre pores, quàm ille te seruum. Stare ante limen Calisti dominum suum vidi, & alijs intrantibus excludi: martiana clade multos splendidissimè natos fortuna depressit: aliū ex illis pastorem, alium custodem casa fecit.

i Sic cum inferiore viuas, queadmodum *Ibidem.*
superiorem tecum viuere velis. Quoties in mentem venerit, quantum tibi in seruum liceat, veniat in mentem tantundem in te domino tuo licere. At ego, inquis, nullum habeo dominum, bona ætas est, forsitan habebis. Nescis qua ætate Hecuba seruire cœperit, qua Croesus, qua Darij mater, qua Plato, qua Diogenes.

- Sene. ibid.* k Erras, si existimas me quosdam quasi sordidioris operę reiecturum, utpote illum mulionem, & illum bubulcum: non ministeriis illos æstimabo, sed moribus. Sibi quisq; dat mores, ministeria casus assignat.
- Sene. 47. epist.* l Seruus est, sed fortasse liber animo. Seruus est, ostende quis non sit, alius libidini, alius auaritię, alius ambitioni, omnes timori. Nulla seruitus turpior est, quàm voluntaria.
- Senec. 22. epist.* m Paucos seruitus, plures seruitutem tenent.
- Sen. Lib. de moribus.* n Qui in seruos suos irascitur, & crudelis est, satis ostendit potestatem aduersus alienos sibi defuisse.
- Sene. 47. epist.* o Seruis tuis hilarem te præstes, non superbum: superiorem te colāt potiùs, quàm timeant.
- Sene. 3. de beneficiis.* p Si quis existimat seruitutem in totum hominem descendere, pars eius melior est excepta: corpora obnoxia sunt, & adscripta dominis, mens quidem sui iuris est.
- Seneca de moribus.* q Plerique hominum stulti sunt, qui seruiles cibos & seruilem fugiunt vestem, seruiles mores non fugiunt.
- Ibidem.* r Liberi seruíque personam veritas separat, seruum liberúmque mendaciũ miscet.
- Aul. Gellius lib. 2.* s Cum Diogenes ex libertate in seruitutem venderetur, & eũ quidam emere vellet

let, quid seruitutis sciret, percunctatus est; Respondit, noui, inquit, hominibus liberis imperare. at ille eum manumisit, filiosque ei tradens, Accipe, inquit, liberos meos, quibus imperes.

Vide etiam titu. Caro, x. z. Diuitiæ, o. Libertas. Mors, c. k. Patientia, a d. Relinquer, n. Sacramentum, a.

Seruitium.

a **V**Is vt seruiat caro tua animæ tuæ? *Augu. sup. Deo seruiat anima tua. debes re- per Ioan. gi, vt possis regere.*

b **Q**uam mihi accidit, vt ne amplius can *Augu. lib. tus, quàm res, quæ canitur moueat, pœna- io. confes. liter me peccare confiteor, & tunc malle non audire cantantem.*

c **P**rudenter sibi Deus seruii vult, non vt *Amb. sup. nimietate sua debiles fiant: & postea me- ep. ad Ti dicorum suffragia requirant. Temperan- mor. super dum est enim vt si fieri potest, cœptum ob- illud, Mo- sequium magis prouehatur, quàm per in- dico vine cõsideratiã minuatur: intemperatiã enim vt ere.*

ipsam animam inquietam facit, vt quã de infirmitate sollicita est, non tantum dedita sit diuinis seruitiis. Damnũ ergo affert improvidentia. Anima enim in tranquillitate posita totum cor extollit ad Deũ, integro consilio obsecrans, quæ petenda sunt.

Grego. in

d **Q**ui accingi in diuino seruitio prope- *moral.*

rat, quid aliud, quàm se contra antiqui aduersarij certamen parat? vt liber in certamine ictus suscipiat, quierus sub tyrannide in captiuitate seruiat. Vnde cum Deo pax robustior oritur, nobis ab aduersariis durior pugna reseruatur.

*Gre. i qua
dam ho-
mil. super
Ezechiel.* e Nemo potest in vna & eadem re omnipotenti Deo seruire, atque eius hostibus gratus existere. Nam Deo amicum se denegat, qui eius placet inimico.

*Grego. in
moral.* f Nonnulli terreno iudicio tota die adistere fortes sunt: in oratione verò corã Domino etiam vnus horæ momento lassantur.

*Ber. i quo
dam ser.* g Reuelatur seruo Dei potestas, mercenario felicitas, filio veritas. Seruus dicit: Vadam ad portas inferi. Mercenarius, non videbo Dominũ Deum meũ in terra viuẽtiũ. Filius, psalmos nostros cãtabimus, &c.

*Cas. super
psal. 25.* h Decorem domus non dicit, pulchritudinem parietum, aut ministrorum pretiosissimos apparatus, sed ipsorum actuũ beatissimam qualitatem, quibus cuncta gaudet ecclesia, scilicet in psalmorum iubilatione, in precum sanctitate, in Christiani populi deuotione: subiungēs, quia vbicũq; habitat Deus, gloria est, gloriosum efficit quicquid in habitare dignatur, & ab hospi-

*Cas. super
psal. 100.* i Quauis hoc nec à laicis videatur exceptum

ptum, specialiter tamen sacerdotibus probatur impositum, vt tales ministros habeant qui diuinis regulis non repugnent.

k Deus sustinet vt corrigat, flagellat vt *Cass. sup.* erudiat, probat vt præstet. si fas est, vt *psal. 102.* cœlum non cooperiat terram, non potest fieri, vt Deus non protegat sibi purissimè seruientem.

l Iustum est publicis actionibus personas inferere morū perspicuas, vt per obsequia fidelium, omnibus crescat vtilitatis augmentum. *Cass. li. 3. epi. 25.*

m Mutat quasilibet largitates malorum feruentium manus: quia sicut fontis puritas per limosa corrumpitur: sic affluentia boni principis malis distributoribus immutatur. *Cass. li. 5. epi. 11.*

n Hæc est consuetudo vestra, o diuites, tandiu cordi vobis sumus, quandiu vsui, vt *Se. de ser. oratorū.* iniuriam vocetis finem seruitutis.

o Quandiu seruus præstat, quod à seruo *Sene. 2. de* exigi solet, ministerium est. vbi plusquā à *benefic.* sermo necesse, beneficiū est. vbi eī in affectum amici trāsit, beneficiū vocari incipit.

Vide etiam in tit. Diabolus. f. Fraus. d. Homo. l.

Simplicitas.

a **H**abeto simplicitatem columbæ, ne *Hic. ad rō* cuiquam machineris dolos: & astu- *stic. mon.* tiam

tiam serpentis, ne aliorum supplanteris insidiis. quia non multum distat in vitio, aut decipere, aut decipi posse.

Hic. sup. Osea. b Prudentia absque simplicitate, malitia est, & simplicitas absque ratione stultitia nominatur.

Au. ho. 2. sup. Ioan. c Simplex eris, si te mundo non implicaueris, sed explicaueris: explicando enim te à mundo, simplex, implicando, duplex eris.

Hier. sup. Osea. d Nihil diuiti⁹ viro simplici. Quid enim simplicitate diuitius? quæ sicut bonus paterfamilias faris sibi abundat, & sua puritate contenta, non quærit alienum: nec abrodit, sed de cæteris fingit, nec se in artes varias sæpe commutat, sicut astutia: quæ ut sit cauta, timet omnia, nec suis consiliis credit, versat ipsa suas sententias. simplicitas autem timere nil nouit.

Grego. in mo. tract. ill. Estot. pra. e Vtraque bene in admonitione conuertit, ut simplicitatem columbæ, astutia serpentis instrueret. & rursus serpentis astutiam columbæ simplicitas temperaret.

Grego. in mora. f Nihil simplici corde felicius: quia ex quo innocentiam erga alios exhibet, nihil est, quòd pati ab aliis formidet. Habet enim quasi artem quandam simplicitatem suam. nec suspectus est, pati, quod se fecisse non meminit. At contrà mens praua semper

per in laboribus est. quia autem molitur mala, quæ inferat: aut metuit, ne sibi hæc ab aliis inferantur.

g Omnibus nobis in cōuersionis initio, *Ber. i ser.* nulla virtus magis necessaria est, quã simp- *quodam.* plicitas humilis, & grauitas verecunda.

h De beato Iob dicitur: quòd erat vir *Bed. de tē* simplex & rectus. Simplex videlicet, per *plo. Salo.* innocentiam mansuetudinis, rectus per cau- *lib. 1.* relam discretionis. simplex, quia nullum lædere, imò prodesse desiderabat. rectus, quia se à nullo corrumpi permittebat.

i Simplicitas sine rectitudine dissoluta *Ibidem.* est, & stulta. rectitudo autem sine simplicitate austera nimirum existit & dura. verùm vtraque virtus coniuncta, perfectum reddit hominem.

Vide etiam in ti. Adulatio. i. Doctrina. a. k. Hypocrisis. o. Meritum. c. Sapientia. m.

Simoniam.

a **L**Eprã cum Giezi à sancto suscepisse *Ambro. in* se credant Eliseo, qui gradum sacer- *suo pasto-* dotalem se æstimant pecuniis comparare.

b Sicut validioribus morbis capite vi- *Ibidem.* tiato reliquum necesse est corpus inundatione superioris morbi letaliter irrigari: ita & hi, qui caput habentur ecclesiæ, morbo pestifero fraternum vitiant corpus, ita vt videas in ecclesia passim, quos

non merita, sed pecunia ad episcopatus ordinem prouexerunt.

Ibidem. c Nempe hoc est, quod doleo: quod archiepiscopus carnaliter episcopū fecit. nā propter pecunias specialiter leprosum ordinauit. Pecunia, inquit, tua tecum sit in perditionem: quia donum sancti spiritus gratiæ pretio comparasti, & commercium mirabile in animarum exitium peregisti.

Ibidem. d Oculis quidem carnalibus videtur quis episcopus magnus, & diuinis obtutibus inspicitur leprosus magnus, qui per pecuniam acquisiuit indebitum ordinem, & apud Deum perdidit interiorem hominem. caro suscepit dignitatem, & anima perdidit honestatem.

Ibidem. e Quod dedit cum episcopus ordinaretur, aurum fuit, & quod perdidit, anima fuit: cum alium ordinaret, quod accepit, pecunia fuit, & quod dedit, lepra fuit.

Hiero. in epist. f Sæpe sinistra principia ad felicem perueniunt exitum: ut Iacob per supplantationem peruenit ad benedictionem: ut fruges quæ leprosa manu feritur, munda tamen metitur. Vt ex adulterino concubitu pulchra soboles nascitur: sic & pecunia quæ per simoniā acquiritur, felicem exitum habet, quum pauperibus profutura erogatur: sed nihil horum simoniacis patrocinetur.

g Sicut

g Sicut episcopus non decet manuum, *Gre. in re*
quam imponit, vendere: ita minister vel *gistro.*
notarius non debet in ordinatione sui, vo-
cem vel calamus venundare.

h Simonia hæresis contagium iam olim *Hug. li. 2.*
in Balaam pullulauit: qui diuinationis pre *de sacra.*
tio proposito, ad maledicendum populum *parte 10.*
Dei perrexit. dehinc huius duo leguntur
aurores emerisse: alter sub prophetica,
alter sub apostolica doctrina. Primus Gie-
zi magister esse vendentium, deinde Si-
mon videtur emptor. Horum autem se-
ctatores sicut non sunt in errore diuersi: ita
nec in damnatione diuisi.

i Certè acceptior est apud Deū iustitia, *Pet. Rati.*
quàm præbenda. ideo cū in vtraque possit si *in epist.*
monia cōmitti: damnabilior tamē est om-
nis venalitas in exhibitione iustitię, quàm
in venditione decimæ, aut præbendæ.

Vide etiam in, tit. Munus. g.

Sobrietat.

a **S**obrietas est mentis & sensus, mem- *Aug. li. ad*
brorum omnium, corporisq; tutela, *sacr. vi.*
castitatis pudicitiaque munimentum, pu-
dori proxima, amicitie pacisque serua, ho-
nestatisque semper cōiuncta, criminūque
& vitiorum omnium profuga.

b Sobrietas, est recti iudicij tenax, me- *Ibidem.*
moriz recordationisque inseparabilis sa-
pientia

pietia, secretorum custos, arcani velamen, lectionum & doctrinae capax, studiorum & artium bonarum disciplina pariter & magistra ingeniorum & capiendorum pedisequa, bonae famae semper auida, salubria atque utilia creans, virtutis singulare auxilium, cuncta cum ratione disponens, in congregatione honestorum se semper ingerens.

August. c Sobrietas temeritatem fugit, pericula cuncta declinat, mutuis officiis obtemperat: superbiam detestatur, domum familiamque cum moderatione gubernat, fidem sibi committentibus seruat.

Ibidem. d Sobrietatis perseverantia, inestimabilis est animi fortitudo. omnes eam virtutes & omnes laudum tituli concupiscunt: quia sine ipsa ornari aut placere non possunt.

Chryso. e Simplicior victus, & mensa mediocris plurimum iucunditatis habet & voluptatis: e contrario vero diuitem mensae execrabiles quidem & horridae, ac membrorum contaminationis plenae.

Orig. ho. f Sobrietas omnium virtutum mater est.
87. sic e contrario ebrietas, omnium vitiorum origo.

Cas. sup. g Sobrietas felix, satietas salutaris, quae
psal. 69. quanto copiosius sumitur, tanto magis sobrietatem mentibus donare dignatur.

h Recens est perceptio tam in vesper- *Ioa. Cassi-*
tinis quam nocturnis orationibus leuem *in coll. ab-*
tenuemque sensum non sinit inueniri: ideo *batis Moy*
que satis commodum & utile hora nona *si. ca. 26.*
refectionis tempus indultum est, in quo
reficiens stomachus non solum in noctur-
nis vigiliis leuis ac vacuus, verum etiam
in ipsis vespertinis solennitatibus digesto
iam cibo aptissimus inuenitur.

i Si quod naturae satis est, replere indi- *Boë. de cō*
gentiam velis, nihil est quod fortunae *so. lib. 1.*
fluentiam petas. paucis enim minimisque
natura contenta est. cuius satietatem si su-
perfluis velis regere, aut iniucundum quod
insuleris fiet, aut noxium.

k Hanc sanam ac salubrem formam vi- *Se. epis. 8.*
tae tenete, ut corpori tantum indulgeatis,
quantum bonae valetudini satis est. Cibus
famen sedet, potio sitim extinguat, vestis
frigus arceat, domus munimentum sit ad-
uersus infesta corporis. hanc utrum cespes
erexerit, an vanus lapis gentis alienae, ni-
hil interest. Scitote tam bene hominem
culmo, quam auro regi. Cogitate nihil prae-
ter animum esse mirabile, cui magno ni-
hil magnum est.

l Sine fastidio implendus est venter. Quid *Se. epis. 21.*
enim ad rem pertinet, quid accipiat, perdi-
turus quicquid acceperit?

Talade of. m Sobrietas, est affectus moderatiōis cōtra incētiua crapulæ, & diluuiū ebrietatis. Vide etiam in ti-Abſtinentia. Ebrietas. Gloria vana. a l.Gula. Sacerdos. n. Temperantia. m.

Societas.

Aug. de ci a vit. Del. S Ocietas nullo modo fit maior accedente ſiue permanente conſorte poſſeſſionis bonitatiſſimò poſſeſſionem bonitatis quantò latius, tantò concordius indiuidua ſociorum poſſidet charitas. Non habebit denique iſtam poſſeſſionem, qui eam noluerit habere communem. & tantò eam reperiet ampliorem, quantò amplius ſibi potuerit amare conſortem.

Amb. ſup. Luc. li. 4. b Non turbatur nauis, quæ Petrum habebat, ſed turbatur illa, quæ Iudam habebat. & ſi multa illorum diſcipulorum merita naufragabant: tamen adhuc perfidia proditoris agitabatur in vtraque Petrus: ſed qui ſuis meritis firmus eſt, turbatur alienis. Caueamus igitur perfidum, caueamus proditorem, ne per vnum plurimi fluſtuemus.

Ibid. li. 5. c Voluit Chriſtus deſeri, voluit prodi, voluit ab apoſtolo ſuo tradi: vt cum ſis deſertus à ſocio, proditus ab ipſo, moderatè ſeras tuum erraſſe iudicium, perikſe beneficium.

d Erat in nauicula Simon Petrus, sed *Am. 3 ser.*
 erat pariter & Iudas proditor: quamuis il- *de cathe.*
 lius fides fundaret nauiculam, huius tamen *sancti Pe*
 perfidia eam perturbabat. Trāquillitas est, *tri.*
 ubi solus Petrus nauigat, tempestas ubi Iu-
 das adiungitur. Licet esset Petrus firmus
 suis meritis: perturbabatur tamen crimi-
 nibus proditoris. vnius igitur delicto cun-
 ctorum merita quassantur.

e Tolerandi ubique sunt proximi: quia *Gre. in ho.*
 Abel fieri non valet, quem Cain malitia *9. su. Exe.*
 non exercet. Vnum verò est, potentia, qua
 vitari societas malorum debeat. ne si for-
 tasse corrigi non valent, ad imitationem
 trahant, & quum ipsi sua malitia non mu-
 tantur, eos qui sibi coniuncti fuerint, per-
 uertant.

f Bonus sic malo connectitur, vt aut pa- *Chry. sup.*
 res reddantur: aut citò ab inuicem sepa- *Matth.*
 rentur. Amicitia enim pares aut quærunt
 aut faciunt.

g Rerum natura sic est, vt quoties bonus *Ibidem.*
 malo coniungitur, non ex bono malus
 melioretur, sed ex malo bonus contami-
 netur: diuersitas enim rerum nunquam
 potest habere concordiam, & multos soli-
 citat societas nefanda.

h Vitiosus conscientias vitiosorū non *Ber. lib. de*
 refugit, & ubi omnes fordent, vnus mi- *rosiderat.*

nimè fortè sentitur.

Isid. lib. 2. soliloquior. i Ante ignem consistens, etiam si ferreus sis, aliquando dissolueris, proximus periculo diu tutus non erit. Per assiduitatem citè peccat homo. Sæpe familiaritas implicauit, sæpe occasionem peccandi dedit, sæpe quod voluntas non potuit, assiduitas superauit.

Ibidem. k Melius est habere malorum odium quàm consortium. Sicut bona multa habet communis vita sanctorum, sic plurima mala societas affert malorum.

Hug. li. 3. de anima. l Amabilis socius omnibus est officiosus, & nulli onerosus, quia deuotus ad Deum, benignus ad proximum, sobrius ad mundum, domini seruus, proximi socius, mundi dominus, superiora habet ad gaudium, æqualia ad consortium, inferiora ad seruitium.

Cas. su. ill. ps. Declinante à me mali. m Remedium enim est, quem conuertire velle non videris, vitare, si possis.

Cas. lib. 2. epistol. n Ipsi quoque homini duplices manus, socias aures, oculos geminos Diuina tribuerūt: vt robustiùs perageretur officium, quod duorum fuerat societate complendum.

Pet. Chr. o Melior est societas simplicis inter sapientes nutriti, quàm prudētis cū peccatoribus educati. Dulcior est sapientia aspera.

vita inter sapientes , quàm dulcis inter insipientes.

p Si quis in cœlum ascendisset, naturam- *Tulli. de*
que mundi & pulchritudinem syderum *amici.*
prospexisset, sua uem illam admirationem
sibi fore , quæ iocundissima fuisset, si alium
cui narraſſet haberet. sic natura solitarium
nihil amat.

q Magna pars peccatorũ tollitur, si pec- *Se. epi. xi.*
catori testis adſiſtit. Aliquem habeat ani-
mus quẽ vereatur , cuius autoritate secre-
tum suum ſanctiũs faciat , iuxta illud : Ut
vitium vites , vitiique ſuſpicionem , Sem-
per eos tecum, quos verearis, habe.

r O felicem illum, qui sic aliquem vere- *Sene. ibid.*
ri poteſt, ut ad memoriam quoque eius, se
componat atque ordinet. qui sic aliquem
vereri poteſt, citò erit verendus , vbi ad re-
gulam praua corriget.

s Humanitas vetat ſuperbum eſſe apud *Ibidem.*
ſocios, vetat auarum. verbis, rebus , affecti-
bus communem ſe, facilẽmque omnibus
præſtat, nullum alienum malum putat. bo-
num autem ſuum idèò maximè , quod ali-
cuius bonum futurum eſſe amat.

t Omniũ ſocietatũ nulla præſtantior eſt, *Ibidem.*
nulla firmior eſt, quã cum viri boni, mori-
bus ſimiles, ſunt familiaritate coniuncti.

v Nulla res magis animos inhonestos *Ibidem.*

& in prauum inclinabiles reuocat ad re-
ctum, quàm bonorum virorum conuersa-
tio. Paulatim enim descendit in pectora
& vim præceptorum obtinet, frequenter
aspici, frequenter audiri.

Sen. ibidē. x Cōuictor delicatus paulatim eneruat,
& emollit. necesse est, aut imiteris, aut ode-
ris. vtrumque autem deuitādum est, ne aut
similis malis fias, quia multi sunt: ne vel
inimicus multis, quia dissimiles sunt. Cū
his cōuersare, qui te meliorē facturi sunt, il-
los admitte, quos tu potes facere meliores.

Sen. 3^o epi. y Nullius rei sine socio incunda est
possessio. Non magis vtilitati est ager
cum redditibus amplis, quàm vicinus æqua-
lis cum moribus bonis. Sit tibi erga sin-
gulos salū libra sermonis, vt te blandum
pueri, comem iuuenes, grauem senes me-
tiantur.

Ibidem. z Antè circumspectendum est, cū quibus
edas & bibas, quàm quid edas & bibas.

*Sen. 7^o pro
verb.* a b Comes facundus in via pro vehicu-
lo est.

Vide etiam in tit. Auarita. b. x. d. a. Con-
solatio. q. Conuersatio. d. g. a. m. a. n. a. p. a. t.
a. x. a. y. Discere. l. Excusatio. e. Fraternitas.
Pax. a. c.

*Augus. in
quodā ser.*

a

T

Solennitas.

Ories enim dies natalitios san-
ctorum

storum celebramus, quoties virtutes eorū
recolimus, quibus claruerunt in terris: vt
ad gloriam illius, à quo totum habuimus,
referamus.

b Melius faceret Iudæus in agro suo ali
quid vtile, quàm in teatro seditiosus exi- *Aug. in li. de decem*
steret: & melius sceminae eorum die sabba *chordis.*
ti lanam nerent, quàm tota die in neome-
niis suis impudicè saltarent.

c Dominico die à labore terreno cessan *Gre. in ro*
dum est, atq; omnimodo orationibus in si *gistro.*
stendum, vt si quid negligētiæ per sex dies
agitur, per diem resurrectionis dominicæ
precibus expietur.

d Quid prodest interesse festis hominū, *Greg. ho.*
si contingat deesse festis angelorum? *23. super*

e Valde absurdum est nimia saturitate *euan.*
velle honorare martyrem, quem sciamus *Hie. i. epi.*
Deo placuisse ieiuniis. *ad Eusto.*

f Si desinas ab omnibus secularibus o- *Ori. super*
peribus, & nihil mundanum geras, sed spi- *Exod. ho-*
ritualibus operibus vaces, ad ecclesiam *mi. 69.*
conuenias, lectionibus diuinis aurem
præbeas, de cœlestibus cogites, de fu-
tura spe sollicitudinem geras, venturum
iudicium præ oculis habeas, non respicias
ad præsentia & visibilia, sed ad inuisibilia
& futura: hæc est obseruatio sabbati Chri-
stiano.

Vide etiam in tit. Sanctitas. k. l. m. p. q.

Solicitudo, siue occupatio.

*Grego. in
mo.*

A Mant deruersi homines pro huius mundi gloria tribulationes, cunctisq; pro ea sudoribus libenter seruiunt, & grauium laborū iugo deuotissimè colla submitunt, quod bene sub Effraim specie Osee prophetante describitur, qui ait, Effraim vitula docta diligens triturā. Vitula enim trituræ laboribus assueta, relaxata, plerunq; ad eundem laboris vsum etiam non compulsa reuertitur. Ita prauorū mēs huius mundi seruitio dedita, & rerum temporalium fatigationibus assueta: etiam si sibi liberè vacare liceat, subesse tamen terrenis sudoribus festinat.

Gre: ibid.

b Cessationem Dominus à mundi laboribus imperat, sanctæ quietis dulcedinem persuadet. & tamen vesana iniquorū mens plus se assequi aspera carnaliter, quàm tenere blāda spiritualiter gaudet: plus acerbitate fatigationis, quàm quiete dulcedinis pascitur.

Ibidem.

c Quid per porcos & cæpas exprimitur, quæ plerunque qui comedunt, lachrymas emittunt: nisi difficultas vitæ præsentis, quæ à dilectoribus suis & si non sine luctu agatur: tamen cū lachrymis agatur? Manna sibi deferentes cum peponibus ac carnibus

nibus, porros capásque quæsierunt. quia videlicet peruersa: mentes dulcia per gratiam quietis dona despiciunt, & pro carnalibus voluptatibus laboriosa huius mundi itinera etiam lachrymis plena cõcupiscunt. contemnunt habere, vbi spiritualiter gaudeant, & desideranter appetunt, vbi carnaliter gemant.

d Plus in hoc mûdo honor, quàm despectio occupat, & magis prosperitatis sublimitas, quàm necessitatis aduersitas grauat. Mens dum pro blanda occupatione premitur, libens ad exteriora deriuatur.

Ibidem.

e Qui rebus temporalibus occupantur, tunc bene exteriora disponunt, quum sollicitè ad interiora refugiunt, quum nequam perturbationem strepitus diligunt, sed apud semetipsos intus in tranquillitatis sinu requiescunt.

Ibidem.

f Nõnunquam qui quietus alicuius esse meriti creditur, positus in qualibet actione diuiditur.

Ibidem.

g Sæpe qui cõtemplari Deum quieti poterant, occupationibus pressi ceciderunt. & sæpe, qui occupati bene vsibus humanis viuerent, gladio suæ quietis extincti sunt. Nõnulli hominum ita otiosæ mētis sunt, vt si eos labor occupationis excipiat, in ipsa operis inchoatione succumbant.

Ibidem.

Ibidem. h In istis visibilibus, quæ intuemur, cor nostrum extra se spargitur. & quicquid de se intrinsecus agatur, obliuiscitur, dum extrinsecus occupatur.

Ibidem. i Occupatio secularium dignitatum tãtò facilioribus vitiis premitur, quantò maioribus curis grauatur.

Ibidem. k Sæpe misericors Deus, quos suos tenere diligit, eos sollicitè ab exteriorib' actionibus custodit. Nam & plerunque paterfamilias ad eũ laborem seruos dirigit à quo subtiles filios suspendit.

*Ber. i quo
dam ser.* l Præoccupatum quippe secularibus desiderijs animum delectatio sancta declinat, nec misceri poterunt vana veris, æterna caducis, spiritualia corporalibus, summa imis: vt pariter sapiat, quæ sursum sunt, & quæ super terram.

Ibidem. m Cor meum, quando futurum non curat gaudiũ, implicatur amore terrestrium. quũmq; illis inuoluitur, vanitas recipit, curiositas deducit, voluptas inficit, cupiditas afficit, luxuria inquinat, torquet inuidia, cruciat tristitia, turbat iracundia, sicq; miser casibus, vitiis omnib', & quasi per mul-

*Chryf. sup
Matt. 6.* ta mens dispergitur. quærit, nec inuenit, vbi requiescere possit.

*Da nobis
hodie.* n Nequaquam vltioris cura diei conterat: cuius enim diei spatium te visurum

surum nescis, quam ob causam illius solitudine torqueris?

o O infelix anima, quid sollicita es erga plurima? porro cum vnū sit necessariū, *Ricar. de san. vict.* dilige vnū in quo sunt omnia, & ibi fige cor tuū, & desiderium. Nam felices illius ciuitatis ciues, cuius participes in idipsum mundus enim trāsit, & cōcupiscentia eius.

p Sollicitus dicitur, quasi solercitus, in quantum scilicet aliquis ex quadam solertia animi velox est ad prosequendum ea, quæ sunt agenda. *Isid. li. vii. molog.*

q Nam sicut homo nunquam inuitus bene seruit: ita nec occupatus bene commenda custodit. *Maxi. epi. scopus in quodā ser.*

r Nō inuenio, cū quo te malim esse, quā tecū. si potes, obduc te, & occupationibus istis nec iactare debes, nec abscondere. Id age, vt otium tuū non emineat, sed appareat. si latebras times, te satis priora monstrabūt. Tenebras habere nō potes. sequetur quocūq; fugeris multū pristinae lucis quietem potes vendicare sine illius odio. *Senec. epi. sto. 19.*

s Vbicunque mecum sum. rebus enim me non trado, sed commodo. *Senec. epi. sto. 55.*

t Nunquid non succedent occupationes nouæ: serimus illas, ex vna exeunt plures, *Senec. 72.*

v Cū Diogeni fut de nocte sacculum cum numis subtrahere conaretur, & ille senti

sentiret: tolle, inquit, infelix: vt facias vtrosque dormire.

Vide etiam in tit. Auaritia. a. g. Caro. o. Contemplatio. f. m. a. f. Cupiditas. s. Deuotio. b. Diuitia. a n. b q. b r. Gratiā. k. n. Iudex. g. q. Labor. e. Mundus. g. Prælatio. b z. Prosperitas. s. Regimen. h. Simplicitas. b. Solitudo. a. l. s. v. a b. a h.

Solitudo, & tumultus.

Aug. 1^o lib. de singula ritate cle.

a **M**inus voluptatib⁹ stimulat⁹, qui non est vbi frequentia voluptatum, & minus auaritiæ molestias patitur, qui diuitias non videt.

Hic. cōtra Iovinia.

b Sapiēs nunquam solus esse potest. habet enim secū omnes, qui sunt, & qui fuerunt boni, & animū liberum, & quocunq; vult, profert & transfert, & quod corpore non potest, cogitatione complectitur: & si hominū inopia fuerit, loquitur cum Deo: nunquam bonus solus erit.

Hic. 7^o epi. ad Helio.

c Infinita eremi vastitas te terret, sed tu paradysum mente deambula. quotiescunq; cogitatione ac mente illuc conscenderis, toties in eremo non eris, scabra sine balneo contrahitur cutis: sed qui in Christo semel lotus est, non illi necesse est iterum lauari.

Hic. 1^o epi. ad Rusti.

d Solitariam vitam nunquid reprehendimus? minimè, quippe quā sæpe laudauimus

mus, sed de monasteriis his nolimus egredi. Milites quoque eremi dura rudimenta non terreat, qui species conuersationis multo tempore dederunt, qui omnium fuerunt minimi, ut primi omnium fierent: quos nec esuries, nec satietas aliquando superauit, qui paupertate lætantur, quorum habitus, sermo, incessus, vultus, doctrina virtutum est.

e Si carni, quod licet, abscindimus, mox *Gr. li. 30.*
 in spiritu, quod delectat, inuenimus. Intentioni quippe animæ si exterior euagatio clauditur, interior accessus aperitur. nam quò extra se spargi propter disciplinam mens non potest, eò super se intendere per prouectum potest: quia & in altum crescere arbor cogitur, quæ per ramos diffundi prohibetur. & quum riuos fontis obstruimus, fluentia surgere ad superiora prouocamus.

f Qui corpore remotus uiuit, sed tumultibus conuersationis humanæ terrenorum desideriorum cogitatione se inferit, non est in solitudine. si uero prematur aliquis corporaliter popularibus turbis, & tamen nullos secularium curarum tumultus in corde patiatur, non est in vrbe.

g Malum, quod nemo videt, nemo arguit. ubi autem non timetur reprehensor, securus accedit tetator, licentiùs perpetratur iniquitas. In conuentu uero, si qua bona agis, nemo

nemo prohibet. Malū autem facere si vis, non licet. si ergo de fatuis virginibus es, cōgregatio tibi necessaria est: si de prudētibz, tu congregationi.

Ori. hom. 81. super Lewi. h Quandiu quis permistus est turbis, & in multitudine fluctuantium voluatur, nō vacat soli Deo, nec segregatus est à vulgo, nec potest esse sanctus.

Io. Cassi. de instit. manacho. lib. 8. i Solitudo sicut nouit emendatis moribus contemplationem purissimā referare, & intuitu syncerissimo spiritualiū sacramentorū scientiam reuellare: ita eorū, qui minū emendati sunt, vicia non solum seruare, sed etiam exaggerare consuevit. Tādiu patiens sibi quisque videtur & humilis, donec nullius hominum commiscetur consortio: ad naturam pristinam reuersurus, quum interpellauerit cuiuslibet occasionis commotio.

Val. Max. Senec. k Crates cum vidisset secretò ambulāntem adolescentulū, interrogauit, quid illic solus faceret. mecum, inquit, loquor. cui Crates: caue, inquit, rogo, & diligenter attende, ne cum homine malo loquaris.

Senec. li. 2. episto. l Proice quæcunque cor tuum laniant, quæ si aliter extrahi nequirēt, cor ipsum cū illis euellendum erat.

Senec. epi- sto. 2. m Quidā adeò in latebras refugiunt, vt putent in turbido esse, quicquid in luce est.

n Lugentem timentemq; custodire sole- *Senec. epist.*
 mus, ne solitudine male vtatur. Nemo est *sto. 10.*
 ex imprudētibus, qui relinqui sibi debeat.
 Illud enim quod solitudo habet commo-
 dum, est non timere iudicem.

o Quid autē prodest recōdere se, & antè, *Senec. epi-*
 oculos hominum, aurēsque vitare? Bona *sto. 92.*
 conscientia turbam aduocat, mala & soli-
 tudine anxia est, atque sollicita. Si honesta
 sunt quæ facis, omnes sciant: si turpia, quid
 refert neminem scire, cum tu scias? O te
 miserum, si contemnis hunc testem!

p Qui res & homines fugit, ille est, quē *Senec. 56.*
 cupiditatum suarum infelicitas relegauit: *episto.*
 qui alios feliciores videre non potuit, qui
 se velut timidum atque iners animal metu
 occultauit: ille sibi non viuit, sed quod tur-
 pissimum est, ventri, somno, libidini, non
 sibi viuit, qui nemini.

q Viuit is, qui multis vsui est. viuit is, qui *Senec. 61.*
 se vitur. qui verò latitant & torpent, mor- *episto.*
 tem suam antecesserunt.

r Omnia nobis mala solitudo persua- *Ibidem.*
 det. nemo est, cui non sanctius sit cum quo-
 libet esse, quam secum.

t Licet foris resonēt omnia, dum intus *Ibidem.*
 tumultus non sit, dum inter se non rixen-
 tur cupiditas & timor: dum auaritia luxu-
 riæque non dissideant, nec altera alteram
 vex

vexet, bene est animo. Nā quid prodest totius regionis silentiū, si affectus fremunt?

*Sen. 7. epi-
sto.* v Quid tibi præcipuè vitandū existimes, quæris: turbam. Nunquam illi tu te commiseris, nunquā à turba mores, quos extulli, refero. Aliquid ex eo, quod composui, turbatur, aliquid ex his, quæ fugavi redit, inimica est multorum conuersatio: nam aut aliquid vitij nobis ingerit, aut cōmodat, aut imprimit: quò maior est populus, cui miscemur, hinc periculi plus est.

Ibidem. x Nil tam damnosum bonis moribus, quàm in spectaculo residere. tūc enim per voluptatem facilius vitia subrepunt.

*Senec. epi-
sto. 8.* z Seceſsi nō tantū ab hominibus, sed à rebus, & in primis à rebus meis. Qui nihil videntur agere, maiora agunt.

*Senec. 22.
episto.* a b Tumultuosam probātes vitā, quotidie cum difficultatibus rerum magno animo colluctantur. Sapiens feret ista, nō eliget, & mallet esse in pace, quàm in pugna.

*Seneca 5.
episto.* a c Iocundum est esse secum, quum quis se dignū diutissime quo fruatur effecit.

*Senec. epi-
sto. 80.* a d Animalia quædam, ne inueniri possent, sua circa ipsum cubile cōfundūt. Idem tibi faciendū est, aliòquin nō deerunt qui persequantur. Multi aperta transeunt, condita & obstrusa rimantur, furem signata sollicitant, vile videtur quicquid patet.

a e Amplectendum est otium, quod inter Seno. 74.
Deos agitur, quod Deos facit sed fortè conepist.
quereris virtutem abscondi: Nulla virtus
later, & latuisse, non ipsius est damnum.

a f Solitudinem quærit, qui vult cum in- Sen. lib. de
nocentibus vivere. Optimus animus & morib.
pulcherrimus Dei cultor est.

a g Non viuas aliter in solitudine, aliter Sen. ibid.
in foro.

a h Fuge multitudinem, fuge paucitatem, Seneca in
fuge & vnum. Vnus pro populo mihi est, quadam
& populus pro vno. Mihi satis est vnus, sa- epist.
tis est nullus.

a i Omnes vacant qui volunt, neminem Sen. in epa
res sequuntur, ipsi illas amplexantur, & ar-
gumentum felicitatis occupationem esse
putant.

Vide etiam in ritu. Acedia, k. Detractio,
m. Otiositas. Prælatio, b. n. b. o. Societas, o.
Taciturnitas, x.

Sortilegium, & Diuinitio.

a V Arro dixit quatuor esse diuinitio. Isi. li. 9. c.
nis genera, terram, aquam, aëra & ignem: hinc Geomantiam, hydromantiam
aëromantiam, pyromantiam, dictam con-
stat. Diuini dicti sunt, quasi Deo pleni, di-
uinitate enim se plenos simulant, & astu-
tia quadam fraudulenta hominibus futura

coniectat. Duo sunt autem genera diuinationis: ars & furor. Incantatores dicti sunt, qui peragunt verbis artem: sunt arioni, sunt aruspices, sunt augures: qui & auspices & sortilegi, auspicia & auguria: sunt phytones, genechliaci, sunt falsificatores, sunt & praestigia. Cuncta autem haec sunt à Christiano vitanda, & omnipenitus execratione repudianda atque damnanda, nam in his omnibus ars demonum est ex quadam pestifera societate hominum, & malorum angelorum exorta.

Tul. l. 2. de diuina. b Diuination est earum rerum praedictio, & praesentio, quae sunt fortuitae.

Aug. in li. de ciuitate Dei. c Qui sine Salvatore salutem vult habere, & sine vera sapientia aestimat se prudentem fieri posse, non sanus, sed aeger, non prudens, sed stultus in aegritudine assidua laborabit, & in caecitate noxia stultus, & demens permanebit, ac proinde omnis inquisitio, & omnis curatio, quae à diuinis, & Magis, vel ab ipsis daemoniis in idolorum cultura expetitur, mors potius dicenda, quam vita.

Aug. li. 3. confessi. d Illos planetarios, quos mathematicos vocant, plane consulere non desistebam: quod quasi nullam eis sacrificium & nullae preces ad aliquem spiritum ob diuinationem

nam dirigeretur, quod tamen Christiana & vera pietas consequenter expellit, & damnat.

e Huiusmodi artes nugatoriae vel noxiae Aug. lib. 7. de doctrina
superstitionis, ex quadam pestifera societate hominum & daemonum, quasi peccata
infidelis & dolosae amicitiae constituta, Christiana.
nitus sunt repudiandae & fugiendae Christiano.

f Non est absurdum credere, aliqua dispensatione permixtum fuisse, ut non do
minare arte magica, sed dispensatione oc-
cultae, quae Phitonissam & Saulem laebat, Aug. in
se ostenderet spiritus iusti aspectibus regis, episto. ad
diuina eum sententia percussurus: vel non simplicitate
verè spiritus Samuelis à requie sua excita-
tus est, sed aliquod phantasma & illusio
imaginaria diaboli machinationibus fa-
cta, quam scriptura Samuelem appellat, si-
cut solent imagines rerum suarum nomi-
nibus appellari. num.

g Non debemus sub exemplo Ionae for-
tibus credere, vel illud de actibus Aposto-
lorum huius testimonio copulare, ubi for-
te Mathias in apostolatum eligitur. Hic super
Ionam.

h Si quis ariolos, aruspices vel incanta-
tores obseruauerit, aut phylacteriis usus
fuerit, anathema sit. Gre. et po
nicur 26.
9. 5. signi.

*Beda sup
acta apo.* i Non exemplo Mathiæ, vel quòd Ionas
propheta sorte deprehensus sit, indifferen-
ter sortibus est credendum, cum priuilegia
singulorum communem legem omnino
facere non possunt. Si qui tamen necessita-
te aliqua compulsi, Deum putant sortibus
Apostolorum exemplo esse consulendum,
videant hoc ipsos apostolos, non nisi colle-
cto fratrum coetu, & precibus ad Deum su-
sis egisse.

*Isi. lib. ety
molog.* k Sortilegium, est quoddam genus cul-
turae idolorum, ex dæmonum consultatio-
nibus futura prædicendo.

Spes.

*Augu. de
spiritu &
liter.* a **M**ihi magis videtur fidei filius, qui
nouit, a quo speret, quod non-
dum habet, quàm qui sibi tribuit, quod ha-
bet.

*Augu. sup
psal. c. 3.* b Vita vite mortalis, spes est vite immor-
talis.

*Augu. de
charitate.* c Qui gaudet in spe, tenebit & rem: qui
autem spem non habet, ad rem non pote-
rit peruenire: spes & charitas erunt idem.

*Aug. i en-
chirid.* d Fides credit: spes & charitas orant: sed
sine fide esse non possunt: at per hæc & fi-
des orat.

*Ambro. in
examer.* e De diuina miseratione tunc sperandum
amplius est, quum præsidia humana defe-
cerint.

cerint.

f Spes commodi, furatur labores, & me- *Idē super*
rum abscondit periculi. *psal. 12.*

g Omne opus leue fieri solet, quum eius *Hic. i. epi.*
pretium cogitatur, & spes præmij solatium
sit laboris.

h Spes in æternitatem animum erigit, & *Greg. lib.*
idcirco nulla mala exterius, quæ tolerat, *6. moral.*
sentit.

i De spe incassum præsumit, qui timere *Greg. lib.*
Deum in suis operibus renuit. *moral.*

k De creatore desperare est, spem in crea- *Grego. in*
tura ponere. *moral.*

k Tu es Domine spes mea: Quicquid *Bern. ser.*
agendum, quicquid declinandum, quicquid *9. sup. quē*
tolerandum, quicquid optandum, tu es Do *habitas.*

mine spes mea, hæc vna mihi omnium
promissionum causa, hæc tota ratio meæ
expectationis. prætendat alter meritum,
sustinere se iactet pondus diei, & æstus, ie-
iunare bis in sabbato se dicat, postremò nō
esse, sicut ceteros hominum gloriatur. Mi-
hi autem adhærere Deo bonum est, & po-
nere in Domino Deo spem meam.

l Si mihi præmia promittuntur per te ob- *Bern. ibid.*
tinenda, sperabo: si insurgât aduersum me
prælia, si sauiat mundus, si fremat mali-
gnus, si ipsa caro aduersus spiritum concu-

piscit, in te ego sperabo.

Idem ibi. **sa** Ut quid cunctamur omnino abicere spes miseris, vanas, inutiles, seductorias, & huic vni tam solidæ, quam perfectæ, tam beatæ spei tota deuotione animi, toto feruore spe inharere?

Idem ser. **n** Dicit fides: parata sunt magna inexcogitabilia bona à Deo fidelibus suis: dicit *10. super.* spes: mihi illa seruantur, nam tertia quidem *Qui habi.* charitas: curro ego, ait, ad illa.

Bernard. **o** Tria considero, in quibus tota spes mea consistit: charitatem adoptionis, veritatem promissionis, potestatem redditionis. Nō est via ad regnum sine præmiis regni, nec sperare potest cœleste regnum, cui nec super propria regnare membra adhuc donatur.

Ibidem. **p** Tu es patientia mea. Si tribulatio inferatur, per te superabo: tu es spes mea: si præmia promittantur, per te obtinebo: si insurgat hostis, non nisi in te sperabo.

Orig. sup. **q** Futurorum spes laborantibus requiem *Exo. ho. 9.* parit, sicut in agone positus dolorem vultu-
nerum mitigat spes coronæ.

Cas. super **r** Spes, est virtus, qua speramus præmium *p/al.* vitæ æternæ iustorum meritis reddendum.

Secreta in **s** Spes est vltimum aduersarum rerum solac

solatium, memoriae minimum tribuit quibus *quidam*
que, spei plurimum. *epist.*

r Spe bonorum, quicquid indignitatis *Seneca in*
imponitur, ferre cōuenit: remedium bono: *proverb.*
rum futura spes est, nec innocentem debi-
litat conscientiam, quum in aduersis sola-
tium est, non meruisse, quæ patitur. Fortu-
na innocentem deserit saepe, at bona spes
nunquam.

Vide etiam in titu: Desperatio, f. Resur-
rectio, r. Tribulatio, k, a l.

Spiritus sanctus.

a **S**anctum semper opus in me spira, vt *August. in*
Scogitem: compelle vt faciam: suade *episto. ad*
vt te diligam: confirma me, vt te teneam: *quendam*
custodi me, ne te perdam. *consitem.*

b Spiritus sapientiae negligentiam im- *Hic super*
pigrè repellit, spiritus intellectus diligen- *Marcum.*
tiam rationabiliter quarit, spiritus consilij
diuinam prouidentiam prudenter inuenit,
spiritus virtutis instigationes fortiter re-
condit, spiritus scientiae obliuionem lubri-
cam diu esse integrè non sinit, spiritus pie-
tatis humanam fragilitatem clementer in-
dulget, spiritus timoris Dei improvidam
ignorantiam ardentè decoquit, & bene
replet.

c Sapiencia domum ædificat, intellectus *Hic. ibid.*

gubernacula inuenit, consilium bona di-
 creta facit, virtus in paciētia animā possi-
 det: scientia diuitiæ Dei & salutis acquirun-
 tur, pietate prosperitas presentis vitæ &
 futuræ consistit, timore humanitas confer-
 uatur, & omne peccatum expellitur.

Grego. in d. Porro ad faciendum bonum quid in
moral. nobis bonus spiritus operatur? profectò
 monet, mouet & docet: monet memoriã,
 mouet voluntatem, & docet rationem: nec
 minimam paleam intra cordis, quod possi-
 det, habitaculum patitur residere, sed sta-
 tim igne subtilissimæ circumspectionis &
 compunctionis exurit spiritus dulcis &
 suauis.

Greg. ibi. e Habitare in corpore animam, probant
 vitales sensus corporis, habitare in anima
 spiritum, probat vita spiritualis. Illud ex
 vsu & auditu dignoscitur, istud ex charitate
 & humilitate, ceterisque virtutibus.

Greg. sup f Septem graduum erat ascensus ciuitatis.
Ezech. Sunt enim multi, qui iam per septem gra-
 dus, id est, per sancti spiritus septiformem
 gratiam, aditum vitæ cœlestis inueniunt:
 per timorem Dei humiles, per pietatis stu-
 dium misericordes, per scientiam discreti,
 per mentis fortitudinem liberi, per consi-
 lium cauti, per intellectum prouidi, per sa-
 pientia

pientiam maturi.

g Spiritus sanctus in columba & igne ad- *Grego. in*
paruit: quia omne cor, quod eius gratia tan *homi.*
gitur, & mansuetudinis lenitate tran-
quillum, & zelo iustitiæ fit accensum.

h Spiritus sanctus contra singula tenta- *Grego. in*
menta erudit, & in septē virtutibus tempe- *moral.*
rat, vt contra stultitiam sapientiam, contra
hebetudinem intellectū, cōtra precipitatio-
nem consiliū, contra timorē fortitudinem,
contra ignorantia scientiā, cōtra duritiam
pietatem, contra superbiam der timorem.

i Spiritus sanctus in linguis igneis adpa- *Grego. in*
ruit, quia omnes quos repleuit, ardentes *ho. Si quis*
pariter & loquentes fecit. *diligis.*

k Quia Dominus discipulos & zelo suc- *Grego. in*
tensos, & verbo eruditos intus reddit, fo- *moral.*
ras linguas igneas ostendit: in significatio-
ne admota sunt elementa, vt ignem & so-
nitum sentirent corpora, igne verò inuisi-
bili, & voce sine sonitu docerentur corda.
Foris ergo fuit ignis qui adparuit, sed in-
tus qui scientiam dedit.

l Idcirco spiritus sanctus in igne & co- *Greg.*
lumba nobis mōstratus est, quia videlicet
omnes, quos implet, & columbæ simplici-
tate mansuetos, & igne zeli ardentes exhi-
bet. Nequaquam ergo spiritu sancto ple-

use est: qui aut in tranquillitate mansuetudinis feruorem emulationis deserit, aut rursus in emulationis ardore virtutē mansuetudinis amittit.

Greg. ho. In terra datur spiritus, vt diligatur
23. proximus, ē cœlo datur spiritus, vt diligatur Deus: sicut ergo vna est charitas & duo precepta: ita vnus spiritus, & duo dona.

Gre. super Exech. n Cōsidero patres noui & veteris testamēti, Dauid, Daniele, Amos, Petrum, Paulum, & Mattheum, & apertis oculis fide intueor: implet nāque spiritus sanctus puerum citharcedum & psalmistam facit: implet abstinentem puerū, & iudicem senum facit: implet pastorem armentarium, & prophetā facit, implet piscatorem, & principem apostolorum facit, implet persecutorem, & doctorem gētiū facit, implet publicanum, & euāgelistā facit, quā ergo insani sumus, qui hāc spiritum non quærimus!

Greg. super illud Mat. Absq; vlla dubitatione cōueniēter accipitur, vt a spiritu sancto ductus credatur, vt
4. Duct^o illuc eum suus spiritus duceret, vbi eum ad est Iesus tentandum spiritus malignus inueniret.

à spiritu: p Cum absque corporis adminiculo nec
Ber. super san. ser. 5. bestialis, spiritus seruilis conditionis debita soluere, nec spiritualis cœlestisque creatura implere ministerium pietatis, nec

rationalis anima tam proximo, quā etiam sibi faciat consulere ad salutem, hinc omnem creaturam spiritum, siue ut iuuet, siue ut iuuetur, siue simul ut iuuet & iuuetur, corporeo profus indigere solatio.

q Spiritus paracletus dat pignus salutis, *Ber. 7 ser.*
 robur vitæ, scientiæ lumen. pignus salutis, *2. Pentec.*
 ut ipse reddat testimonium spiritui tuo, quod filius Dei sis. Robur vitæ, ut quod per naturam tibi est impossibile, per gratiam eius non solum possibile: sed etiam facile fiat lumen scientiæ, ut cum omnia benefeceris, te seruum inutilem putes, & quicquid boni in te inueneris, illi tribuas, à quo omne bonum est. In tribus istis spiritus sanctus docebit te omnia, quæ pertinent ad salutem.

r Spiritus sanctus multiplex dicitur, quia *Ber. ser. 3.*
 multipliciter filiis inspiratur. conceditur *Penteco.*
 enim ad vsum, ad miraculum, ad salutem ad auxiliū, ad solatiū, ad feruorē. Ad vsum vitæ, bonis & malis cōmunia bona abundantissimè tribuēs. Ad miraculum, in signis & prodigiis. Ad salutem, quum toto corde reuertimur ad dominum Deum. Ad auxiliū, quum in omni colluctatione adiuuat infirmitatem nostram. Ad solatium, quum testimoniū perhibet spiritui nostro, quod

quòd filij Dei sumus. ad feruorem : quum
in cordibus perfectorum vehementius spi-
rans validum ignem charitatis accendit, vt
non solum in spe filiorum Dei, sed etiam
in tribulationibus glorientur, contumelię
gloriam reportantes.

Bernard. ¶ Spiritus Iesu, spiritus bonus, spiritus san-
ctus, spiritus rectus, spiritus dulcis, spiritus
fortis infirma roborans, aspera planans,
corda purificans, quicquid in hoc seculo, ne-
quam videtur, difficile, & angustum, leue
facit, & hic illatum opprobrium gaudium
iudicat, despectionem exaltationem esse
persuadet.

Leo papa ¶ O quàm velox est sermo sapientię! &
in ser. de pentecost. vbi Deus magister est, citò discitur quod
docetur. Non est adhibita interpretatio
ad audiendum, non consuetudo ad vsum,
non tempus ad studium, sed spirante, vbi
voluit, spiritu veritatis, proprię singula-
rum gentium voces factę sunt in ecclesię
ore communes. Ab hoc igitur die tuba euā-
gelicę prædicationis intonuit, ab hoc die

Bed. ho. 9. imbres charismatum, flumina benedictio-
sup illud num omne desertum & vniuersam aridam
Luc. Exur. rigauerunt.

gens Ma- ¶ Nulla in discendo mora est, vbi spiri-
ria abiit ¶ tussanctus doctor adest.

mont.

¶ Vide

Vide etiam in titu. Baptismus. c. Peccatum. c. Prædicatio. a c. Superbia. a b.

Studium.

a **S**edulò monendi sunt scholastici, vt *Aug. in li. de cathedra* humilitate induti christiana discant *chi? andis* non contemnere, quos cognoscunt: mo- *rudibus.* rum vitia, quàm verborum amplius deuotitate, sed casto cordi linguam exercitatum non conferre audeant, quam etiam præferre consueuerant: his enim maxime est vtile nosse, ita esse præponendas verbis sententias, vt præponitur animus corpori. Ex quo fit, vt ita malle debeant veriores, quàm discretiores inuenire sermones, sicut malle debent prudentiores, quàm formosiores habere amicos.

b **Q**uid est inuenire, nisi in id venire *Aug. li. 9. de trinit.* quod quæritur? quæ autem vltro occurrunt menti, non dicuntur inuenta, quanuis dicantur cognita: quia non tendebat anima ad illa quærenda.

c **L**egimus aliqua, ne negligantur, legimus, ne ignoremus, legimus, non vt teneamus, sed vt repudiemus. *Amb sup. Luc. lib. 1.*

d **S**it ipsa lectio temperata, cui finem *Hiero. ad Demetri. virgi.* consilium, non lassitudo imponat. nam, vt immoderata ieiunia, & ardor abstinentiæ, & inordinatæ vigiliæ, intemperantiæ coar-
gu

quantur, & nimietate sua pereunt, ut hæc ipsa postea quidē nec mediocriter fieri possint: ita studium intēperās lectionis in reprehensionem cadit, & quod laudabile est in genere suo, fit nimietate sui culpabile.

Grego. in moral. e Idcirco & desidiosus ingenii sæpe accipit, ut de negligentia iustius puniatur: quia quod sine labore assequi potuit, scire contēpsit. & ideo nōnunquam studiosus tarditate intelligentiæ premitur, ut eò maiora præmia retributionis inueniat, quò magis in studio inuentionis elaborat. Nihil ergo est in terra sine causa, quando & studioso tarditas ad præmium proficit, & desidiosò velocitas ad supplicium crescit.

Chr. de carnal. magis vesti. phile. lib. 1. f Omnino iniquum est, nobiliora ingenia studiis dehonestari minoribus, & eos, quos ardua & grauiora expectant officia, voluptatis & vanitatis occupationibus agitari.

Isid. li. 3. de su. bo. g Omnis profectus ex lectione & meditatione procedit. quæ enim nescimus, lectione discimus, quæ didicimus, meditationibus conseruamus.

Orig. sup. Exod. h Punge, & dabit lachrymam: stringe mentem, & dabit intellectum. Nihil enim tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile.

i Tria sunt studentibus necessaria, natura *Hug. li. 3.*
 ra, exercitium, disciplina. In natura consti- *didascali.*
 deratur, ut facile audita percipiat, & per-
 cepta firmiter retineat. In exercitio, ut la-
 bore & sedulitate naturalem sensum ex-
 colat. In disciplina: ut laudabiliter viuens,
 mores cum scientia componat.

k Tria sunt, quae precipue studiis legen- *Ibid. lib. 1.*
 tium obesse solent: negligentia, impru-
 dentia, fortuna. negligentia est, quando
 ea quae discenda sunt, vel prorsus prater-
 mittimus, vel minus studiosè discimus.
 imprudentia est, quando congruum ordi-
 nem in his, quae discimus, non seruamus.
 fortuna est in euentu casuum, siue natu-
 raliter contingente: quando vel pauper-
 tate, vel infirmitate, vel naturali tardita-
 te, siue etiam doctorum raritate à pro-
 posito nostro retrahimur. In his autem tri-
 bus de primo, id est, negligentia lector
 admonendus est, de secundo verò id est,
 imprudentia instruendus, de tertio id est,
 fortuna adiuidus.

l Noli cōtemnere minima, quia paula- *Hug li. 6.*
 tim defluit, qui minima contemnit. Si *didascali*
 primò alphabetum discere contempisses,
 nunc inter grammaticos tantum nomen
 non haberes. Scio quosdam esse, qui statim
 phil

philosophari volunt: quorū sciētia formæ
 asini similis est. noli huiusmodi imitari.
 Paruis imbutus, tentabis grandia iucus.
Ibid. li. 3. m Sapiēs ille vir Græciæ Demosthenes
 cūm expletis 107. annis se mori cerneret,
 dixisse fertur, se dolere, quòd egredere-
 rur de vita quando sapere cœpisset. Plato
 octuagesimo anno, scribens, mortuus est.
 Socrates nonagesimum octauum in docen-
 di & scribendi labore compleuit: Refert
 Homerus quòd de lingua Nestoris iam
 veluti & penè decrepiti dulcior melle ora-
 tio fluxerit.

Ibidem. n Prudens lector vel auditor omnes li-
 benter audit, omnia legit, non scripturam,
 non personam, non doctrinam spernit. ab
 omnibus indifferenter quod sibi deesse
 videt, quarit. non quantum sciat sed quan-
 tum ignorat, considerat.

Ibidem. o Studium est assidua ac sagax retracta-
 tio cogitationis, aliquid inuoluntum expli-
 care nitēs, vel scrutās penetrare occultum.

Ibidem. p Meditatio, est frequens cogitatio, mo-
 dum & causam & rationem vniuscuiusque
 rei inuestigans.

Hugo. q Studium, est animi assidua & vehe-
 mens applicatio ad aliquid agendum, cum
 summa voluntate occupati.

Qui

r Qui pauci studia nunc honorant, si- *Sido. lib. 5.*
 mul & naturali iudicio fixum est, & radi- *epistol.*
 catum pectoribus humanis, vt qui non in-
 telligunt artes, non mirentur artifices.

f Tu quoque si vis lumine claro cerne- *Boet. li. 1.*
 re verum: Tramite recto carpere callem, *de consol.*
 Gaudia pelle, pelle timorem, Spemque fu-
 gato, nec dolor adsit. Nubila mens est vin-
 ctæque fractis, hæc vbi regnant.

t Studia te clarum & nobilem efficiunt, *Se. 21. epi.*
 sine studio æger est animus. Si gula, inquit
 Epicurus, tangeris, notiozem te epistolæ
 meæ faciunt, quàm omnia ista quæ colis,
 & propter quæ coleris: studiis ingenio-
 rum crescit dignatio, nec ipsis tantum ho-
 nor habetur, sed quicquid illorum memo-
 riæ adhæsit, excipitur.

v Studio me dabo, omniâ alia negligen- *Se. 53. epi.*
 da sunt: vt huic assideamus, cui nullum tē-
 pus satis magnum est: etiam si à pueritia
 vsque ad longissimos ætatis terminos
 vita perducatur, resistendum est occupa-
 tionibus.

x Omne quidem tempus idoneum est *Ibidem.*
 studio salutari. multi verò inter illa non
 student, propter quæ studendum est.

y Studia etiam saluti corporis profunt. *Se. 81. epi.*
 In remedium enim cedunt honesta solatia.

& quicquid animum erexerit, etiã corpori prodest. Cogito quã multi corpora exerceant, ingenia quã pauci: quãtus ad spectaculum lusorum vel luctatorum fiat concursus, quanta sit mentis bona solitudo, quã imbecilli animo sunt quorum lacertos humerosque mirantur.

Se. 57. ep. z Otiũ sine literis, mors est, & vitii hominis sepultura. Alit lectio ingenium, & studio fatigatum, non sine studio tamen reficit. nec scribere tantum, nec legere debemus. altera res confternabit vires, & exhauriet. de stylo dico. altera soluet ac diluet. inuicem hoc & illo commutandum est, & alterum altero temperandum, vt quicquid lectione collectum est, stylus redigat in corpus.

Ibidem. a b Apes debemus imitari, quæ vt vagantur & flores ad mel faciendum idoneos carpunt: deinde quicquid attulerunt, disponunt, ac per fauos digerunt. ita debemus quæcunque ex diuersa lectione congestimus separare. melius enim distincta seruantur: deinde ad debitam facultatem ingenij in vnum saporem varia illa libamenta confundere, vt etiam si adparuerit vnde sumptum est, aliud tamen esse, quã vnde sumptum est, adpareat.

Quod

a c. Quod in corpore nostro videmus *Ibidem.*
operari naturam, alimēta quæ accepimus,
quandiu in sua qualitate perdurant, & soli-
da innatant stomacho, oneri sunt: at cum
ex eo quod erāt, mutata sunt, tunc demum
in vires & sanguinem trāseunt. Idē in illis,
quibus alitur ingenia, præstemus, vt quæ-
cumque hausimus, non patiamur integra
essētie aliena sint, coquamus illa: aliōquin
in memoriā non ibunt, non in ingenium.
Nostra illa facimus. Vnum quidem fiet ex
multis, hæc faciat animus noster, omnia
quibus est adiutus, abscondat, ipsum tamen
ostendat, quod efficit.

a d. Quicquid facies, redi à corpore ad *Se. 15. epi.*
animam, illum diebus ac noctibus exerce-
labore modico colitur ille. hanc exercita-
tionem nō frigus, non æstus, impedit: nec
senectus quidem. Neque ego te iubeo sem-
per imminere libro aut pugilaribus, dan-
dum est aliquod interuallum animo: ita
tamen vt non resoluitur, sed muretur.

a e. Solet plus prodesse, si pauca sapien- *Se. li. 1. de*
tia præcepta teneas, sed illa in promptu, vt *beneficio*
in vsu tibi sint, quàm si multa quidem di-
diceris, & illa ad manus non habeas.

a f. Non refert quàm multa sciat lucta- *Ibidem.*
tor, si scit quantum victoriæ satis est. Sic

in studio multa delectant, pauca vincunt,
 licet nescias, quæ ratio Oceanum effuadat,
 & reuocet. quid sit, quod geminorum con-
 ceptum separet: partum tamen iungat.
 vtrum vnus concubitus spargatur in duos,
 an toties concubuerit, cur pariter natis fata
 non tibi nocebit transisse, quæ nec licet
 scire, nec prodest. quicquid enim nos me-
 liores beatosque facturum est, aut in apër-
 to, aut in proximo posuit.

Sen. 1. epi. a g Certis ingeniis innutriti & immo-
 rari oportet, si velis aliquid trahere, quod
 in animo fideliter sedeat.

Ibidem. a h Virã in peregrinatione agētibus hoc
 euenit, vt multa hospitia habeant, nullas
 amicitias. idem accidit his, qui nullius in-
 genio se familiariter applicant, sed omnia
 cursim & properãter trãseunt. Nõ prodest
 cibus, qui statim sumptus emittitur. Nihil
 ita sanitatẽ impedit sicut remediorum cre-
 bra mutatio. Non conualescit planta, quæ
 sæpe transfertur. Nihil ita vtile est, quod
 in transitu proficit. sed modò, inquis, hunc
 librum euoluere volo, modò illum. fasti-
 dientis stomachi est, multa degustare, quæ
 vbi varia sunt & diuersa, inquinant non
 alunt. Quum igitur multa percurreris,
 vnum excerpe, quod illa die concoquas.

a i Labor scholasticus, otium est, sed ne- *Se. in epi.*
gotiosum, & quod animum reddit ad ho-
nesta sollicitum.

a k Studiis & diuitiis pariter vacare non *Se. 17. epi.*
potes. nec animam illam dignatur habita-
re sapientia, quam videt infectam deside-
riis, & curis temporalibus inuolutam.

a l Si vis vacare animo, aut pauper sis, *Ibidem.*
aut pauperi similis. Multis enim ad philo-
sophandum obstiteret diuitiæ, paupertas
autem expedita est secura.

a m Omnibus quidem prodest subinde *Se. 1. rhet.*
animum relaxare. excitatur enim otio vi-
gor, & omnis tristitia, quæ continuatione
studij pertinacis adducitur, feriarum hila-
ritate discutitur. Studia enim leniter tacta
delectant, contracta & propius admotæ,
fastidio sunt.

Vide etiam in tit. Contemptus. a. Curio-
sitas. n. p. y. Discere. Discretio. a. Doctrina.
a c. a p. a q. Exercitatio & honestas. d. In-
genium. Labor. a. Otiositas. p. Perfectio. r.
Philosophia. s. Sapientia. h. i. a g. a k. So-
brietas. b. Taciturnitas. n. o.

Stultitia.

a **R**escindenda insipienti potestas est, *Ambros.*
non adicienda libertas. Insipientis
in liberrate ruina vehementior est.

Grego. in moral. b Stulti tantò intensius de alieno iudicant, quantò sua profundius ignorant.

Ibidem. c Stultus viator est, qui in via amœna prata conspiciens, obliuiscitur, quò reu-
debat.

Greg. bb. moral. d Tãtò quisq; intus amplius stultior fit, quantò conatur exterius sapiens videri.

Idem. e Stultus est, qui per ignominiam non commouetur ad dolorem, & qui non mouetur ad iniuriam.

Se. 13. epi. f Inter cætera mala hoc quoque habet stultitia: semper incipit viuere.

Se. 10. epi. g Stulto nullæ opus est, nulla enim vitæ scit, sed omnibus eget. omnis stultitia laborat fastidio sui. Nemo est ex imprudentibus, qui relinqui sibi debeat.

Se. 36. ep. h Humilis est stultitia, res abiecta, for-
dida, seruilis, multis affectibus & sauis-
sims subdita.

Sene. ibid. i Si quando fatuo delectari volo, non est mihi longè quærendus, me video.

Vide etiam in ritu. Fortitudo. d. Sapien-
tia. a. Seruitus. e. Simplicitas. d.

Subiectio.

Gre. 1. pa. a **T**ales sese, qui præsumunt, exhibeant, ut quibus subiecti occulta quoque sua proderè non erubescant. & quum tenta-
tionum fluctus parui tolerant, ad pa-
stor

stori mentem, quasi ad patris sinum recu-
rant.

b Curandum est, vt rectorem subditis, & *Gre. ibid.*
matrem pietas, & patrem exhibeat disci-
plina. atque inter hæc sollicita circumspe-
ctione prouidendum, ne aut districtio ri-
gida, aut pietas sit remissa.

c Sit erga subditos sollicitudo laudabilis: *Gre. in re.*
exhibeatur cum mansuetudine disciplina:
sit cum discretione correctio: irâ benigni-
tas mitiget: benignitatem zelus exacuet:
& ita alterum conducitur ex altero, vt nec
immoderata ultio, plusquam oportet affli-
gat: nec iterum frangat rectitudinẽ disci-
plinæ remissio.

d Non erit caro subiecta animæ: nec *Isi. li. i. de*
vitiarationi, si animus non est subditus *sum. bon.*
Creatori. Tunc autem rectè nobis sub-
ficiuntur omnia, quæ sub nobis sunt, si
nos subiicimur ei, à quo nobis illa subie-
cta sunt.

e Talis vicissitudo recipitur, vt qui a- *Cas. super*
manti domino seruire noluerunt, odien- *psal. 104.*
tibus inimicis iusto iudicio probarentur
esse subiecti.

Vide etiam in tit. Doctrina. o. Exactio. *2. d. 104.*
a. Excusatio. d. potestas & prælatio & Re- *1. d. 104.*
gimen. k. m. v. a b.

Suffragium.

*Aug. in li.
de cura p
mortuis a
gen.*

a **S**Vnt, quos nihil adiuuant ista, quæ
sunt pro mortuis: seu pro eis fiant,
quorû tā mala sunt merita, vt neque tali-
bus digni sint adiuuari; siue pro eis, quorû
tam bona sunt merita, vt talibus non indi-
geant adiuuētis. genere igitur vitæ quod
gessit quisque per corpus, efficitur, vt pro-
sint quæcūque pro illo fiunt piè, quum reli-
querit corpus. Nam meritum, si nullū per
quod ista prosunt, comparatum est in hac
vita, frustra post hanc vitam quæritur.

Aug. ibid.

b Nō æstimemus ad mortuos, quorum
curā agimus, peruenire, nisi, quod pro eis
siue altaris, siue orationum, siue ecclesiarū
sacrificiis solēniter supplicamus, quamuis,
non pro quibus fiunt omnibus prosint, sed
his tantum, à quibus, dum viuunt, compara-
tur, vt possint. Sed quia nō discernimus qui
sint, oportet pro regeneratis omnibus fa-
cere, vt nullus prætermittatur, ad quos hæc
beneficia possint, & debeant peruenire.
Melius enim supererūt eis ista, quibus nec
ubsunt, nec prosunt, quàm eis deerunt, qui-
bus prosunt.

*Aug. li. 83.
quest.*

c Tēpus, quod inter hominis mortem &
ultimā resurrectionē positum est, animas
abditis receptaculis continet: sicut vna-
queque

quæque digna est vel requie, vel ærumna; pro eo quod sortita est in carne, dum viueret: neq; negandum est, defunctorum animas pietate suorum viuentium releuari, quum pro illis sacrificium Mediatoris offertur, vel elleemosynæ in ecclesia sunt: sed eis hæc profunt, qui cum viuerent, hæc sibi vt postea possent prodesse, meminerunt. Est enim quidam viuendi modus, nec tam bonus, vt non requirat ista post mortem: nec tam malus, vt ei non profint ista post mortem. Est verò talis in bono, vt hæc non requirat. & rursus talis in malo, vt nec his valeat, quæ hæc vita transierit, adiuuari,

d Quum ergo sacrificia siue altaris siue *Aug. ibid.* quarumcunque eleemosynarum pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur, pro valde bonis gratiarum actiones sunt, pro non valde malis propitiationes sunt, pro valde malis, etiam si nulla sunt adiuuenta mortuorum, qualescunque sunt consolationes viuorum,

e Monumenta non ob aliud dicuntur, *Ibidem.* nisi quòd hi, qui viuentium oculis morte subtracti sunt, ne obliuione etiam cordibus subtrahantur, in memoriam reuocentur, & admonendo faciant cogitari. vnde monumentum, eò quòd moneat

mentem, nuncupatur. Ad hoc ergo sunt adiumenta mortuorum, ut dum homines recolunt eorum, quos diligunt, corpora, eisdem sanctis illos tanquam patronis susceptos apud Dominum adiuvando & orando commendent.

Aug. de civ. dei. f Quum igitur recolitur animus, ubi repositum sit charissimi corpus, & occurrit, animum agens dilectam commendat recordantis affectus. Quod igitur ad sepulchrum fidelis mater recurrit, & filium precibus magisque commendat, adiuvat defuncti spiritum, non mortui corporis locus, sed ex loci memoria vivus matris affectus.

Vide etiam in tit. Monumentum. b.

Superbia.

Aug. de catechizandis rudibus. a **M**agna est miseria, superbus homo, sed maior misericordia humilis Deus.

Aug. li. de vita. et gratia. b Cetera vitia in male factis valent, sola superbia etiam in recte factis est cavenda.

Aug. de civ. dei. c Audeo dicere superbis esse utile cadendo reciderant. Salubrius enim Petrus displicuit, quando fleuit, quam sibi placuit, quando presumpsit. hoc dicit sacer. psalm.

Imple facies eorum ignominia & cetera.

d Quo

d Quoniam delicto alio nisi superbia: non *Aug. sup.*
 est enim maius peccatum, quam apostata- *illud psal.*
 re Deo: quod est initium superbia: homi- *Et emunda*
 nis. Et verè iste imaculatus est, qui etiam *bor à deli*
 hoc delicto caret. quia hoc est vltimum re- *cto maxi-*
 deuntibus ad Deum, quod recedentibus pri- *mo.*
 mum fuit.

e Vitia quippe cætera in peccatis, super- *Aug. in eo*
 bia verò in rectè factis timenda est: ne il- *pi. ad Dio*
 la, quæ laudabiliter facta sunt, ipsius lau- *scorum.*
 dis cupiditate amittantur.

f Si vix toleratur diues superbus, paupe- *Aug. ser.*
 rem superbum quis ferat? *mo. 29.*

g Vermis diuitiarum est superbia. Diffi- *Augus. in*
 cile est, vt non sit superbus, qui diues est. *ser. 31.*
 Tolle superbiã, & diuitiæ non nocebuat.

h Quid prodest. dispergendo dare pau- *Augus. in*
 peribus, pauperem fieri, cum anima mise- *li. de vita*
 ra superbiior efficitur diuitias contemnen- *de.*
 do, quàm fuerat possidendo?

i Humilitas homines sanctis angelis si- *Augu. ad*
 miles facit, & superbia ex angelis dæmo- *quendam,*
 nes facit: & vt euidenter ostēdam, ipsa est *comitem.*
 omnium peccatorum initium, & finis, &
 causa. quia non solum peccatum est ipsa su-
 perbia, sed etiã nullum peccatum potuit,
 aut potest, aut poterit esse sine superbia.

k Præcipe diuitibus huius seculi ante *Augu. in*
 omnia

*ser. de ver-
bis domi-* omnia non superbe sapere. Nihil est enim
quod sic generent diuitia, quomodo su-
perbiam. omne pomum, omne granum,
omne frumentum, omne lignum habet
vermem suum, & alius vermis mali, alius
pyri, alius faba, alius tritici. Vermis diui-
tiarum superbia. ergo præcipe diuitibus
huius mundi non superbe sapere. excludit
vitium, docet vsum.

Ber. serm. I Superbia & cupiditas intantū est vnum
37. *ad so-* malū, vt nec superbia sine cupiditate, nec
rorem. sine superbia possit cupiditas inueniri.

Aug. libr. m Superbia dicit: Ecce multis, imò pe-
de cōflictu nē omnibus melior es verbo, scientia, di-
uiciarū et uitiis, honoribus & cunctis, quæ carnali-
virtutū. bus vel spiritualibus suppetunt charisma-
tibus. Cunctos ergo despice, cunctis teme-
riptum superiorem attende.

August. in n Alia quęcunq; iniquitas in malis ope-
reg. ribus exercetur, vt fiant: superbia verò in
bonis operibus insidiatur, vt pereant.

August. in o Fit miris modis in anima hominis, vt
quadā epi de falsa humilitate magis infletur, quàm
stol. si apertius superbiret. & nonnunquam de-
iicit Deus occultam mentis superbiam
per carnis manifestam luxuriam.

Hierony. p Superbia natione cœlestis, sublimium
appetit mentes, & quasi ad proprios reuo-
lans

Ians ortus, appetit gloriam, & potestatem hominū irumpere, quæ de gloria & puritatē angelorum erupit, vt quos inuenit participes naturæ; faciat consortes minæ:

q Quid tam superbum, quid tam ingratum videri potest, quàm aduersus eius viuere voluntatem, à quo ipsum viuere acciperis: quàm illius præcepta despiciere, qui idè aliquid imperat, vt causam habeat remunerandi?

r Multò illa deformior est superbia, quæ sub quibusdā humilitatis signis latet. *Hic. super Marcum.* scio enim quomodo turpia sunt vitia, quū virtutum specie celantur.

s. Aliquando minus est in corruptionem cadere, quàm cogitatione tacita deliberata elatione peccare. sed quum minus turpis superbia creditur, minus vitatur. Luxuriam verò eò magis erubescunt homines, quò simul omnes turpem nouerint. vnde sit plerumq; vt nonnulli post superbiam in luxuriam corruentes, ex aperto casu malū culpæ latentis erubescant, & tunc etiā maiora corrigāt, quum prostrati ie minimis grauius confunduntur.

t Plerūq; latet superbia, & castitas innotescit, atq; idè tenta diu castitas, circa finem vite perditur: quia cooperta superbia, *Gre. 3^{ma}.*
vsq

vsque ad finem incorrecta retinetur.

Gre. ibid. v Superborum mens semper est ad irrogandas contumelias valida, ad tolerandas infirma, ad obediendum pigra, ad lacessentes alios importuna, ad ea quæ facere debet, & praualet ignaua: ad ea autem, quæ nec facere debet, nec praualet, parata. hoc in eo quod sponte non appetit, nullis exhortationibus flectitur. Ad hoc autem quod latenter desiderat, quærit vt cogatur. quia dū metuit ex desiderio suo vilescere, optat vim in sua voluntate tolerare.

Ibidem. x Omnis superbia eo ipso in imo latet, quo in alto se erigit, vt inde magis supposita cunctis sit, vnde cunctis appetit superare.

Ibidem. y Vitium superbiæ ab ipsa radice secandum est, vt quum latenter oritur, tunc vigilanter abscindatur, ne prouectu vigeat, nec vsu roboretur.

Ibidem. z Radix quippe cuncti mali, & regina omnium vitiorum superbia est. de qua scriptura attestante dicitur. Initiū omnis peccati superbia. Septem principalia vitia de superbiæ virulenta radice proferuntur. scilicet inanis gloria, inuidia, ira, tristitia, auaritia, ventris ingluuies, & luxuria. Nā quia his septem superbiæ vitis nos captos

diabo

diabolus tenuit, idcirco redemptor noster ad spirituale liberationis bellum septiformis gratia plenus venit.

a b Plerūq; mali eò magis contra Deum *Ibidem.* superbiunt, quò ab eius largitate & contra meritum ditantur: & qui prouocari bonis ad meliora debuerunt, donis peiores fiūt.

a c Vicina esse potētibus solet superbia, *Ibidem.* & penè semper rebus affluentibus elatio sociatur. quia & sæpe honoris abundantia duritiam dat tumoris.

a d Quum is, qui de terrena prius gloria superbiebat, postmodum de sanctitate extollitur, nequaquam elatio corpus eius deseruit, sed ad eum confuteta veniens, vt cognosci nesciat, vestem mutauit. *Ibidem.*

a e Quatuor sunt species, quibus omnis *Ibidem.* tumor arrogantium demonstratur. quum bonū aut à semetipsis habere se æstimant: aut sibi datum desuper credunt, & pro suis se hoc accepisse meritis putant: aut certè quum iactant se habere quod non habent: aut despectis cæteris, singulariter videri habere appetunt, quod habent.

a f Que maior superbia, quàm vt vnus *Ber. i ser.* homo toti congregationi iudicium suum 2. *i resur.* præferat, tanquam ipse solus habeat spiritum *domini.* Dei.

Ber. de dili gēdo Deo. a g Migna superbia, & delictū maximū est, uti datis tanquam innatis, & in acceptis beneficiis gloriā vsurpare beneficij.

Ber. i ser. 3. i rusur. domi. a h Septempliciter occupavit nos lepra superbiæ, in pprietate possessionū, in gloria vestium, in voluptate corporum. In ore quoque dupliciter, similiter & in corde. in ore, quum in aduersis murmuramus, & in prosperis arroganter cōmēdamus: in corde propria voluntas, & propriū consilium.

Ber. i quo dam ser. a i Superbia de superis cœlestib⁹ ad ima præcipitat. humilitas ab imis ad alta leuat. Angelis in cœlo ad tartara corruit. homo in mundo ad cœlum ascendit.

Bernard. a k Trabs in oculo grandis, & grossa in mente superbia est: quæ quasi corpulentia sui vana non sanat, tumida nō solidat, oculum mentis obscurat & veritatem ombumbrat.

Ber. super Missus est, circa finē. a l Videas plerosq; in ecclesia de ignobilibus nobiles, de pauperibus diuites factos subito intumescere, pristinx obliuisci abiectiōnis, genus quoque suum erubescere, & infimos dedignari parentes. Videas & homines pecuniosos ad honores quoque ecclesiasticos peruolare, & mox sibi applaudere sanctitatem, vestium mutatione, non mentium. & dignos se æstimare

mare dignitate, ad quam ambiendo peruenerunt, quódque (non audeo dicere) adepti sunt numis, attribuere meritis.

a m Quosdam superbos diuites rerum *Ist. li. 2. de copia facit elatos*, quorum non sunt opes *sum. bo.* in vitio sed voluntas, nam crimen in rebus non est sed in vsu agentis, & est elatio pauperum, quos non diuitiæ eleuant, sed voluntas sola in eis superbia est.

a n Superbus dictus est, quia suprà vult *Ist. lib. ety* videri, quàm est: qui enim vult supergredi, *molog.* superbus est.

a o Omni vitio deterior est superbia, seu *Ist. li. 2. de* quia à summis personis assumitur, seu quã *sum. bo.* de opere iustitiæ & virtutis exoritur, minúsque culpa eius sentitur. Luxuria verò carnis ideò omnibus notabilis est, quoniã statim per se turpis est: & tamen pensante Deo superbia minor est.

a p Arrogantia, est animi motus, quo quis *Ist. lib. ety* mouetur ad iactandum se habere, quod nõ *molog.* habet.

a q Quid superbit terra & cinis? vt homo *Orige. ho.* arrogantia subleuetur, oblitus quid erit, & *1. sub Exe* quàm fragili vasculo contineatur, & qui *chielem.* bus stercorebus immerfus sit, & qualia semper purgamenta de sua carne proiciat?

a r Iactantia est, fastu mentis id agente, *Hugo.*

maiora quam sunt de se promittere.

Hugo. a f. Superbia, est elatio vitiosa, quæ inferiore[m] despiciens, superioribus & paribus satagit dominari.

Hug. li. 1. de anima. a t. Superbia in cælo nata est, sed velut im-
memor qua via inde cecidit, illuc postea re-
dire non potuit.

Hug. ibid. lib. 2. a v. Cætera vitia solas illas virtutes im-
petunt, quibus ipsa destruuntur: vt luxuria
pudiciam, ira patientiam: sola verò super-
bia contra cunctas animi virtutes se eri-
git, & quasi generalis & pestifer morbus
omnes corrumpit, signa autem superbiæ
hæc sunt: clamor in locutione, amaritu-
do in silentio, dissolutio in hilaritate, fu-
tor in tristitia, honestas in imagine, inho-
nestas in actione, rancor in reprehensio-
ne.

**Hugo de clar. anie-
ma. lib. 1.** a. Quatuor enim sunt, quæ trahunt ela-
tionis currum: amor dominandi, amor pro-
priae laudis, contemptus & inobedientia.
Rotæ verò sunt: iactantia mentis & arro-
gantis, verbositas & leuitas: auriga in hoc
curru est spiritus superbiæ: amatores mun-
di sunt, qui feruntur in hoc curru: infranes
sunt e qui, volubiles rotæ, auriga peruersus,
& qui portatur, infirmus.

**Cas. super-
bal. 18.** a y. Superbia de angelo diabolum fecit,
& hominū mortē intulit, & cōcessa beatitu-
dine

dine vacauit, omnium malorum mater,
scelerum fons, vena nequitiae.

a z Mansueti suscipiuntur in caelum, su- *Cas. Super-*
perbi deiiciuntur in terram, vt permuta- *illud psal-*
tione vicaria vnde humilis leuatus est, *Suscipiēs*
ibi superbus corruat, & vnde Satanas ela- *māsfuctos*
tus cecidit, fidelis homo subleuatus ascen- *dominus.*
dat.

b a Familiare est hominibus extolli, *Cas. I qua-*
quum bene de se cognouerint aestimari. *dum epi.*

b c Superbia turrim euertit, linguā con- *Innoc de*
fudit, prostrauit Goliath, suspendit Aman, *vilitate*
interfecit Nichanorem, peremit Antiochū, *cōditionis*
Pharaonem submersit, & Sennacherib in- *humane.*
teremit, sedes ducum superbiorum destru-
xit Deus, & radices gentium superbiorum
arefecit.

b d Omnis ferè viciosus diligit sibi simi- *Ibidem*
lem, solus superbus odit elatum, vnde inter
superbos semper sunt iurgia.

b e Heu, hominum vnde iste fastus, ista *Alan' li.*
superbia? cuius erūnosa necessitas, cuius vi- *de cōplan-*
tam laboriosa deuoluit pœnalitas, cuius *Et natus*
pœnalitatem pœnālior mortis concludit *r.e.*
necessitas: cui esse momentum, vita nau-
fragium, mundus exilium, cui vita aut ab-
est, aut spondet absentiam, mors aut instat,
aut minatur instantiam.

Seneca de

b f Nunquā in solido stetit superba *sent. orat.*

felicitas, & ingenium, imperiorum magna fastigia obliuione fragilitatis humana collapsa sunt.

Vide etiam in titu. Auaritia, a f. Charitas, h. Contemplatio, g. Cor, f. Cupiditas, b. Curiositas, d. Diuitia, c. d. Doctrina, t. Eleemofyna, a h. Gratitude, b. Homo, n. Humilitas & Iactantia, & Inuidia, a. Laus, x. Paupertas, i. Potestas, d. Prælatio, c. d. Præsumptio & Sapientia, o. c. a. e.

Superfluitas.

Ambr. ad Vercellē. a **N**ihil tam necessariū, quā cognoscere, quid sibi sit necessarium.

Hic. sup. Matt. 10. b Simplex vestimētum dicitur, quicquid necessarium est alicui secundum qualitatem loci, vel tēporis. Duplex autem quod *Neq; duas tūi. Et.* extra necessitatem est: non enim duas dicit, vt quis in locis Scotiæ glaciali niue rigentibus vnica tunica debeat esse contentus: sed quomodo in tunica vestimentum intelligamus, ne alio vestiri, aliud nobis futurorum timore seruemus.

Hiero. 23. ad Fabio lum. c Quicquid corpora nostra defendere potest, & humanæ succurrere imbecillitati, quos nudos natura profudit, hæc vna appellanda est tunica, & quicquid in præsentibus alimentis est necessarium, hoc vnus diei victus appellatur.

Vide etiam in tit. Auaritia, a i. Caro, l. Clericus

ricus, i. l. Diuitia, a c. Ebrietas & Ornatus,
& Prosperitas, a h. Sobrietas & Studium, d.

Suspicio.

a **S**icut difficile aliquem suspicatur ma-
lum, qui bonus est: sic difficile ali-
quem suspicatur bonum, qui ipse malus est.

b Omnis homo ex se aestimat alterum,
fornicarius neminem putat castum, castus
de fornicario non facile suspicatur, super-
bus neminem putat humilem, humilis ne-
minem putat esse superbum: sic, qui non est
ex Deo sacerdos, neminem putat sacerdo-
tem ex Deo.

c Facilius vitia vniuscuiusque, quam vir-
tutes intendimus: nec quid boni quisque
gesserit, agnoscere, sed quid mali egerit
persecutimur.

d Fidelem si putaueris, facies quidem: fal-
lere docuerunt, dum timent falli, & illius
peccati occasionem suspicando fecerunt.

e Hoc habet omnis affectus, ut in quod
ipse insanit, in idem putet ceteros insani-
re.

Vide etiam in titu. Charitas, x. Consola-
tio, m. o. Detractio, f. Excusatio, h. Fama, a.
Mulier, g. Testimonium, g. Tristitia, f.

Taciturnitas.

a **Q**vamplures vidi loquendo pecca-
tum incidisse, vix quenquam ta-

cendo. Ideoque tacere nosse difficilius est, quam loqui. Scio loqui plerisque, cum tacere nesciant. Rarum est tacere quenquam, cum sibi loqui nihil prosit: sapiens est ergo, qui nouit tacere.

Amb. ibi. b Silendi patientia, opportunitas loquendi, & cōtemptus diuitiarum, sunt maxima fundamenta virtutum.

Hiero. in quadam epist. c Diu considera quid loquendum sit, & adhuc tacens prouide, ne quid dixisse pœniteat, sapiens vt loquatur, multa prius considerat: quid, aut cui, quo loco, vel tempore dicat.

Grego. in moral. d Ille scit rectè dicere, qui & ordinatè nouit tacere.

Grego. in pastorali. e Plerunque nimis taciti, quum iniuste aliqua patiuntur, eò in acriorem dolorem prodeunt, vulnera quippe clausa plus cruciant: quia quum putredo, quæ intus feruet, eicitur, ad salutem dolor aperitur.

Grego. in hom. quædam. f Sancti viri quum prodesse audientibus nequeunt, etiam despici tacentes uolunt.

Greg. sup Eze. hiel. g Quasi quoddam nutrimentum uerbi est censura silentij: & rectè quandoque excrescētiam sermonis accipit, qui prius ordinatè per humilitatē tacet.

Grego. in pastorali. h Sicut incauta locutio in errorem pertrahit, ita indiscretum silentium eos, qui
erud

erudiri poterant, in errore reliquit.

i Vtinam recedendo vel tacendo compe- *Chry. sup. Mat. c. 21*
 sceret, quos respondendo non potuit: quia
 malitia non docetur sermonibus, sed ex-
 citatur, vnde malum hominem tacendo
 melius, quàm respondeado vincere po-
 tes.

k Et loqui, & tacere, perfectio est. Est au- *Vale. vi. 2*
 tem vtriusque partis causa, verborum te- *quodam*
 nuisse mensuram. Aliquoties nimia taci- *ser.*
 turnitas stultitiae adscribitur, sicut & ver-
 borum nimietas ad furorem refertur, se-
 cundum illud sapientis: Est tacens non ha-
 bens sensum loquelae, & est tacens sciens
 tempus apti temporis: de qua re si nostri
 sententiam requiras arbitrij, iam malo ali-
 quis in tacendo stultus, quàm nimium lo-
 quendo iudicetur insanus.

l Haec regalis proculdubio virtus cele- *Cass. lib. 3. epist.*
 rius necessaria sentire, & tardius in verba
 prorumpere: nescit enim poenitenda loqui,
 qui proferenda suo prius tradit examini.

m Natura compertum est, vt omnibus *Sidon. lib. 2. epist.*
 artibus haec sit scientiae pretiosior pompa,
 quò rarior.

n Pythagoras discipulis aduenientibus, *Sidon. lib. 7. epist.*
 prius legitur tacendi patientiam, quàm lo-
 quendi monstrasse doctrinam, & sic inci-
 pientem quenque inter disputantium coe-

taneorū cathedras mutū sustinuisse quin-
quenniū : vt etiam celeriora quorumpiam
ingenia non liceret antè laudari, quàm de-
berent agnosci: quia donec scientiam non
combiberis, non maior est gloria dixisse
quod noueris, quàm siluisse quod nescias.

*Hug. 3 de
dascalico
lib. 3.*

o Pythagoras hanc in studiis suis consue-
tudinem seruasse legitur, vt vsque ad se-
ptennium iuxta numerum septem libera-
lium artium nullus discipulorum suorum
de his, quæ ab ipso dicebantur, rationem
poscere auderet, sed fidem dare verbis ma-
gistri, quousque omnia audiuisset. Schola-
res verò nostri, aut nolūt, aut nesciūt modū
cōgruū in discendo seruare, & idcirco mul-
tos studentes, paucos sapientes inuenimus.

*Val. max.
lib. 7. de sa-
pient. di-
stina.*

p Quid Xenocratis responsum, quàm
laudabile? cū maledico sermoni quorū-
dam summo silentio interesset, vno ex his
querente, cur solus linguam cohiberet?
quia, inquit, dixisse me aliquando pœni-
tuit, tacuisse nunquàm. Et illud: Nam nulli
tacuisse nocet, nocet esse locutum.

*Seneca de
sent. orat.*

t Loqui ignorabit qui tacere nescit. Sa-
pienti expedit tacere pro se, quàm loqui
contra se.

Sen. ib. d.

v Xenocrates loquaci cuidam: audi, in-
quit, melius: os vnum à natura, aures duas
accepimus.

x Nihil æquè proderit quàm quiescere, *Senec. 16^e*
& minimum cum aliis loqui, & plurimum *epist.*
secum.

y In hoc incumbere, vt libentius audias *Sen. in lib.*
quàm loquaris: quod tacitum velis, nemini *de morib.*
dixeris. Auribus frequentius, quàm lingua
utere. Quicquid dicturus es, antè, quàm
alibi, tibi dixeris.

z Taciturnitas stulto homini pro sapien- *Seneca in*
tia est: tacere qui nescit, nescit loqui. *prover.*

Vide etiam in tit. Loquacitas. Religio, a.
p. Solitudo, t.

Temperantia.

a **M**Vnus tēperantiæ est in coërcēdis *Aug. in li.*
sedādisque cupiditatibus, quibus *de morib.*
contrariamur in ea, quæ nos auertunt à le- *ecc.*
gibus Dei, & à fructu bonitatis eius, cuius
officium est, contemnere omnes corpo-
reas illecebras, laudēque popularem.

b Vir temperatus in rebus huius vitæ ha- *Aug. ibid.*
bet regulam vtroque testamento confirma-
tam, vt eorum nihil diligat, nihil per se ap-
petendum putet.

c In temperantia maximè honesti cura, *Ambro. de*
decoris consideratio spectatur & quæri- *offic.*
tur.

d Qui acceptis rebus non extollitur, qui *Gre. ho. 1^a.*
eas ad vsum vanæ gloriæ non intorquet, *sup Exe-*
qui solus possidet, qđ accepit: sed hoc in *chie. super*

Mod. Scio digentibus misericorditer diuidit, scit a
& abund. bundare. Qui acceptis alimentis non ad
dare et pe ingurgitationem ventris vitur, sed ad re-
un. pa. parationē virtutis: nec plus carni tribuit,
 quam necessitas petit, scit satiari. Qui au-
 tem alimentorum inopiam sine murmu-
 ratione tolerat, nec pro necessitate victus
 agit aliquid, vnde anima laqueum peccati
 incurrat, scit esurire, quem ergo nec in a-
 bundantia superbia eleuat, nec in neces-
 sitate cupiditas irritat, nouit abundare, no-
 uit penuriam pati.

Prosper e Temperantia facit abstinentem, par-
de vita cō cum, sobrium, moderatum, pudicum, taci-
templa. tum & verecundum, hæc virtus si in animo
 habitat, libidines frænat, affectus tempe-
 rat, desideria sancta multiplicat, vitiosa ca-
 stigat, omnia intra nos confusa ordinat, co-
 gitationes prauas remouet, sciencias infe-
 rit, ignem libidinosę voluptatis extinguit,
 mentem placida tranquillitate componit,
 & totam ab omni semper tempestate vitio-
 rum defendit.

Sene. vlti. f Temperantia voluptatibus imperat,
epist. alias odit atque abigit, alias dispensat, &
 ad sanum modum dirigit, nec vnquam ad
 illas propter ipsas venit, scit optimum, esse
 modum cupitorum, non quantum velis,
 sed quantum debeat sumere.

Vide

Vide etiam in titulo Abſtinentia & Fortitudo, q. Modestia & Proſperitas, a. m. a. n. Sobrietas & Studium, d. Virtus, h.

Tentatio.

a **I**ustus ex fide viuit, fides tua, iustitia tua, quia utique si credis, caues, si autem caues, conaris, & conatum tuum nouit Deus, & voluntatem tuam inspicit, & luctam cum carne considerat, & hortatur, ut pugnes, & adiuuat ut vincas, & certantem spectat, & deficientem subleuat, & vincentem coronat. *Augu. sup psal. 32.*

b Vita nostra in hac peregrinatione non potest esse sine peccato, sine tētatione: quia profectus noster per tentationem nostram fit: nec sibi quisquam innotescit, nisi tentatus, nec potest coronari, nisi vicerit, nec potest vincere, nisi certauerit, nec potest certare, nisi inimicum & tentationes habuerit. *Idē psal. 60.*

c Tandiu diabolus sopitum ignem sine vllis flammis occultat, donec duas faculas iungens simul ambas accendat, & tandiu cessat seuitiæ suæ tela supponere, donec sicut peritus venator, quod occisurus est, laquei vinculis alliger. *Augu. de singu. cle.*

d Tātū admittitur diabolus tentare, quā- *Augu. sup psal. 61.*

tum tibi prodest, vt exercearis, vt proberis, vt qui te nesciebas, à teipso inueniaris.

Ambr. in ser. sãcti Vincentij. e Duplicem aciem producit mundus cõtra milites Christi. blanditur enim vt decipiat: terret vt frangat. non nos teneat voluptas propria, non nos terreat crudelitas aliena, & victus est mundus. ad vtrosque alicus occurrit Christus, & non vincitur christianus.

Augn. de verbis do. ser. 6. f Bonus si fuerit, qui tibi præest, nutritor tuus est. malus si fuerit, tentator tuus est, & nutrimenta libenter accipe, & in tentatione approbate.

Ambro. in li. de Noe. g Nulla mens est, nulla anima, quæ non recipiat etiam malorum motus agrestes cogitationum.

Ambr. in quadã ep. h Tentamenta tua, si ad te respicias, grãdia sunt. si ad bellatorem fortissimum, ludus & vmbra certaminis. Nemo miles cũ vxore pergat ad bellum.

Ibidem. i Deus ipse omnium rector ac dominus, cum omni angelorum militia certamen tuum expectat, tibi que contra diabolum dimicanti parat æternitatis coronam.

Hiero. in epi. k Dum paruus est hostis, interfice, vt nequitia elidatur in semine.

Grego. in ser. tras- l Præcepit anima dum antè non præiudet, ne incautè videat quod concupiscat,

exca postea incipit desiderare quod vidit. *Etans ill.*
 sanctus vir, ut cogitationes castè deside- *Pepigi fœ*
 rare posset, fœdus cum oculis pepigit, ne *dius cū o-*
 prius incautè respiceret, quod postmodum *culis meis.*
 inuitus amaret.

m Valde nanque est, quod caro deor- *Ibidem.*
 sum trahit, & semel species formæ cordi
 per oculos illigata, vix magni luctaminis
 luctu soluitur. Ne ergo quædam lubrica
 in cogitatione versentur, providendum
 nobis est, quia intueri non debet, quod
 concupisci non licet.

n Ad Iudæam Dominus per Ieremiam *Ibidem.*
 dicit: Quousque morabuntur in te cogita-
 tiones noxiæ? neque enim reprehendit
 cur veniunt, sed cur morantur. in bonis
 enim cordibus cogitationes illicitæ ve-
 niunt, sed tamen morari prohibentur: quia
 recti quique, ne captiuandam domum con-
 scientiæ præbeant, ab ipso cordis limine
 hostem fugant, qui & si quando repentinis
 suggestionibus vsque ad primum vestibulum
 subrepat, ad consensus tamen ianuam
 non pertingit.

o Multos sua peius felicitas strauit, *Ibidem.*
 multos diuturna pax victos reddidit, eoque
 illos inopinatos hostes grauius perculit,
 quò longo quietis vsu negligentes inue-
 nit. Vnde sancti viri, quum multa se pro-
 fice

ficere virtutum prosperitate considerant, quodam supernæ dispensationis modamine exerceri se etiam tērationibus exultant. quia tantò robustiùs acceptam virtutum gloriam custodiunt, quantò tērationis impulsu concussi, infirmitatem suã humiliùs agnoscunt.

Gre. he. 2. p Plerumque, qui plus in contemplatione rapitur, contingit vt ampliùs in tēratione fatigetur. sicut quibusdam saepe contingere bene proficientibus solet, quorum mentem dum aut compunctio mentis afficit, aut contemplatio super semetipsam rapit, statim etiam tēratio sequitur: ne de his, ad quæ rapta est, extollatur.

Ibidem. q Hostis noster quantò magis nos sibi rebellare conspicit, tantò ampliùs expugnare contendit: eos enim pulsare negligit, quos quieto iure se possidere sentit.

Grego. in pas. f Si tērationi in corde nascenti festinè non resistitur, eadem, qua nutritur, hora roboratur. & existens foris in operibus vix præualet, quia ipsam intrus membrorum dominam mentem captiuam tenet.

Ibidem. t Humanum est in corde tērationem perpeti. daemonicum verò est, in tērationis certamine, & in operatione superari.

Grego. in mora. v Ibi inimicus disciplinam ponit, vbi semitam mentis esse conspicit: quia illic pe-

viculum deceptionis inserit, vbi viam esse propinquam inuenerit cogitationis.

x Hostis nostri malitia tanta arte se patet *Ibidem.*
 fiat, vt plerunq̄ ante deceptæ mentis oculos, culpas virtutes fingat, vt inde quisque quasi expectet præmia, vnde æterna dignus est inuenire tormenta.

y Sicut sæpe tentatio per oculos trahitur, sic nonnunquam concepta intrinsecus compellit sibi extrinsecus oculos deseruire.

z Quis sit spiritus, quæ loquitur, ipsa *Ibidem.*
 suggestio declarabit. Semper enim spiritus carnalis mollia, spiritus mundi vana, spiritus malitiæ semper amara loquitur.

ab Antiquus hostis ex proprio certamine dum se succumbere considerat, ad alia tentationum bella restaurat. Intuetur humani generis vniuscuiusque mores, cui vitio sint propinqui, & illa opponit ante faciem ad quæ facilius nouit inclinare mentem.

ac Fratres, si modò præsentem videremus *Per. i. ser.*
 Adâ in eo articulo positum, ascendentibus *omnium*
 cogitationibus in cor eius, & coarctari *san.*
 inter precem vxoris, & præceptum Creatoris, nõnne clamaremus aduersus eum dicentes: Caue tibi miser: vide ne feceris, seducta est mulier: non acquiescas ei. vt
 quid.

quid ergo quoties apprehendit nos tentatio similis, non persuademus similiter nobisipsis?

Bernard. ad Potest inimicus excitare tentationis motum, sed in te est, si volueris dare seu negare consensum.

Berna. in a e Quoties grauissima cernitur vrger. 12. *in* re tentatio, & tribulatio vehemens *impfal.* Qui minere, inuoca custodem tuum, dictabit. *habit.* rem tuum, adiutorem tuum in opportunitatibus tuis. In tribulatione clama eum, & dic, Domine, Salua nos, perimus. non dormitat, neque dormit, & si quando ad tempus dissimulet.

Io. Cas. de a f Exire de carne, est in corpore commorantes vitia nostra cum fragili carne aculeis non sentire.

Chry. sup. a g In primis grauis & insufferibilis est *Matth.* impetus diaboli. Quod si quis forti animo sustinuerit eum, quum serò venerit, inueniet diabolum infirmiore. quanto enim plus percussus fuerit, magis refrigerat & deficit.

Chry. sup. a h Non impulit, non tetigit, sed tantum dixit: Mitte te Deorsum, vt intelligamus quod qui obedit diabolo, ipse se deorsum. deponit. diabolus enim suggerere potest, cogere non potest.

lib. nune. a i Sicut caro, si sale non aspergatur, quam

quamuis sit magna & præcipua, corrumpitur: ita & anima nisi tentationibus assiduis salietur, continuo resoluitur & relaxatur.

a k Nō desinit antiquus hostis tentationum laqueos ubiuis prætere, ut quo modo fidem credentium valeat corrumpere. Nouit enim cui illecebras carnis ingerat, cui virus inuidiæ infundat, cui incitamenta luxuriæ apponat: nouit, quem moerore conturbet, quem gaudio fallat, quem metu opprimat, quem admiratione seducat: omnium discutit mores, omnium ventillat causas, omniū scrutatur affectus, & ibi quarit causas nocendi, ubi viderit quemquàm diligentius occupari.

a l Nulla sunt sine tentationum experientis opera virtutis, nulla sine perturbationibus fides: nullum sine hoste certamen, nulla sine congressione victoria. *Leo serm. 35.*

a m Fili accedens ad seruitutem Dei, prepara animam tuam ad tentationem. Vir sapiētia Dei plenus, sciens stadium religionis laborem habere certaminis, cūm præuideret pugnae periculum, antè admonuit pugnaturum, ne forsitan, si ad ignorantem tentator accederet, imparatum citius vulneraret. *Ibidem.*

a a Sæpe antiquus hostis postquàm mē *Beda sup. Luc. lib.*

ti nostræ tentationum certamen infligē-
rit, ab ipso suo certamine ad tempus re-
cedit: non vt illatæ malitiæ finem præbeat,
sed vt corda, quæ per quietem secura red-
didit, repente rediens facilius inopinatè
irrumpat.

Prosper a o Ad magnam vtilitatem fidelium ma-
*de voca-*teria est reseruata certantium, vt non su-
*tione gen-*perbiat sanctitas, dum pulsatur infirmitas.
tium li. 1. a p Diabolus quando decipere quem-
Hug. li. 2. quam tentat, prius naturam vniuscuiusque
intendit, & inde se applicat, vnde aptum
hominem ad peccādum aspicit. blandis &
lenibus moribus saepe luxuriam, aut vanā
gloriam proponit. asperis verò mentibus,
iram & superbiam cum crudelitate.

Hugo de a q Quatuor sunt causæ tentationum.
*cl. us. an-*Prima est loci amœnitas: vt ciuitates &
me lib. 1. oppida, quæ non tantum ex situ loci amœ-
nitatem recipiunt: sed ex inhabitantium
gratia. Secunda verò causa est, locus di-
uitiarum. vbi enim diuitiæ, ibi periculum.
tertia verò causa est pretiosus ornatus:
vt est equorum cura pinguium, & vesti-
mentorum exquisitæ varietates. Quarta
autem mulierum species, quarum vox blan-
ditur auribus, & faciès oculis.

Ibidem. ar Audiant igitur hæc, vt sibi caueant
illi, qui loculos portant, qui pecunias ser-
uant

nant, qui nundinas & fora pro necessitatibus fratrum frequentant, qui secularium domos & curias perlustrant. deui-
rent igitur huiusmodi fratres solatium
Berſabeæ, biuium Thamar, thalamum
Amon. deuiſent personas infames, hōspi-
tia suspecta, munus clam dare, & accipe-
re, pecuniam plurimam congregare, ne
in ipsa laqueus lateat, in quo cum alio, ſci-
licet Iuda pereant.

af Bellum graue, quia occultum, quia *Caſſ. ſup.*
cum fortiore, quia hostis. hostis insidiæ *ps. 51. To-*
non videntur. aduersarius nec labore de- *ta die bel-*
ſicit, nec victus aliquando discedit, sed *lans tribu-*
tantò atrocior redditur, quantò eum *lauit me.*
per diuinam gratiam debellari posse con-
tigerit.

at Fili accedens ad seruitutem Dei. *ſta Pet. Chry*
&c. Mundus aduersus desertores suos for- *ſolo. i qua*
tius pugnat: & egredientes vitæ secula- *dam epi.*
ris illecebras, grauior congressus expe-
ctat. Nam & in exitu Iſraël de Aegypto
Pharao vehementiùs excandescit. & Sata-
nas egrediens ab homine, quem ab infan-
tia tenuerat, ipsum grauiùs in egressu di-
ſcerpit. Communis cursus vitæ presentis,
est tentationibus apprehendi: nam ad vir-
tutis exercitium Hierosolymis relictus
est Heliseus, vel Iebusen, & apostolo spi-

ritus Satanæ datus est, ne reuelationibus extollatur. Arenam pugnae ancipitis ingressus es, in qua non apprehendes brauium, nisi curras, non coronaberis nisi pugnes.

Vide etiam in titu. Angelus. n. Caro. l. v. Cogitatio. a. b. c. p. Concupiscentia & Coniugium. g. Consuetudo. f. Conuersio. l. m. v. y. Crux. d. Deuotio. f. g. Diabolus & Humilitas. t. Ieiunium. m. Regimen. g. Securitas. e. g. Seruitium. d. Tribulatio. y. Vitium. l.

Tempus sine temporale.

Aug. b. r. a **I**nter temporalia & æterna hoc interest, quòd temporale plus diligitur, antè, quàm habeatur: vilescit autem cum aduenerit. non enim fatiant animam, cui verax & certa sedes æternitas. æternum autem ardentius diligitur adeptum, quàm desideratum. nulli enim desideranti conceditur plus de illo æstimare, quàm se habet, vt ei vilescat, quum minus inuenerit: sed quantum quisque veniens æstimare potuerit, plus perueniens inuenturus est.

An. in quo **b** Discernendum est quid præcedat æternitate, quid tempore, quid electione, quid origine. æternitate, sicut Deus omnia: tempore sicut flos fructum: electione,

Etione, sicut fructus florem: origine, sicut
sonus cantum.

c Fallax in temporalibus bonis suavi- *Aug. ibid.*
ras, labor & perperuus timor, & periculo-
sa iucunditas. initium sine prouidentia, &
finis cum pœnitentia.

d Nil longum, quod finem habet. æter- *Hie. super*
nitati comparatum omne tempus bre- *Hiere. li-*
ue est. *bro 2.*

e Ne dicas priora tempora meliora fue *Hie. super*
re, quàm nũc sunt. virtutes faciunt dies bo- *illud eccl.*
nos, vitia malos. *47. Nõ est*

f Nemo vestrum parui æstimet tem- *dicere, oc*
pus quod in verbis consumitur otiosis *nequius il*
Volat verbum irreuocabile, volat tem- *lo. omnia*
pus irremediabile, nec aduertit insipiens enim in-
quid amittat. licet fabulari, dicunt, do- *Bern. ser.*
nec hora prætereat. ô donec prætereat ho- *ad schola-*
ra, quam tibi ad agendam pœnitentiam, *res.*
ad obtinendam veniam, ad acquirendam
gratiam, ad promerendam gloriam, mi-
seratio conditoris indulgeat. donec tran-
seat tempus, quo diuinam propitiare de-
bueras pietatem, properare ad ange-
licam societatem, suspirare ad amif-
sam hereditatem, excitare remissam
voluntatem, flere commissam iniqui-
tatem.

g Nil pretiosius tempore, & heu nil ho *Ber. ibid.*

die eo vilius inuenitur. transiunt dies salutis, & nemo recogitat. nemo sibi perire diem, & nunquam rediturum causatur, sed sicut capillus de capite, sic nec momentum peribit de tempore.

Se. 69. ep. h Nihil horum temporalium stabile neque solidum est: nos tamen cupimus tanquam aut semper futura, aut semper habituri.

Se. 67. ep. i Fluunt omnia, & in assidua diminutione sunt corpora nostra, rapiuntur fluminum more. Quicquid vides, currit cum tempore. homo, fluida est materia & eaduca, & omnibus obnoxia casibus.

Se. ep. 8. k Nemo se iudicat quicquam debere, qui tempus accepit, quum interim hoc vnum est, quod ne gratus quidem potest reddere.

Se. in pro. l Omnia aliena sunt, tempus tantum nostrum est. quotidie deterior posterior dies.

Vide etiam in ti. Amor. b. Cupiditas. n. Delitiae. g. Delectatio. a. Gaudium. b. Sollicitudo. c. Vita. a b.

Testimonium.

Am. de spi a
ritu san-
cto. libr. x. **T**Res testes vnum sunt, sicut Ioannes dixit: aqua, sanguis, & spiritus. vnum in mysterio, non in natura. Aqua igitur testis est sepulturæ, sanguis verò testis est mortis, spiritus testis est vitæ. Si qua

qua ergo in aqua gratia, non ex natura aquae, sed ex praesentia spiritus est.

b duobus aut tribus testibus stat omne verbum, sed illis testibus, qui ante diem *Amb. epis. stol. 66.* hesternum, aut nudius tertius non fuerunt inimici, ne irati nocere cupiant: ne laesi vlcisci se velint. Inoffensus igitur affectus testium quaritur: ita tamen, vt accusator propius in medium procedat:

c Testibus falsis coniunctis, tardè mendacij falsitas reperitur, quòd si separati fuerint, examine iudicis citò manifestantur: nã sicut in vnitae prauorũ grãdis est fortitudo, ita in separatione maior infirmitas.

d Testis falcidicus tribus est personis obnoxius, primò Deo, quem periurando *Isid. ibid.* contemnit: consequenter iudici, quẽ mentiando fallit: postremò innocenti, quem falso testimonio laedit.

e Nihil est puero teste certius vtiq; quin quenni. nam & ad eos peruenit, vt intelligat, & ad eos, quibus fingere non valet. *Ibidem.*

f Si quis ea, quæ videt in proximi sui delicto, vel non indicat, vel in testimonium vocatus non quæ vera sunt, dixerit, peccatum quod commisit ille qui celat, ipse suscipiet, & pœna commissi reuertitur ad conscium. *Orige. sup. Leuiti. 24.*

Cas. super Beati im- maculati. g Sæpe enim pro malis bonum testimo-
nium dicimus, & de bonis mala dicimus
nescientes, & necesse est, vt verecundiam
incurrat, qui ignorans aliquid asseuerat.
Sæpe enim probatur incerta suspicio, quæ
viro non conuenit Christiano.

Tullius. h In ferendo testimonio, quantacunque
alicui sit autoritas, propter cõiunctionem
afinitatis minor putanda est.

Sen. in p^a uerb. i Nullum putaueris esse locũ sine teste.
Vide etiam in tit. Societas. q.

Timor

Aug. contra Pelagium lib. 2. a **Q**uando timore pœnæ non amo-
re iustitiæ fit bonum, nondũ be-
ne fit bonum. nec fit in corde, quod fieri vi-
detur in opere, quando mallet homo non
facere, si posset impunè.

Augus. de verb. domi. b **Q**uid timer hominem homo in sinu
Dei positus? Tu de illius sinu noli cadere.
quicquid ibi passus fueris, ad salutem va-
lebit, non ad perniciem.

Augu. sup psal. c Timor præsens securitatem generat
sempiternam. Time Deũ, qui super omnes
est, & hominem non formidabis.

Hic. super Matth. d Timor Dei corrigit, timor hominum
differt actionem, sed voluntatem non au-
fert: sed auidiores reddit ad crimen, quod
aliquando suspendit à crimine.

e **Qui**

e Qui timet Deum, nihil negligit: time re Deum est, nulla quæ facienda sunt bona præterire. *Gre. 3. mo.*

f In via Dei à timore incipitur, vt ad fortitudinem veniatur: nam sicut in via seculi audacia fortitudinem, ita in via Dei audacia debilitatē parit. Et sicut in via seculi timor debilitatem, ita in via Dei timor fortitudinem gignit. *Gre. ibid.*

g Quum quis timore adhuc bona agit, à malo penitus non recessit: quia eo ipso peccat, quo peccare vellet, si inultè potuisset. *Ibidem.*

h Nullum genus mortis bono & rectè viuenti metuendum est. *Grego.*

i Si adhuc à praua actione formidata pœna prohibet, profectò formidantis animum nulla spiritus libertas tenet: nam & si pœnam nō metueret, culpam proculdubio perpetraret. *Grego. in pasto.*

k Ignorat itaque gratiã libertatis, quem ligat seruitus timoris. *Ibidem. Gre. super*

l Quum ex peccato præsens pœna metuitur, & annexa Dei facies non a- matur, timor ex timore est, non ex humi- litate. *Quare nō in vulua. Ec.*

m Noueris te, vt Deum timeas, noueris ipsum, vt æquè ipsum diligas. in altero initiaris ad sapientiam, in altero con- *Ber. super cant. sera mo. 37.*

summaris, quia initium salutis, timor domini, & plenitudo legis, est charitas, quæ admodum ex noticia tui venit. in timor Dei, atque ex Dei noticia, Dei itidem amor: sic econtrariò, de ignorantia tui, superbia, & Dei ignorantia venit desperatio.

Ver. ibid. ser. 20. n Deum time, & mandata eius obserua. hoc est omnis homo. ergo si hoc est omnis homo, absque hoc nihil est homo.

Ver. i epi. quadam. o Fugit ouis tremebunda veniente lupo. abscondit se columba tremens, accipitre viso. de cauerna mus exire non audet esuriens, ambiente cato. & tu videns furẽ, curtebas cum eo?

Chryso. in ser. de Io. Bapt. p Facilẽ deuiat à iustitia, qui in causis non Deum, sed homines pertimescit. hic timor peccandi facultatem differre potest, voluntatem auferre non potest. solus est Dei timor, qui mentes corrigit, fugat crimina, innocentiam seruat, & omnis boni tribuit facultatem.

Io. Cassi. de instit. mon. li. 4. q Principium nostrę salutis sapientiæq; secundum scripturas, timor Domini est. De timore Domini nascitur compunctio salutaris. De compunctiõne cordis procedit abrenũtiatio, id est nuditas & contemptus omnium facultatum. De nuditate humilitas procreatur. De humilitate mortificat

fiatio voluntarum generatur. De voluntarum mortificatione extirpantur atque marcescunt vniuersa vitia: Viriorum expulsionem virtutes fructificant atque succrescunt. Virtutum pullulatione puritas cordis acquiritur. per cordis puritatem apostolice charitatis perfectio possidetur. Vera est beati Antonij sententia.

r Si amor Dei te tenere non potest, saltem teneat & terreat timor iudicis, metus gehennæ, laquei mortis, dolores inferi, ignis vrens, vermis corrodens, sulphur foetens, flamma tartarea, & omnia mala.

s Breuis & plena commonitio, quæ domino amabili de timore seruitur. Nam sicut remissa securitas culpas admittit, ita timor desiderabilis delicta semper excludit.

t Humanus timor diffidentiam tribuit. diuinus autem, spei firmamenta concedit.

v Qui Deum bene timet & amat, qui bene amat, & timet, res illę in coelesti deotione sociatę sunt.

x Quum audis, quod Dominus tuus dulcis est, attende quid diligas. quum audis, quod rectus, attende quid timeas, vt amore & timore Dei excitatus legem eius custodias.

z Nos & venturo torquemur, & præterit

Hug. li. 3.

de anima.

Cas. super

psal. Ser-

uice domi

no in tim.

Cas. super

psalm. 14.

Firmamē

tū est do.

Idē super

psal. 32.

Cas. sup il

ud psal.

Dulcis. &

rectus do.

Se. 13. epi.

terito. multa bona nostra nobis nocent. timoris tormentum memoria reducit, providentia anticipat. nemo tantum presentibus miser est.

Sen. ibid. a b Plura sunt, quæ nos terrent, quæ premunt, & sæpius opinione amplius laboramus, quàm re. Citò accedimus opinioni, & sic vertimus terga, quemadmodum aliquos pulvis motus fuga pecorum exuit castris: aut quos aliqua fabula sine autore conterruit: nescio quomodo vana perturbant. Vera enim modum suum habent. verisimile est, aliquid futurum mali, non statim verum est, quàm multa inexpectata venerunt: quàm multa expectata nunquam comparuerunt.

Senec. 24. episto. a d Quid enim prodest mala accrescere, & præsens tempus futuri metu perdere? Stultum est, quasi antè futurus miser, esse iam miserum. Quicquid vereris ne eveniat, euentum utique propone, & quodcuque est illud malum, totum ipse metire. auctorem tuum taxa. Intelliges aut nō magnū aut non longum esse, quod metuis.

Senec. 71. episto. a f Stultitia est, timore mortis mori. Venit qui occidat, expecta quod occupet. Cur suscipis alienæ crudelitatis procurationem? Vtrum inuides carnifici tuo, an parcis.

a g Quem

a g Quemadmodum aues inanis fundæ *Senec. 73^a*
 sonus territat: ita nos non ad iectum tan- *episto.*
 tum excitamur, sed ad strepitum. inter su-
 specta malè viuitur. Infirmus animus an-
 tè quàm malis opprimatur, quaritur,
 præsumit illa, & ante tempus cadit. Quid
 autem dementius, quàm angi futuris, nec
 se tormento reseruare, sed accersire sibi
 miseras?

a h Nemo tam timidus est, vt malit sem *Senec. 22^a*
 per pendere, quàm semel cadere. *episto.*

a i Quod nimis volunt miseri, hoc faci- *Sen. 5^a epi.*
 lè credunt: imò quod metuūt nimis, nūquā
 amoueri nec tolli putant.

a k Quemadmodum perniciosior est *Senec. 79^a*
 hostis fugientibus, sic omne fortuitum *episto.*
 incommodum magis instat timenti &
 auerso.

a l Qui insidias timet, in nullas incider. *Idē de sen*
 nec citò perit ruina, qui ruinā timet. *Sen. tēt. orato-*
 per enim metuendo sapiens vitat malum. *rum.*
 Nam inimicum quanuis humilem, docti
 est metüere, iuxta illud: Parua necat mor-
 su spatiosum vipera taurum. A cane nō ma-
 gno sepe tenetur aper. Causa pusilla nocet,
 sapiens nocentia vitat.

a m Multos in summa pericula misit ven *Ibalem.*
 turi timor ipse mali, fortissimus ille est,
 Qui promptus metuenda pati.

a n Quæ

Scō. 5. pō. a n Quæ demētia est fugere, cū retroi-
re nō possit? Quotidie damnatur qui sem-
per timet. Res vera est, quōd qui à multis
timetur, multos timet. Peius est regibus,
quàm seruiētib; re vera: quia isti singu-
los, illi vniuersos timent.

Sen. ibid. a o Stultum est timere quod vitari
non potest. Tutissima res est, nil time-
re præter Deum. Timidum non facit ani-
mum, nisi reprehensibilis vitæ conscien-
tia mala.

Tul. itaq. quest. a p Timor sicut modestiæ cognatus est:
ita familiaris est sapiētī: quia mentē com-
ponit & humiliat.

Vide etiam in titu. Auaritia. a. d. a. e. a. f.
Confidentia. b. Consideratio. p. Consola-
tio. l. m. n. Correctio. s. Cupiditas. a. c.
Damnum. d. Fortitudo. i. Gratia. o. Inten-
tio. g. Magnanimitas. g. Mors. c. o. c. z. d.
Potestas. k. m. x. y. Spes. i. Tribulatio. r. t.
Voluptas. f.

Tribulatio.

Augu. sup psal. 21. a **I**ntelligat homo medicū esse Deum;
& tribulationem medicamērum es-
se ad salutem, non pœnam ad damnatio-
nem. sub medicamento positus vreris, se-
caris. clamas. non audit medicus ad volun-
tatem, sed audit ad sanitatem.

Augu. sup psal. 60. b In fornace ardet palea, & purgatur au-
rum

rum. Illa in cinerem vertitur, & illud sordibus exuritur. fornax mundus, aurum iusti, ignis tribulatio, artifex Deus. Quod vult ergo artifex, facio: vbi ponit me artifex, tolero. Iubeor ego tolerare, nouit ille purgare. Ardeat licet palea ad incendendum me, & ad consumendum me, illa quasi in cinerem vertitur, vt ego sordibus caream.

c Nullus seruus Christi sine tribulatione est. Si putas te non habere persecutiones, nondum cœpisti esse Christianus. *Augu. in quodam ser.*

d Si promissa patris bene agnouisti, non timeas flagellari, sed exheredari. *Augu. sup psal.*

e Flagellum interiùs & exteriùs glorificat Creatorem, compellit nolentem, erudit ignorantem, custodit virtutem, protegit infirmantem, excitat torpentem, humiliat superbientem, purgat pœnitentem, coronat innocentem, iniciat ad mortem semper viuentem. *Ibidem.*

f Quod te Dominus permisit pati, flagellum corrigentis est, non pœna dānantis. Ad hæreditatem sempiternam erudimur, & flagellari dedignamur. *Augu. sup Ioann.*

g Sicut sub eodem igne aurum rutilat, & palea fumat: & sub eadem tribulatione comminuntur, & frumenta purgantur, & vno motu exagitur fœnum, & suauiter fragrat vnguentum: ita vna tribul

tribulatio irruēs bonos probat, purgat & eligit: malos reprobat, exterminat, & annihilat.

Auguſt. in episto. Hic. i. epi. ad Cypri. h Non facilè inueniuntur in aduerſitate præſidia, quæ non fuerunt in pace quaſita. i. Quantò in hoc ſeculo perſecutionibus, paupertate, inimicorum potentia, vel morborum crudelitate fuerimus afflicti: tantò poſt reſurrectionem in futuro maiora præmia conſequemur.

Gre. i. ho. Homo qui dam fecit cenā magnam. k Plerunque poſtquam in hoc mundo non poſſumus obtinere quod volumus, poſtquam in terrenis deſideriis de impoſſibilitate laſſamur, tunc mentem ad Deum reducimus, tum placere incipit, quod diſplicebat. & quæ nobis amara fuerant, præcepta repente dulceſcunt in memoria. peccatrix anima, quæ adultera conata eſſe non potuit, decernit eſſe fideliter coniunx. Qui ergo huius mundi aduerſitatibus fracti ad Dei amorem redeūt, atque à præſentis vitæ deſideriis corriguntur: quid iſti fratres chariſſimi, niſi vt intrent, compelluntur?

Gre. i. mo. l Tantò ſpes in Deo ſolidior ſurgit, quāto pro illo quiſq; grauiora pertulerit. quia nequaquam retributionis gaudiū de æternitate colligitur, quod non hīc priūs pia tribulatione ſeminatur.

m Omnipotens electorum suorum ad- *Gre. ibid.*
 uersariostemporaliter permittit exresce-
 re, ut per malorum scuitiam purgetur vita
 bonorum. Nunquam quippe Dominus ad-
 uersarios bonis permittet, nisi in quantum
 prodesse viderit. Nam dum iniusti sa-
 uiunt, iusti purgantur, & utilitati innocen-
 tium militat vita prauorum: dum hanc &
 premendo humiliat, & humiliando sem-
 per ad melius format: quia mala reprobo-
 rum bonos, dum cruciant, purgant. Utili-
 tati iustorum militat etiam potestas pra-
 uorum.

n Nulla aduersitas deiicit, quem prospe- *Ibidem.*
 ritas nulla corrumpit. Qui enim veritati
 inharet, vanitati nullo modo succumbit:
 quia dum forti pede cogitationis intus in-
 tentationem fixerit, omne quod foris mu-
 tabiliter agitur, ad arcem mentis minimè
 pertingit.

o Carmen in nocte, est lætitia in tribula- *Ibidem.*
 tione.

p Aures cordis tribulatio aperit, quam *Ibidem.*
 saepe prosperitas huius mundi claudit.

q Quisquis aduersitate & tribulatione *Ibidem.*
 frangitur, à quo factus est, minimè con-
 templatur: nam qui, quod non erat, fecit,
 factum sine gubernatione non describit: &

qui benigne hominem condidit, nequaquam iniuste cruciari permittit, nec iniuste neglecte perire, quod est: qui hoc etiam, quod non fuit, creauit, vt esset.

Gre. ibid. r Tantò quisque aduersitate minus vincitur, quantò contra illam præsciendo paratus inuenitur.

Ibidem. s Quisquis in solo desiderio æternitatis figitur, nec prosperitate attollitur: nec aduersitate cassatur, dum nihil habet in mundo, quod appetat: nihil est, quod de mundo pertimescat.

Ibidem. t Si iniquus quisque in hac vita permittitur prosperari, necesse est, vt electus Dei debeat sub flagelli freno retineri.

Ibidem. v Non exterret exterius numerus hominum, quem non deuastat interiùs turba vitiatorum. In hac vita, qui nulla prospera appetit, nulla aduersa pertimescit.

Ibidem. x Electis suis ad se pergentibus Dominus huius mudi iter asperum facit, ne dum quisque vitæ præsentis requie quasi viæ amoenitate pascitur, magis eum diu pergere, quàm citiùs peruenire delegit: ne dum oblectatur in via, obliuiscatur, quod desiderabat in patria.

Ibidem. y Nemo quantum profecerit, nisi inter aduersa, cognoscit: quia vnusquisque super-
nido

ni doni gratiam in tranquillitate quietis percipit, sed quantum perceperit, in aduersitate perturbationis ostendit.

z Sanctorum mentes eternitatis præmia *Gre. ibid.* præstolantes, vires ex aduersitatibus sumunt: quia crescente pugna gloriosorem sibi non ambigunt manere victoriam. Electorum desideria dum premuntur, aduersitate proficiunt: sicut ignis flatu premitur, vt crescat, & vnde quasi extingui cernitur, inde roboratur.

a b Aduersitas, quæ bonis votis aut viris *Gre. ibi. et* obicitur, probatio virtutis est, non indi- *ponitur 7.* cium reprobationis. Quis enim nesciat q. i. *Aduer-* quàm prosperum fuit, quòd beatus Paulus *sitas.* apostolus prædicaturus ad Italiam veniebat: & tamē veniens naufragium pertulit: sed tamen cordis in fluctibus integer stetit.

a c Quum recognosco Iob in sterquilio *Grego. in* nio, Ioannem esurientem in eremo, Pe- *quadam* trum extensum in patibulo, Iacobum de *hemi.* collatum ab Herodis gladio, cogito, qualiter Deus in futuro cruciabit, quos reprobabit: qui ita durè affligit, quos amat.

a d Afflicti terrena perdimus, sed affli- *Grego. in* ctionem humiliter sustinentes cœlestia *mo.* multiplicamus.

Gre. ibid. a e Tantò maior fiducia mentem robo-
rat, quantò hanc fortior pro veritate an-
gustat afflictio.

Ibidem. a f Virtus per quietem se exercuit, scili-
cet in Iob, sed virtutis opinio commota
per flagella fragrauit: sicut aromata fra-
grantiam suam, non nisi quum incendun-
tur, expandunt: ita sancti viri omne, quod
virtutibus redolet, in tribulationibus in-
notescit.

Gre. hom. a g Mala Lazari purgauit ignis inopiæ,
40. & bona diuitis remunerauit felicitas trās-
euntis vitæ: illum paupertas afflixit & tor-
sit: istum abundantia remunerauit & re-
pulis.

Grego. in a h Tribus modis nos conditor interro-
mora. lib. gare cōsueuit: quum aut flagelli districtio-
28. ne nos percutit, & quanta nobis insit vel
desit patientia, ostendit: aut quædam quæ
nolumus nobis præcepit, & nostram nobis
obedientiam vel inobedientiam patefacit:
aut aliqua nobis occulta aperit, & aliqua
abscondit, & mensuram nobis nostræ hu-
militatis ostendit, & innotescit.

Ber. super a i Quomodo stellæ in nocte lucent, in
cant. die latent, sic vera virtus, quæ sæpe in pro-
speris nō adparet, in aduersis eminet: illud

Ber. i quo sanè cautelæ est, hoc necessitatis.

dam. ser. a k Fratres in hoc mundo quasi in cam-
po

po certaminis positi sumus, & qui hinc dolores, aut plagas, aut tribulationes non susceperit, in futuro inglorius adparebit.

a l Si quis viam laboriosam æstimat, suę *Chry. sup*
 desidie est accusatio. Si enim minaces nau *Mat.*
 tis pelagi fluctus, si tempestates atque hye-
 mes agricolis, si vulnera, cædésque militi-
 bus, si grauisissimi ictus, plagæq; pugilibus
 leues videntur & tolerabiles sunt propter
 spem temporalium, ac pereuntium com-
 modorum: multò magis, quàm cælum præ-
 paratur in præmium, nihil ex præsentibus
 asperitatibus debet sentiri: maximè labo-
 res mitigat in benignū finem venire pro-
 missum, nec aspicias, quòd via est aspera,
 sed quò ducit, nec aliam, quæ lata est, sed
 vbi desinit.

a m Ne indignemini, si mali in hoc mun *Beda, &*
 do floreant, & vos patimini: quia non est *est gl. sup*
 Christianæ religionis in mundo exaltari, *illud Ia-*
 sed deprimi, mali nihil habent in cælo, *cobi. Om-*
 vos nihil in mundo, sed spe illius boni, ad *ne gaudiū*
 quod tenditis, quicquid in via contigerit, *exi. fratr.*
 gaudere debetis.

a n Forsitan tēporaliter te punit, vt æter *Pet. Chry*
 næ mortis ardores pœna redimat tempo- *sol. in qua*
 ralis: in ædificatione enim tēporali omnes *dam epi.*
 lapides prius malleis tundebantur, ne in
 illorum positione sonus mallei audiretur:

nec in horreo Domini reponitur granum; donec flagellis aut trituratorum pedibus sit excussum: sic & viui lapides, qui ponendi sunt in illa caelesti Hierusalem, qua aedificatur vt ciuitas, variis infortuniorum concussionibus poliuntur prius quam in aedificio coelestis habitaculi collocentur.

*Idem in
quadam
epist.*

a o Hæc omnia fortasse operatur Dominus, vt det nobis vexatio intellectum: triturator granum, vt reponatur in horreo: quadratur lapis, vt sine sonitu mallei in aedificio templi collocetur. Mouetur turbo, vt Elias rapiatur in cœlum. Maximum est remedium interioris hominis: si in hac area mundi variis passionum flagellis tritureretur exterior.

Ibidem.

a p Omnis cordis aut corporis afflictio, citra meritum & fructum salutis est, sine patientiæ condimento.

*Innocē. de
vilitate
condi. hu-
ma.*

a r O quanta mortales angit anxietas, affligit cura, sollicitudo molestat, dolor affligit, conturbat tristitia, contristat turbatio: pauper & diues, seruus & dominus, denique bonus & malus omnes mundanis cruciatibus affliguntur, & mundanis afflictionibus cruciantur, experto crede magi-

*Cassio. su-
per psal.*

a f Parua toleramus, si recordemur, quid bibe

biberit ad patibulum, qui nos inuitat ad
cœlum.

a t Nihil eripit fortuna, nisi quod dedit; *Seneca in*
virtutem non dedit, ideò non detrahit: ita- *quadam*
que sapiens nihil perdit: in vnus posses- *epist.*
sione virtutis est, ex qua depelli nunquam
potest.

Vide etiam in titu. Adiutorium, s. i. Com-
passio, m. Fides, f. Fortitudo, z. Gaudium, m.
Humilitas, n. Infirmitas, b. Iustitia, q. Mun-
dus, b. Patientia, d. k. a c. Pœna, h. l. t. Pœni-
tentia, b. Profectus, a. Prosperitas & Solici-
tudo, a. Veritas, q. Vita, n. o. q.

Trinitas.

a **V**bi quæritur vnitas Trinitatis pa- *Augu. lb.*
tris & filij & Spiritus sancti, nec *i. de trinit.*
periculosius alicubi erratur, nec laborio-
sius aliquid quæritur, nec fructuosius ali-
quid inuenitur. Non pigebit me sicubi hæ-
sito, quærere: nec pudebit sicubi erro, di-
scere. Quisquis ergo hoc audit, vel legit,
vbi pariter certus est, pergat mecum, vbi
pariter hæstat, quærat mecum, vbi erro-
rem suum cognoscit, redeat ad me: vbi
mecum, reuocet me. Ita ingrediamur si-
mul charitatis viam, tendentes ad eum, de
quo scriptum est: Quærite faciem eius sem-
per.

Aug. li. 6. de trini. b Qui hoc, id est Trinitatis mysteriū, vel ex parte vel per speculum & in ænigmate videt: gaudeat cognoscens Deum, & gratias agat, qui verò non videt, tendat per pietatem ad videndum, non per excitatem ad calumniandum: quoniam vnus est Deus, sed tamen Trinitas.

Aug. ibid. c In summa Trinitate tantum est vna, quantum tres simul sunt, & nec plus aliquid sunt dux, quàm vna res, & in se infinita sunt: ita & singula sunt in singulis, & etiam omnia in singulis, & singula in omnibus, & omnia in omnibus, & vnum omnia.

Augu. de verbis domini. d Videmus Solem in cælo currentem, fulgentem, calentem. Similiter ignis tria habet, hoc est motum, lucem & feruorem. Diuide ergo, si potes, Arriane Solem vel ignem, & tunc demum diuide trinitatem.

Grego. in moral. e Apertè tunc videbimus quomodo, & vnum diuisibiliter tria sunt, & indiuisibiliter tria vnum.

Ber. serm. 1. sup. cau. lica. f O veritas, charitas, æternitas. O beata & beatificans Trinitas: ad te mea misera Trinitas miserabiliter suspirat, quoniam à te infeliciter exulat: discedens à te quantis se iatricauit erroribus, doloribus, timoribus! Ratio sapissimè in iudiciis fallitur, voluatas quadruplici perturbatione iactatur

tur, & memoria multiplici obliuione con-
 funditur. Triplici huic vanitati nobilis
 creatura subiecta est, non volens, in spe ta-
 me, heu qualem pro te cōmutauimus trini-
 tatem! cor meum conturbatum est, & inde
 dolor! dereliquit me virtus mea, & inde
 pavor! & lumen oculorum meorum non
 est mecum, & inde error: En, quàm dissi-
 milem trinitatem! ò animæ meæ trinitas
 exules offendisti. Veruntamen quare tri-
 stis es anima mea? & quare conturbas me?
 spera in Deo, quoniam adhuc confitebor
 illi, quum videlicet à ratione error, à vo-
 luntate dolor, atque à memoria timor o-
 mnis recesserit: & successerit illa, quam spe-
 ramus, mira serenitas, plena suauitas, a-
 tera securitas. Primum faciet veritas Deus, se-
 cundum charitas Deus, tertium summa po-
 testas Deus, vt sit Deus omnia in nobis, ra-
 tione recipiente lucem inextinguibilem,
 voluntate pacem imperturbabilem, conse-
 quente memoria fonti indeficienti aterna-
 liter inhxerente.

g Est trinitas creatrix. Pater & filius & *Ber. 5 ser.*
 spiritus sanctus, ex qua eecidit creata trini- *paru. ser.*
 tas, memoria, ratio & voluntas. Et est tri- *1. quem to*
 nitas, per quam eecidit, videlicet per sug- *tum lege.*
 gestionem, delectationem consensum. Et

est trinitas, in quam cecidit, videlicet, im-
 potentia, cecitas, immūditia. Rursus trini-
 tas, quæ cecidit, id est memoria, ratio, vo-
 luntas. Singulæ cuiusque tripartitas exci-
 dit casus. Memoria cecidit in tres species
 cogitationum: affectuosas, onerosas, otio-
 sas. Ratio in triplicem ignorantiam, boni
 & mali, veri & falsi, commodi & incom-
 modi. Voluntas in concupiscentiam car-
 nis, concupiscentiam oculorum, ambitio-
 nem seculi. Est trinitas, per quam resurgit
 fides, spes, charitas. Quæ trimembres ha-
 bent subdiuisiones. Est enim fides præce-
 ptorum, signorum, promissorū. Est & spes
 veniæ, gratiæ, gloriæ. Et est charitas de
 corde puro, & cōscientia bona, & fide non
 ficta.

Ber. ibid. h Inquirere de Trinitate, perversa curio-
 sitas est, & credere, & tenere sicut sancta ec-
 clesiā tenet, fides & securitas est. Videre au-
 tem eam sicuti est, perfecta & summa feli-
 citas est.

Caß. sup. i Summum proprium diuinitatis est ver-
psal. 49. bum, quod tempore non mutatur, sed sem-
 per adest: & ibi aliud sacramentum, quod
 vna syllaba tribus literis continetur, vt san-
 cta Trinitas in coelis vnus Deus esse do-
 cet.

Memoria quasi venter est animi, *le-Aug. in B.*
 tristitia verò atque tristitia quasi ci- *confessio.*
 bus dulcis & amarus.

b Nulla res ita inebriat, vt animi per- *Hier. sup.*
 turbatio, idest, tristitia, quæ ducit homi- *Ioann.*
 nem ad mortem. hæc abominanda ebrie-
 tas est.

c Vis nunquam esse tristis, bene viue. *Hug. li. 3.*
 bona vita semper gaudium habet. *de anima.*

d Tristitiam si potes, non admiseris, sed *Sene. li. de*
 nec omnibus ostenderis. *moribus.*

e Nunquam tristis sis, si tibi ipsi incom- *Ibidem.*
 modo vixeris.

f Ad tristem partem strenua suspitio. *Ibidem.*

g Socrates virtutem sic coluit, vt nun- *Se. de sen-*
 quam vultum eius lætitiæ blanda vanitas *tē. orato.*
 exhilararet, nec tristitia vlla contraheret.

Vide etiam in titu. Compassio. n. Con-
 scientia. k. Consolatio. a. b. f. Gaudium. f. i.
 q. Misericordia. r. Senectus. v.

Venia.

Debet ecclesia catholica correctis & *An. de as-*
 firmatis filiis libenter ignoscere: *gone chri-*
 cum ipsi Petro personam eius gestanti, &
 cum in mari titubasset: & cum Deum car-
 naliter à passione reuocasset: & cum au-
 rem serui gladio præcidisset, & cum ipsum
 dominum etiam negasset, & cum in simu-
 latione postea supersticiosam lapsus esset,
 vid

videamus veniam esse concessam eumque correctum atque firmatum vsque ad dominicæ passionis gloriam peruenisse.

Augu. de vita cler. lib. 10. b Nullus debitæ grauioris pœnæ accipit veniam, nisi qualemcunque, & si longè minorem, quàm debeat, soluerit pœnam.

Augu. de ver. dom. tract. ill. apost. Do c Audistis formam, si septuagies septies Christus peccata tibi donauit, si hucusque ignouit, & ultra negauit: pone & tu limitem, & vltèrius noli ignoscere.

vates ro- bismetip. Ibidem. d Dicit Dominus, dimitte, & dimittetur tibi. Si ergo prior dimisi, dimitte illis postea. nam si non dimiseris, reuocabo te, & quicquid dimiseram, replicabo tibi.

Augu. de verbis do. ser. 15. e Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Ne dicas in lingua, ignosco: & corde differas. nouit enim cum dicas. Vocem tuam audit homo, conscientiam tuam Deus inspicit. Melius est enim, dum non clamas ore, & dimittis in corde, quàm blandus ore crudelis in corde.

As. in ser. de. 40. f Negligēs inimicitias finire obliuiscitur, pertinax veniam non vult concedere, sed dedignatur, his tribus inimicis viuunt homines. sed animas, in quibus non moriuntur occidunt. Vigilat contra negligentiam memoria, contra pertinaciam

miseriordia , contra superbam verecundiam submissa prudentia.

g In hac petitione si mentitur , totius orationis nullus est fructus. pecuniam aliquando repetere conceditur, sed debitis peccatorum petenti veniam, nunquam iuste negatur. *Au. sup. il. Matth. 6. Et dimitte nobis debi.*

h Gratia tua deputo & misericordia, quod peccata mea tanquam glaciem solvisti: gratia tua deputo , & quaecunque non feci mala. quae enim non facere potui , & omnia mihi dimissa esse fateor, & quae mea sponte feci mala, & quae te duce non feci. *Au. 2. lib. confessio.*

i Beneficium se putabat accepisse augustae memoriae Theodosius, cum rogeretur ignoscere, & tunc propior erat venia. cum fuisset commotio maior iracundiae, & optabatur in eo, quod timebatur in aliis, ut irasceretur. hoc erat remedium reorum, qui cum haberet supra omnes potestatem, quasi parens postulari malebat, quam quasi iudex punire, aequitatis iudex, non poenae arbiter: qui nunquam veniam consentienti negavit. *Ambr. de obitu Theodo.*

k Discas frequenter ignoscere: nec indignationem tenere. Nihil est enim quo possit offendi, cui ignoscendi est consuetudo, *Amb. sup. Lucam.*

Tant

Ibidem. I Tantæ præcatis est Dominus Iesus, ut ipsi Iudæ donaret veniam, si Christi expectasset misericordiam.

Amb. sup. Matth. m Pulcherrimum affectandæ conuersationis exemplum, quod tam citò latroni venia relaxatur, & vberior gratia quàm precatio. semper enim plus tribuit quàm rogatur.

Hier. sup. Mat. li. 3. n Non vsque septies, sed vsque septuagies septies: idest, quadringentis, & nonaginta vicibus, ut toties peccanti fratri dimittere in die, quoties ipse peccare non posset.

Hier. sup. Mat. 24. o Si peccauerit in nos frater noster, & in qualibet causa nos læserit, dimitte habemus potestatem, imò necessitatem: quia Dominus præcipit, ut debitoribus nostris debita dimittamus. Si autem in Deum quis peccauerit, non est nostri arbitrij, ut dicit scriptura. Si autem peccauerit homo in hominem, rogabit pro eo sacerdos: si autem peccauerit in Deum, quis rogabit pro eo? & nos econtrariò in Dei iniuria benigni sumus, & in nostris contumeliis odia exercemus.

Ibid. sup. ill. Si non remi. pec. p O formidolosa sententia, si parua fratribus non dimittimus, magna nobis à Deo non dimittuntur.

q Apud misericordem iudicem, nequaquam sine venia culpa relinquitur, quam per feruorem zeli ex eius amore peccatur. Sæpe nanque magnis hoc doctoribus mirandisque contingit, quòd vt alta charitate feruent, modum correctionis exaggerent, & lingua aliquid, quod non debet, dicat: quia mentem dilectio quantum debet inflamat, sed verbum prolata contumelia: tantò citius partitur, quantò & ex qua radice prodeat pensatur.

r Peccatores, qui operum peccata deplorant, debent præsumere de misericordia, quam postulant. non enim piè Dominus ante delinquentium oculos stenda peccata opponeret: si per semetipsum ea districtè ferire voluisset.

f Sciendum est, quòd qui dimittit, & non dat, & minimè dimittit: omnino misericordiam nullam facit, quia ab omnipotente Deo manus ex manu non accipitur, quod obligato corde ex malitia profertur,

t Si hoc, quod in nos delinquitur, ex corde non dimittimus, & illud rursus exigitur, quod nobis iam per pœnitentiam dimissum fuisse gaudebamus.

v Sunt aliqui sic donantes iniuriam, vt non vliscantur, quum tamè sapius impera

perant. Sunt alij, qui licet fileant: manet tamen alta mente repositum, & rancorem tenent in animo. quarum neutra plena indulgentia est. longè ab his omnibus benignissima diuinitatis natura libenter agit, ignoscit plenariè. ita dicunt: non propter fiduciam pecco, sed pœnitentiam. Vbi abundauit delictum, solet & gratia superabundare.

Ibidem. x Tã liberaliter Dominus omnem donauit iniuriam, vt iam nec damnet vlciscendo, nec confundat improperando, nec minùs diligat imputando.

Ibidem. y Omnino propter mansuetudinẽ, quæ in te prædicatur, currimus post te Domine Iesu, audientes quòd non spernas pauperem, peccatorem non abhorreas. non horruisti consistentem latronem, non lachrymantem peccatricem, non Chananaã supplicantem, non deprehensam in adulterio, non sedentem in teloneo, non supplicantem publicanum, non negantem discipulum, nõ persecutorem discipulorum, non ipsos crucifixores tuos. In odorem horum vnguentorum currimus.

Ifido. li. 3. de sũ. bo. z Multi aliorum vitia cernunt, sua non aspiciunt. & cùm ipsi maximis criminibus obnoxij teneantur, peccata minora fratribus non dimittunt.

a b Qui captiuos redimere, & pauperes *Caesaris* pascere vel vestire non praualeat, contra *in admo-* nullum hominem odium in corde refer- *nitione se* uet, & inimicis suis non solum malum pro *curda.* malo non reddat, sed etiam diligat: & pro eis orare non desinat, certus de misericordia, vel de promissione domini sui: libera conscientia ante tribunal Christi dicere poterit: Da domine, quia dedi, dimitte quia dimisi.

a c Homo sine peccato esse non potes: *Pet. Chr.* & vis semper tibi dimitti totum, dimit- *ser. 67. si* te semper. quantum vis dimitti tibi, tan- *per. il. Di* tum dimitte. Quoties vis dimitti tibi, *mi. uob.* toties tu dimitte. inò quia vis totum dimitti tibi, totum dimitte. homo intellige, quòd remittendo alij, veniam tibi tu ipse dedisti.

a d Dimittenda sunt debita, non pecu- *Idem in* niaè solum, sed omnium causarum, culpa- *ser. 68.* rum, criminum, quicquid homo incurrere poteris, in his tibi, quum incurrerit alter, ignosce, fidens peccatis suis, veniam petit, qui peccanti libenter ignoscit.

a e Nulla fit negligenti venia, vbi de *Veget. de* salute certatur. *re mi. li. 2.*

a f Magnarum virium est, negligere *Se. de mo.* lædentem.

a g Optimum est semper ignoscere, tan- *Se. in pro.*

quàm si tu ipsi quotidie pecces. Alteri se-
pe ignoscito, tibi nunquàm.

Vide etiam in titulo Compassio. s. Com-
munitas. a. Confessio. a d. Correctio. b. z.
c h. c. f. Desperatio. g. Eleemosyna. c. Eucha-
ristia. m. Inimicitia. a. Iniuria. a. Ira. e. Ma-
gnanimitas. e. Oratio. b. g. Patientia. a k.
Pœnitentia. a c. Reconciliatio. e. Recidua-
tio. e. Resurrectio. f.

Verbum.

*As. de be- a
nedi. Esau
& Iac.*

SImul pluit Dominus super segetes
& super spinas. sed segeti pluit ad
horreum, spinis ad ignem: & tamen vna
est pluvia: sic verbum Dei, omnes com-
pluit, videat quisque, qualem radicem ha-
beat. videat quisque quò trahit pluuiam
bonam. si eam trahit, vt generet spinas,
nunquid pluvia Dei accusanda est antè,
quàm veniat ad radicem? dulcis est pluvia
illa. dulce est verbum Dei, donec veniat ad
cor malum.

*As. sup. il
ps. In quo
corrigit
adole.*

b Custoditio verborum Dei intelligen-
da est operatione præceptorum. frustra
enim custodiuntur memoria, si non custo-
diuntur & vita. nam verba Dei tenendo
agunt quidam, ne obliuiscantur: nec agunt
viuendo, ne corrigan-
t.

Quid

e Quid vobis plus esse videtur verbum Dei, aut corpus Christi? Si vultis verum respondere, hoc utique dicere debetis, quod non sit minus verbum Dei, quam corpus Christi. & ideo non minus reus, qui verbum Dei negligenter audiuerit, quam ille, qui corpus Christi in terram negligentia sua cadere permisit. *Am. i. quodam ser.*

d Quisquis verbo Christi pascitur, terrenum pabulum non requirit. Nec enim potest panem seculi capere, qui pane reficitur Salvatoris. Negligit famem corporis, qui pabulo lectionis intendit. nec ventris curam habere poterit, qui alimentum cibi celestis acquirit. Ipsa enim est omnium refectio, quæ saginat animam, quæ impinguat viscera, quum de diuinis scripturis cibum eloquij perennis accipimus. *Am. f. ser. de 40.*

e Quomodo possunt verba Dei dulcia esse in faucibus tuis; in quibus est amaritudo nequitiae? *Amb. sup. Besti immaculati.*

f Plus est verbi pabulo victuram in perpetuum mentem reficere, quam ventrem morituræ carnis terreno satiare. *Grego. in ho. 6. sup. echange.*

g Verba Dei tunc veriùs mens intelligit, quum in eis semetipsam quærit. *Gre. 1. mo.*

h Quærit anima verbum, cui cõsentiat ad correctionem, quo illuminetur ad conuersionem, cui innitatur ad virtutem quo. *Ver. super eã. ser. 85.*

reformatur ad sapientiam, cui conformetur ad decorem, cui maritetur ad fecunditatem, quo fruatur ad iucunditatem.

Vide etiam in titu. Anima. h. Adiutor. g. Inimicitia. b. Maria. e. Pietas.

Verecundia.

Ambr. de offic. li. 1. ca. 19.

PUlcra virtus est verecundia, & sua-
uis gratia, quæ non solum, in fa-
ctis, sed etiam in ipsis spectatur sermoni-
bus, ne modum progrediaris loquendi,
ne quid indecorum sermo resonet tuus.
Speculum enim mentis plerunque in ver-
bis refulget. ipsum vocis sonum liberet
modestia, ne cuiusquam offendat aurem,
vox fortior denique in ipso canendi gene-
re, prima disciplina verecundia, imò in o-
mni usu loquendi.

Ibidem. **b** Tacebat in periculis Susanna, & gra-
uius verecundiæ quàm vitæ damnum pu-
tabat: nec arbitrabatur periculo pudoris
ruadam salutem: soli Deo loquebatur,
cui poterat casta verecundia eloqui: refu-
giebat ora iutueri virorum.

Ibidem. **c** Est enim verecundia pulchritudinis comes
cuius societate castitas ipsa tutior est. Nō-
ne hæc prætulit publicanum, & commēda-
uit eum, qui nec oculos suos audebat ad
cælum leuare? Paulus orationem deferri
præcepit cum verecundia & sobrietate.

Ver

d Verecundia, cum sit omnibus ætati- *Ibidem.*
 bus, personis, temporibus & locis apta, ta-
 men adolescentes iuuenilisque annos ma-
 ximè decet. vt artifex in materia commo-
 diore melius operari solet: sic verecundia,
 in ipso quoque corporis decore plus emi-
 net. Ita tamen, vt etiam ipse non sit affe-
 ctus decor corporis, sed naturalis, sim-
 plex, neglectus magis quàm expeditus.

e Hominem vereris præsentem, Dei pa- *Amb. sup.*
 tris & filij & Spiritus sancti non vereris *Beati im-*
 præsentiam. *maculati.*

f Vbique in virgine comes singularum *Ambr. de*
 virtutum est pudor. hic indiuiduus debet *virginit.*
 esse virginitatis, sine quo non potest esse
 virginitas. teritur officii pudor, audacia
 emicat, risus obrepit, modestia soluitur,
 dum vrbalitas affectatur.

g Erubescere debemus, & condemnare *Ambrosi.*
 peccatum, nõ defendere, quoniam pudore *de morte*
 culpa minuitur, defensione cumulatur. *Abel &*

h Ingenia liberaliter educata facilius *Caim.*
 verecundia, quam metus superat, & quos *Hiero. ad*
 tormenta non vincunt, interdum vincit *Pamma-*
 pudor. *chium de*

i Sit sermo virginis pudorosus, mode- *morte*
 stus & rarus, nec tam eloquentia pretio- *Pauli.*
 sus, quàm pudore. Est etiam in ipso motu, *Hie. ibid.*
 habitu, incessu, verecundia.

Ibidem. k Quicquid pudet dicere, pudeat etiam cogitare.

Gre. 1^o ho. l Frontem cordis imprudentia atterit culpa frequens. atque quò crebriùs admittitur, eo de illa committentis animus minus verecundatur.

Gre. 1^o ho. m Sicut verecundia laudabilis est in malo. *super* lo. ita reprehensibilis est in bono. Erubescere enim malum, sapientiæ est: bonum verò erubescere fatuitatis. Qui erubescit mala pœnitendo, quæ fecit, ad vitæ libertatem peruenit: qui verò erubescit bona facere, à statu rectitudinis cadit, atque ad damnationem tendit: sicut per redemptorem dicitur, qui me erubescit & meos sermones &c.

Ber. super cant. sermo. 86. n Quid amabilius verecundo adolescente? quàm pulchra & quàm splendida gemma morum est verecundia, in vita & vultu adolescentis: quàm vera & minimè dubia bonæ spei nuntia, bonæ indolis index! Virga disciplinæ, expugnatrice malorum, propugnatrix puritatis innatæ, specialis gloria conscientiæ, famæ custos, vitæ decus, virtutis sedes, virtutum primitiæ, naturæ laus & insigne totius honesti.

Ber. ibidē. o Verecundia soror est continentiæ: nullum æquè manifestum indicium columbinæ

binæ simplicitatis: & ideo etiam testis est innocentiae, lampas pudicitiae mentis iugiter lucens: vt nil in ea turpe vel indecorum resistere attentet, quod non illa illico perdat.

p Hæc dicentibus erubescenda essent, *Hu. de in-*frâ facientibus præsumpta non fuissent. *stitutione* nunc autem sustineat in audiendo vere- *novit.* cundiam, qui noluit in faciendo habere disciplinam.

q Pudoris etiam disciplinam inter de- *Soli. lib. de* functa corpora natura discernit. At si quâ- *mirab.* do cadauera necatorum fluctibus euehantur, virorum supina fluctuant, prona foeminarum.

r Verecundia, parens est omnis honesti *Val. Max.* consilij, tutela solennium officiorum, magistra innocentiae, chara proximis, accepta alienis, omni loco, omni tempore favorabilem præ se ferens vultum.

s Bonū in adolescente signum est, quum *Senec. II.* illi ex alto rubor suffunditur: magis in iu- *episto.* uenibus adparet, quibus & plus caloris est, & tenera frons. veteranos nihilominus & senes tangit. Quidam autem non magis, quàm quum erubuerint, timendi sunt, quasi omnem verecundiam effuderint.

t Artifices scenici hoc indicio imitantur *Sen. ibid.* verecundiam: deiiciunt vultum, verba sub-

mittunt, figunt in terram oculos, & deprimunt, ruborem sibi exprimere non possunt: nec prohibetur hic, nec adiicitur. nihil aduersus hunc sapientia proficit, sui iuris est, iniussus venit, iniussus discedit.

Senec. 25. epist. v Nutriendus est pudor. qui quandiu in animo durauerit, aliquis erit bonæ spei locus.

Se. in pu. x Recta ingenia debilitat verecundia, praua confirmat audacia.

Ibidem. y Turpia ne dixeris, paulatim enim pudor per verba discutitur.

Ibidem. z Verborum turpium licentia impudentiæ nutritrix.

Vide etiam in tit. Confessio. a g. Conuersatio. a b. Correctio. a e.

Veritas.

*Augu. ad Christi-
num.* a **V**eritas dulcis est, & amara. quâdo dulcis est, parcit: & quando amara, curat.

Augu. sup Ioânem. b Veritas panis est: mentes reficit, nec deficit, mutat vescentem, nec ipsa in vescentem mutatur.

Aug. li. de lib. arbit. c Veritatis & sapientiæ pulchritudo nec multitudine audientium constipata excludit venientes, nec peragitur tempore, nec mitigatur locis, nec nocte interrumpitur, nec umbra intercluditur, nec sensibus corporis subiacer.

d Si de veritate scandalum sumitur, ut *Aug. ibid.* lius permittitur nasci scandalum, quam veritas relinquatur.

e Nullus reprehensor formidandus est *Aug. li. 2* amatori veritatis. Etenim aut inimicus *de trin.* reprehensurus est aut amicus. si inimicus insultat, ferendus est. amicus autem, si errat, docendus est, si docet audiendus.

f Incomparabiliter pulchrior est veritas Christianorum, quam Helena Græcorum. *Aug. 7. epi. ad Hie.*

g Errat quisquis se veritatem cognoscere putat, qui adhuc nequiter vivit. *Aug. li. de agõe Christi*

h Qui veritatem occultat, & qui pro- *stiana.* dit mendacium, vterque reus est: ille, quia *Aug. ibid.* prodesse non vult, iste, quia nocere desiderat.

i Liberè enim & sine adulatione veritatem prædicantes, & gesta prauæ vitæ *Amb. 7. gl. super illud* arguentes, gratiam non habent apud homines. *1. ad Col. 9. Nos non*

k Hac est conditio veritatis, ut eam semper inimicitia persequantur: sicut per adulationem perniciosæ amicitia comparatur. libenter enim quod delectat audimus, *Hie. sup illud ad Galat. 4.* & offendit omne, quod nolumus. *Ego inimicus.*

l Mentiri atque iurare lingua tua prorsus ignorèt, tantusque in te sit veritatis amor, ut quicquid dixeris, iuratum putes. *Hiero. ad Gelantiã.*

- He. super** m Non meretur audire veritatem, qui
Ezech. fraudulentè interrogat.
- Gre. 2 ho.** n Nihil est ad defendendum puritate
 tutius, nihil ad dicendum veritate faci-
 lius.
- Gre. ibid.** o Ille veritatis defensor esse debet, qui
 quam rectè sentit, loqui non metuit, nec
 erubescit.
- Ibidem.** p Qui necessitate cogente vera Dei do-
 na loquitur, tantò magis humilitati iungi-
 tur, quantò & veritati sociatur.
- Gre. li. 10.** q Bonorum mens quò duriora pro ve-
moralitè. ritate tolerat, eò æternitatis præmia cer-
 tius sperat.
- Berna. de** r Inquirimus veritatem in nobis, in pro-
Gra. lum. ximis, in sui natura. In nobis, nosmetipsos
 diiudicando: in proximis, eorum malis
 compatiendo: in sui natura, mundo cor-
 de contemplando.
- Ber. ibid.** s Cùm sint tres gradus seu status verita-
 tis, ad primum ascendimus per laborè hu-
 militatis, ad secundum per affectum com-
 passionis, ad tertium per excessum con-
 templationis. In primo veritas reperitur
 seuera, in secundo pia, in tertio pura. Ad
 primum ratio ducit, qua nos discutimus:
 ad secundum affectus producit, quò aliis
 miseremur: ad tertium puritas rapit, qua
 ad inuisibilia subleuamur.

e Veritas sola liberat, sola saluat, sola lauat. *Ber. 1. ser.*

v Non amat veritas angulos, non ei diuerforia placent. In medio stat, communi vita disciplina, communibus studiis delectatur. *Ibidem.*

x Talis est conditio falsitatis, vel erroris, vt etiam nullo sibi adistente consenscat ac defluat. talis autem ediuerso veritatis status, vt etiam multis impugnantibus suscitetur, & crescat. *Chryst. de laudibus Pau. 1. 3.*

y Non solum proditor est veritatis, qui mendacium pro veritate loquitur: sed qui non liberè pronuntiat veritatem, quam pronuntiare oportet: aut non liberè defendit veritatem, quam defendere oportet. *Chryst. sup Matth.*

z Si propter timorem mortis tacere veritatem, impietas est. quomodo non est maior impietas propter miserum ventrem & honoris vani spem tacere veritatem? Videtur meliorem facere gratiam panis & honoris, quam gloriam veritatis. *Chry. ibi.*

a b Veritas rerum atque vtilitas semper à paucis sapientibus melius inuenitur, quam per multitudinem clamorosa discutiatur: multitudo enim onerosa nil habet honesti. *Cas. 1. qua dam epis.*

a c Diuites cum omnia habeant, vnum illis deest, scilicet qui verum dicat. Si enim *Se. in qua dam epis.*
incl

in clientelam felicitis hominis, potentiumque peruenieris, aut veritas, aut amicitia perdenda est.

Sen. i. epi. a d Magna est vis veritatis, quæ contra omnium ingenia, calliditatem, solertiam, & contra fictas hominum insidias facilem se per seipsam defendit.

Se. in pu. a e Nimum altercando veritas amittitur.

Vide etiam in titu. Adulatio. b d. Amicitia. b. k. Amor. b. d. Consuetudo. a d. Correctio. a f. Doctrina. b o. b p. Exercitatio. k. Miseria. i. Periculum. c. Prædicatio. i. Quærere. h. Sapientia. b. Scandalum. c. Tribulatio. a d.

Victoria.

Ambr. de officis. a **N**on est gloriosa victoria, nisi ubi fuerint laboriosa certamina.

Ber. i. epi. b Verè tuta pro Christo, & cum Christo pugna, in qua nec vulneratus, nec prostratus, nec conculcatus fraudaberis à victoria. tantum ne fugias. sola causa, qua perdere possis victoriam, fuga est. fugiendo potes illam amittere, moriendo non potes: & beatus, si pugnando moriaris, quia mox coronaberis.

Se. in pu. c Victoria sine aduersario brevis est laus. bis vincit, qui se vincit in victoria. bis interimitur, qui suis armis perit.

Vide

Vide etiam in tit. Bellum. a. b. a l. a x. a
y. Iniuria. q. Pœnitentia. a r.

Vitium.

a **T**ibi non tam expellenda sunt vitia, quàm refellenda. Quid vtiq; *Hic. ad de metriadē.*
facilius est, non suscipere, quàm suscepta semel deponere: nec eorum tanta dulcedo est, vt ea debeamus præferre virtutibus, cū nec in omnibus sit delectatiōis illecebra, & à plerisque etiam ea, quæ videntur dulcissima, respuantur.

b Duo sunt ex omnibus vitia, quæ maxime homines decipiunt sui voluptate, gula, scilicet ac libido, quæ deponere eò difficilius est, quò eis vti dulcius. & hæc vitia tam molesta, tamque delectatione sui periculosa, ita à multis calcari vidimus, vt tota ætate sua virgines permanferint in sua abstinentia, vt de illis taceã, qui post deliciarum longum luxum, & inueteratum vsum libidinis & castitati ac temperantiæ se dederunt: & vtriusque vitium contraria sibi virtute mutauerunt. Aliorum vitiorum est longè diuersa ratio, quæ cū nihil iucunditatis, sed multum amaritudinis habeant: quæ cū ad vitandum sint facilia, rarò tamen à quibus vitentur, inuenies. *Ibidem.*

c Quid, oro, inuido delectationis præstat *Hic. ibid.*

stat invidia? Quid alter ab odio mercedis accipit? Quid iracundo furor suus confert? Similiter curre per singula, & inuenies tot animæ tormenta, quot vitia. quæ utique eò facilius vinci possunt, quò nulla nos alliciant voluptate.

Ibidem. d Summa tibi scientia, summa notitia sit, vitia virtutesque distinguere: quæ quanquam sibi contraria semper sint, aliqua tamen ex eis tanta iunguntur similitudine, vt discerni omnino vix possint.

Ibidem. e Quidam superbiam libertatis loco ducunt, adulationem pro humilitate suscipiunt, malitiam prudentiæ vice amplectuntur, & stultitiæ simplicitatis nomen imponunt: hac fallaci ac pessima similitudine decepti, vitiis pro virtutibus gloriantur.

Gre. super Exec. ho. eni. 12. f Sunt quædam vitia quasi per quandam cognationem sibi propinqua: sicut dissolutio spiritus, appetitus gulæ, & immunditia luxuriæ, multiloquium, fallacia, atque periurium. Ex dissoluzione spiritus mens ad ingluuiem vètris rapitur: & dum cibus venter extenditur, ad luxuriam caro trahitur. Ex multiloquio fallacia generatur, quia difficile est, vt qui multa loquitur, non etiam mentiatur: & sæpe mendacium

Etiam etiam periurio regitur, vt ante huma-
na iudicia veletur.

g Si forti nos studio contra vitiorum *Grego. in*
incentiua stringimus, ipsa etiam vitia ad *mo.*
vsum virtutis immutamus. Nonnullos
nanque ira possidet: sed hanc ad defen-
sionem iustitiæ in vocem liberæ autori-
tatis immutant. nonnullos fortitudo car-
nis illecebrat, sed dum exercendis piis o-
peribus corpus subdunt, vnde iniquitatis
stimulum passi sunt, inde pietatis lucra
mereantur.

h Quauis per omne vitiũ quod pepe- *Gre. ibid.*
ratur, humano cordi antiqui hostis virus
infunditur: in hac tamẽ nequitia, id est, in-
uidia, tota sua viscera serpens concutit, &
imprimendæ malitiæ pestem vomit.

i Prima vitia deceptæ menti quasi sub *Ibidem.*
quadam ratione se ingerunt. sed quæ se-
quuntur, dum mētem ad omnem insaniam
protrahunt, quasi bestiali clamore mētem
confundunt.

k Capitalia vitia tanta sibi coniunctio- *Ibidem.*
ne coniunguntur, vt non nisi vnum de al-
tero proferatur. prima nanque superbix so-
boles inanis est gloria, quæ dum oppres-
sam mētem corruerit, mox inuidiam gi-
gnit: quia nimirũ dum vani nominis glo-
riam appetit, ne quis hãc alius adipisci va-
leat

leat, tabescit inuidia, iram generat: quia quantò interno liuoris vulnere animus fauciatur, tantò etiam mansuetudo tranquillitatis amittitur. Ex ira tristitia oritur: quia turbata mens quo inordinatè se concutit, eo adiiciendo confundit, tristitia ad auaritiam deriuatur: quia dum confusum cor, bonum letitiæ in semetipso intus amisit, vnde consolari debuerat, foras querit. & tãtò magis exteriora bona adipisci desiderat, quantò gaudium non habet, ad quod intus recurrat.

Hugo.

I Vitiũ, est affectus naturalis præter ordinem, & supra mensuram ordinẽ trãs-grediens, quando mouetur ad ea, quæ non debet: mensuram excedens, quando mouetur plusquam debet.

*Cas. sup il
lud psal.
Omne viã
iniquam.
Sc. 22. epi.
Se. 59. epi.*

m Iniqua via est, quæ nos perducit ad vitia: recta verò virtutum, quæ nobis indulgentiam tribuit ad salutem.

n Multum prodest vitia proiecisse, si cū alienis rixandum est.

o Vitia te mercede sollicitant, auaritia pecuniam promittit, luxuria multas ac varias voluptates, ambitio purpuram & plausum, & ex hoc potentiam, & quicquid potentia ponit.

*Sene. 40.
episto.*

p In vitia alter alterum trudimus. quomodo ad salutem reuocari potest, quem nul-

Nullus retrahit, & populus impellit?

Vide etiam in titu. Consuetudo. Fraus, b.

Virtus, c. o. 2.

Violentia.

a **N**emo inuitus bene agit, etiam si bo-
num est, quod facit. *Aug. lib. 1. confess.*

b Multa enim bona præstantur inuitis, *August. in*
quando eorum consulitur vtilitati, nõ vo- *enchiri. c.*
luntati: qua ipsi sibi inueniuntur esse in- *72.*
uiti.

c In ecclesia non coactum, sed acquiescen- *Chryso. in*
tem oportet ad meliora conuerti. Non est *dial. li. 2.*
enim, qui curare possit inuitum.

d Plus valet quod violentia cogit, quàm *Val. max.*
quod suadet, & præcipit verecundia. *lib. 3.*

e Nulla res tam facilis, quin difficilis sit, *Sen. in ep.*
si inuitus facias.

f Da operam, ne quid vnquam inuitus fa- *Sene. 62.*
cias. Non enim qui iussus aliquid facit, mi *epist.*
ser est, sed qui inuitus. Itaque sic animum
componamus, vt quicquid res exigit, id ve-
limus, & in primis finem nostri sine tristi-
tia cogitemus.

Vide etiam in titu. Securitas, b.

Virginitas.

a **Q**uid prodest integra caro, mente *Aug. sup*
corrupta? Melius est humile con- *psal. 29.*
iugium, quàm superba virginitas. *Aug. sup*

b Quæ est virginitas mentis, integra si- *psal. 17.*

des, solida spes, sincera charitas.

August. in lib. ad sacras virginas. c Dominica virgo debet agnoscere, quibus præceptis cõueniat insistere: vel à quibus vitis debeat abstinere: si vult in seculo posita cum Deo esse, & cum eodem post huius vitæ resolutionem in claritate cœlesti regnare.

August. ibid. d Dominica virgo primitus publicos debet vitare conspectus, & platearum frequentiam deuitare: atque in domo posita operi lanifico insistere, vel lectioni diuinæ.

Ibidem. e Dominica virgo nec ornatu capitis, nec habitu comæ, nec oculis erectis aut latis, sed crinibus ad terram cum vultu demisso procedat, ne in se viles inducat amores: & si non pereat, aliis causa perditionis existat.

Ibidem. f Dominica virgo ab omni inuerecundo sermone vel risu debet se penitus abstinere, & cum silentio & disciplina omnem vitæ suam ornare.

Ibidem. g Dominica virgo, vt docet Apostolus de viduis, casta iudicari non potest sermone garrula, aut loquacitate verbosa, vel curiositate superflua, imò prostituta, & ad luxuriam magis accendi.

Ibidem. h Dominica virgo nec sermonis iactantia, nec diuitiis, nec generis nobilitate se debet

debet extollere, sed in humilitate, & paupertate spiritus Christo accepta, debet quādiu vixerit permanere.

i Bona pudicitia conjugalis, sed melior *Augu. de*
continentia virginalis vel vidualis. *sancta vi*

k Quanta est virginittis gratia! quę me *duita.*
ruit à Christo eligi, vt esset corporale Dei *Amb. lib.*
templum in qua corporaliter habitauit *de offi.*
plenitudo diuinitatis: virgo genuit mundi
salutem, virgo peperit vitam vniuerso-
rum.

l Supergreditur virginitas conditionem *Amb. in li.*
humanę naturę, per quam homines ange- *de viduis.*
lis assimulantur. Maior tamen est victoria
virginum, quàm angelorum. Angeli enim
sine carne viuunt, virgines verò in carne
triumphant.

m Non fallit veritas, non circumscribit *Ambro. de*
iustitia, non decipit virtus: quòd si non cre- *virg. li. 2.*
ditis oraculo, saltem credatis exemplo.
Memoria vestra dudum puella nobilis se-
culo, nunc nobilior Deo, cum virgeretur
ad nuptias à parentibus & propinquis, ad
sacrosanctum altare confugit. Quò enim
melius virgo confugeret, quàm vbi sacri-
ficium virginittis offertur, & caput om-
nium Christus quotidie cõsecratur? Strabat
ad aram Dei pudoris hostia, victima castita

tis nunc capiti dexteram sacerdotis imponens, precem poscens, quæ ait parentibus: Quid agitis vos propinqui? quid exquirendis adhuc nuptiis sollicitatis animam? Iam dudum promissam habeo. Sponsum offeratis: meliorem, quàm aliàs reperiri possit, inueni. Quaslibet exagitate diuitias, nobilitatem iactate, potentiam prædicate, habeo enim cui nemo se comparare potest: diuitem mundo, potentem imperio, nobilem cælo: si talē habetis, non refuto optionem, si non reperitis, non prouidetis mihi parentes, sed inuideris.

Ambro. de virginis. n Claude vas tuum, ne vnguētum effluat, claude virginitatem, verecundia loquendi, & abstinentia gloriandi.

Ambro. de virg. li. 2. o Pulchritudinem quis potest maiorem æstimare decore virginis, quæ amatur à rege, probatur à iudice, dedicatur Domino, consecratur Deo.

Hie. 7. epi. ad Eugenium. q Virginitas in eo facilius est, qui carnis incentiua non nouit, & viduitas in eo sollicitior, quòd præteritas in eo recolit voluptates.

Greg. sup Ezech. f Flos est virginitas, flos martyrium, flos actio bona. In horto virginitas, in campo martyrium, bonum opus in thalamo.

Grego. in t Virginitas altus mons est, ad quam angelus

gelus hortatur: sed qui videt se non posse *gl. super il*
ascendere, maneat in Segor, id est in legi- *lud Gene*
timo matrimonio: quia melius est medio- *sis 19. In*
cri bono uti, quàm per abrupta libidinum *môte sal-*
præcipitari. *uū te fac.*

v Virgo carne, non mente, nullum præ- *Is. de sum.*
mium habet in repromissione. *bon. lib. 2.*

x Nunc nobis ad virgines sermo est, *Cyp. in li.*
quarum quò sublimior est gloria, maior *de virgi.*
est cura. Flos enim est ille ecclesiastici
germinis, decus, atque ornamentum gra-
tiæ spiritualis, illustrior portio gregis
Christi.

y Virginitas est soror angelorum, victo- *Cyp. ibid.*
ria libidinum, regina virtutum, possessio
omnium bonorum.

Vide etiam in rit. Castitas & Cõiugium,
d. Maria, h. n. a l. & in titu. Verecundia, per
torum.

Virtus.

a **I**N hac vita virtus nõ est, nisi diligere *Aug. i ep.*
quod diligendum est, id diligere, pru- *ad Mace-*
dentia est: nullis inde auerti molestiis, for- *donium.*
titudo est: nullis illecebris, temperantia
est: nulla superbia, iustitia est.

b Virtus eò pluris æstimanda est, quòd *Aug. i quo-*
plura contemnit. Magnæ virtutis est cum *dam ser.*
felicitate luctari, magnæ felicitatis est, à
felicitate non vinci.

- Augu. ibi.* c Mens non potest habere regnum virtutum, nisi prius excusserit iugum vitiorum.
- Amb. sup. Lucam.* e Non virtus est non posse peccare, sed nolle: atque ita tenere perseverantiam voluntatis, ut voluntas infantiam, usus imitetur naturam.
- Amb. sup. Beati immacul.* f Qui deficit sibi, ut virtuti adhaereat, amittit quod suum est, accipit quod aeternum est.
- Amb. ibi.* g Nulla sine labore virtus est, quia labor processus est virtutis.
- Ambro. de offi.* h Bonus circuitus est, si iustitia quaerit, prudentia inuenit, fortitudo vendicat, temperantia possidet, ut iustitia sit in affectu, prudentia in intellectu, fortitudo in effectu, temperantia in usu.
- Hiero. in quadam epist.* k Omnes virtutes sibi ita cohaerent, ut qui vna caruerit, omnibus careat: qui ergo vnam habet, omnes habet.
- Hic. ibid.* l Philosophus, gloriae animalis, & popularis aurae mancipium, totam simul sarcinam deposuit, & tu reputas in virtutum culmine positum, si partem ex toto offeras? te ipsum vult Dominus.
- Grego. in moral.* m Sicut quibusdam visum est, ut de primis quatuor virtutibus loquar: prudentia, temperantia, fortitudine atque iustitia, quanto perfectae sunt singulae, tanto sibi sunt

sunt coniunctæ. disiunctæ autem perfectæ esse nequaquam possunt: quia nec prudentia vera est, quæ iusta & temperans, & fortis non est: nec temperantia perfecta, quæ fortis, iusta & prudens non est: nec fortitudo integra quæ prudens, fortis & temperans non est.

n Mensuretur perfectorum fidelium vita per quadrum, & tantum habeat spirituales atriij latus unum, quantum latera singula: quia unusquisque tantum prudens est, quantum temperans, fortis, & iustus: tantum temperans quantum prudens, iustus & fortis fuerit.

Greg. 10.

9. secunde

partis sup

Exech.

Grego. in

moral.

o Quid est virtus, nisi medicamentum? & quid est vitium, nisi vulnus? quia ergo nos, ubi de medicamento vulnus facimus, facit Deus de vulnere medicamentum, ut qui virtute percutimur, vitio curemur.

p Non est ad virtutem vlla talis exhortatio, qualis est peccatorum recordatio.

Chr. sup
pi. ac. H.

er. 23.

q Sicut virtus onerosa est vitio: ita virtutis amico vitiosa est amara voluptas.

Prosper

de vita cõ

tepla. li. 2.

r Ethicam scripserunt gentium Philosophi, in qua quasi membra quædam virtutum de corpore bonitatis truncata pinxerunt: sed membra viua esse non possunt sine corpore charitatis Dei.

Hugo de
scripturis
sacris.

Sene. 67. epist. t Errare mihi videtur, qui dixit: Grator est pulchro veniens è corpore virtus. Non enim vlllo honestamento eget, ipsa magnū sui est decus, & corpus suum consecrat. Potest ex casa vir magnus exire, & ex de formi humilique corpusculo formosus animus, ac liber & magnus.

Ibidem. v Aequè laudabilis virtus est in corpore valido ac libero posita, atque in morbido ac vincto. Ergo ob tuam virtutem nō magis laudaberis, si corpus tuum integrum fortuna præstitit, quàm si ex aliqua parte mutilatum. Aliòquin hoc erit, ex seruorum habitu dominum æstimare. Omnia enim ista, in quæ dominium casus exercet, serua sunt. Pecunia, corpus & honores imbecilla sunt, fluida, mortalia, possessiones incertæ. Si hucusque perueneris, vt magis diligas integrum omnibus membris & illæsum, quàm debilem & luscum, paulatim fastidium tuum eò vsque procedet, vt è duobus æquè iustis & prudentibus, comatum & crispum malis. Sed quis vnquàm censuram inter filios agit, vt filium sanum, quàm ægrum magis diligat, procerum & excelsum, quàm breuem ac modicum?

Sen. in ep. x Nulla possessio, nulla vis auri, & argenti, pluris quàm virtus æstimanda est,

y Vnus

y Vnusquisque commendat virtutem, in *Ibidem.*
 qua viget, & reprehendit vitium, in quo
 deliquit.

z Omnia beneficia in luce se collocari *Senec. ibid.*
 volunt, sed tamen nullam theatrum virtu-
 ti conscientia maius est.

a b Vnum hominis bonum, ipsa virtus *Seneca.*
 est, quæ inter hanc fortunam, & illam su-
 perba incedit, cum magno vtriusque con-
 temptu. Virtus rectorem ducemque deside-
 rat, sed sine magistro vitia discuntur.

a c Nulli non virtus & viuo & mortuo *Senec. 80.*
 retulit gratiam, si illam bona secutus est *epist.*
 fide.

a e Quemadmodum minuta lumina cla- *Senec. epi.*
 ritas Solis obscurat: sic dolores, molestias,
 iniurias virtus magnitudine sua elidit at-
 que opprimit, nec magis vllam portio-
 nem habent incommoda, quum in virtu-
 tem inciderint, quàm in mari.

a f Pone ex vna parte virum bonum di- *Senec. ibid.*
 uitiis abundantem, sed in se omnia bene
 disponentem, vtroque modo æquè vir bo-
 nus erit, etiam si fortuna dispari vtatur.

a g Nulli præclusa est virtus, omnibus *Ibidem.*
 patet, omnes admittit, omnes inuitat, non
 eligit dominum, non censum, nudo homi-
 ne contenta est.

a h Ille bonus artifex est, qui de omni *Se. 89. epi.*

materia facit optimum, quod fieri possit. Phidias statuarum artifex non tantum ex ebore statuas sciebat facere, sed meliora ex marmore: & si marmor illi adesset, & de illo similiter faceret. Si viliores materias obtulisset, ex illa fecisset, quale optimum fieri posset. Sic sapiens, si licebit, virtutem in diuitiis explicabit, si minus, in paupertate quamcunque fortunam acceperit, aliquid memorabile ex illa efficiet.

Seneca in prover. a i Scias eum multis virtutibus abundare, qui alienas amat.

Vide etiam in tit. Bonum, a. Discretio, b. Diuitie, z. Fortitudo, r. Gloria vana, q. Gratitude, l. Homo, y. Honor, h. Humilitas, o. Innocentia, g. Mors, c. Philosophia, g. Prosperitas, c. Tribulatio, a b. Tristitia, g. Vitium, d. e.

Vita humana presens.

Aug. sup. psal. 6. a **L**ongitudinem vite huius sentire non facit, nisi spes viuendi: nam nihil videtur esse celerius, quam quicquid in ea iam preteritum est. Quum ergo dies iudicij venerit, tunc sentient peccatores, quoniam non sit longa nimis vita que transit.

Id. psal. 36. b Si toto tempore illo viueres, ex quo Adam de paradiso emissus est, vsque in hodiernum diem, certe videres vitam tuam non

non fuisse diuturnam, quæ sic euolasset. *non eris
peccator.*
vnius autem cuiusque vita hominis quan-
ta est? adde quantoslibet annos, duc longis-
simam senectutem. quid ergo? Nonne hora
matutina est? ergo longè sit dies iudicij,
quando erit retributio iustorum & iniusto-
rum: tuus certè vltimus dies abesse nõ po-
test longè, adhuc te præpara: qualis enim
exieris de hac vita, talis reddèris illi vitæ.

c Longam cœnam, malam nemo vult *August. in
ser.*
habere nec ferre: lōgam vitam malam pe-
nè omnes volunt habere. vtique si gran-
de est quod viuimus, bonū sit ipsum gran-
de. Quid enim vis malè? dic mihi. Puto
nihil in omnibus actionibus, cogitationi-
bus, cupiditatibus nihil malè vis. terram
malam non vis, segetem malam non vis,
vtique sed bonam. Bonam arborem vis,
equum bonum. Seruum bonum, amicum
bonum, filium bonum, vxorem bonam, &
quid hæc magna? quoniam quidem ipsam
vestem malam non vis habere, sed bo-
nam, caligam postremò non vis habere,
nisi bonam. aut da mihi aliquid te velle
quod malum est. solam animam vis habe-
re malam. Quid te offendisti? Quid de te
tu ipse meruisti? Non vis esse malum, nisi *Augu. de
doctrin.*
te solum.

d Plenitudo est & beatitudo perfecta. *ut christ.*
citò

citò quisque intelligat & bene viuat. Sed si fortè vtrunque non potest, melius est bene viuere, quàm citò intelligere. Qui enim bene viuít, meretur amplius intelligere: qui male viuít, & quod intelligit perdet.

*Aug. i quo-
dam ser.* e Non est vera vita, nisi vbi feliciter viuítur, nec vera incorruptio, nisi vbi salus nullo dolore corrumpitur.

Ibidem. f Hæc est iustitia hominis in hac vita, eleemosyna, ieiunium, oratio: pœnitentia cruciat, iustitia tranquillat, vita æterna glorificat.

*Augu. sup
Ioan.* h Vita hominum media est inter vitá angelorum & peccatorũ. Si viuít homo secundum carnem, pecoribus cõparatur: si viuít secundum spiritum, angelis sociatur.

*Am. i ser.
de 40.* k Tantis malis hæc vita repleta est, vt comparatione eius mors remedium putetur esse nõ pœna, nam ideò breuem illam Deus facit, vt molestiæ eius, quæ prosperitate vinci vel tolli non poterant, temporis exiguitate finirentur. denique sanctus Iob dicit: Militia est vita hominis super terram.

*Ibid. lib. 3.
sup Amos.* l Nihil fugatius seculo, rebúsque seculi, quas dum tenemus, amittimus: & per infantiam, pueritiam, iuuentutem, ac virilem & ingrauescentem, ac maturam ætatem,
ann

annosque ultimos senectutis utique septē spatia Philo vitam describit humanam. mutamur & currimus, nescientes ad mortis terminos peruenimus.

m Qui Dei æternitate perspecta, breue *Hic. ad Eph. li. 2.* & penè ad puncti instar humanæ vitæ spatium cogitauerit, ante oculos suos habebit semper interitum, & erit humilis atque deiectus.

n Secreto dei consilio agitur, vt huius *Grego. in peregrinationis tempore electorum vi- mora.* ta turbetur. Via quippe est vita præsens, qua ad patriam tendimus, & idcirco hic occulto iudicio frequenti perturbatione conterimur, ne viam pro patria diligamus.

p Quot dies vitæ peragimus, quasi in *Ibidem.* itinere ad locum propositum tot passibus propinquamus. Præsentem vitam quasi viam subigendo transimus.

q Mala vitæ præsentis tantò duriùs animus sentit, quantò pensare bonum, quod sequitur, negligit: nequaquam nos gratia in aduersitate deserit: quia quo nos duriùs ex dispensatione percutit, eò ampliùs ex pietate custodit. *Ibidem.*

r Reproborum mentes idcirco multa *Ibidem.* nequiter agunt, quia se hic viuere diutius arbitrantur. Iusti verò dum breuitatem vi-

tae suae considerant, elationis & immunditiae culpas declinant.

Tull. li. 2. rhetoric. f Qui nihil habet in vita iucundius vita, is cum virtute vitam non potest colere.

Vallanz. lib. 9. de me. dict. cap. 12. t Humanæ vitæ conditionem primus & ultimus dies continet: quia plurimum interest, quibus auspitiis inchoetur, & quo fine claudatur. Ideoque eum demum felicem fuisse iudicamus, cui & accipere lucem prosperè, & reddere placidè contingit. mediij temporis cursus prout fortuna gubernaculum rexit, modò aspero, modò tranquillo motu peragitur, spe semper minore, dum & cupidè voris extenditur, & ferè sine ratione consumitur.

Se. 22. ep. x Nemo quàm bene viuat, sed quandiu, considerat, cum omnibus possit contingere, vt bene viuant, vt diu nulli.

Se. 78. ep. y Vita non est imperfecta, si honesta est. Vbicunque desines, si bene desinas, tota est. sed & fortiter desinendum est. Non est res magna viuere. omnes serui tui & animalia viuunt.

Ibidem. z Quomodo fabula, sic & vita, non quandiu, sed quàm bene acta sit, refert. Nil ad rem pertinet, quo loco desinas, quocunque voles, desine: tatum bonam clausulam impone.

Dum

a b Dum differtur vita transcurrit. om- *Se. in epi.*
nia mi Lucilli aliena sunt. tempus tantum
nostrum est. In huius rei fugacis & lubri-
cae possessionem natura nos misit.

a c Latè dicamus, vixi, & quem dederat *Se. epi. 13.*
cursum fortuna, peregi: crastinum si adie-
cerit, latè recipiamus.

a d Quidam tunc incipiunt vivere, quum *Se. 23. ep.*
desinendum est: imò quidam antè desie-
runt vivere, quàm inciperent.

a e Pulchrum est consummare vitam an- *Se. 32. ep.*
te mortem: & expectare securè reliquam
temporis partem.

a f De partibus vitæ omnes delibera- *Se. 72. ep.*
mus, de tota nemo deliberat.

a g Omnes infantes in terra nuda vita *Ibidem.*
excipit. Non te ergo pudes sordidius viue-
re, quam nasci?

a h Longa vita bonis, optabilis bonis, *Se. in epi.*
fruitur bona conscientia. Malis homini-
bus utilissimum est citò fugere.

a k Hoc vnum discas, vitam contem- *Ibidem.*
nere. Nemo illam bene rexit, nisi qui
contempserit. Nulli potest segura vita
contingere, qui de producenda nimis co-
gitat.

a l Sapiens cogitat semper qualis vita, *Ibidem.*
non quanta sit. Non enim vivere bonum
est, sed bene vivere.

Se. in pro. a m Homo vitæ commodatus, non donatus est. Heu quàm multa pœnitenda occurrunt diu viuendo?

Ibidem. a n Malè viuunt, qui se semper victuros putant. volunt homines ita præceptū esse, vt viuant. non ita viuere, vt præceptum est.

Secret. in suis exhortation. a o Non viuit, cui nihil est in mente, nisi vt viuat. Ede & bibas, vt bene viuas, non viuas, vt tantum edas & bibas.

Vide etiam in titul. Amor. q. Auaritia. a g. Caro. a c. a d. Conuersatio. a q. a r. a s. Diuitiæ. f. Doctrina. a d. Mors. b g. b l. Perseuerantia. d. Sanctitas. g. Securitas. a. Spes. b. h. Tribulatio. b. v.

Voluntas.

Aug. li. 3. de trinit. a **M**ala voluntate non solum quisque miser efficitur, sed inferior potestate, qua desiderium malæ voluntatis impletur.

Aug. de ci. Dei li. 12. b Quum se voluntas relicto superiore ad inferiora conuertit, efficitur mala: non quia malum est, quò se conuertit, sed quia peruersa est ipsa conuersio.

Ibidem. c Nemo quærat efficiens causam voluntatis malæ. non est efficiens, sed deficiens: quia nec effectio, sed defectio est.

Iustit

d Iustitia Dei est aliquando, vt sanus sis, *Aug. sup. ps. 35.*
 aliquando vt aegrotas. Si quando sanus es, dulcis est voluntas Dei, & quando aegrotas, amara est voluntas Dei. Non recto corde es. Quare? quia non vis dirigere voluntatem tuam ad voluntatem Dei, sed Dei vis curuare ad tuam. illa recta est, sed tu curuus. Voluntas tua corrigenda est ad illam, non illa curuanda est ad te, & rectum habebis cor.

e Quia Deus cor quærit: cor inspicit in- *Aug. sup. ps. 134.*
 tus. testis est, iudex, approbator, adiutor, coronator: sufficit vt offeras voluntatem, quum potes ore confitere ad salutem. quum autem non potes ore, crede ad iustitiam: corde laudas, corde benedicis, corde in ara conscientiaë victimas sacras imponis: & respondetur tibi, pax in terra hominibus bonæ voluntatis.

f Nihil omnino tam facile est bonæ *August.*
 voluntati, quàm ipsa sibi, & hoc sufficit Deo.

g Quicquid vis, & non potes, factum *Aug. sup. psal. 57.*
 Deus computat.

h Voluntas auersa ab incōmutabili bono, & conuersa ad proprium bonum, aut *Aug. li. de libe. arbi.*
 exterius, aut ad inferius, peccat. Ad proprium conuertitur, quum suæ potestatis vult esse. Ad exterius, quum aliorum pro-

pria, vel quæcunque ad se non pertinent,
cognoscere studet. Ad inferius, quum vo-
luptatem corporis diligit.

Au. de lib. arbit. i Voluntas cum nihil libera habeat,
Ber. de li. arbitri. nisi se, merito non iudicatur nisi ex se,
siquidem nec tardum ingenium, nec la-
bilis memoria, nec inquietus appetitus,
nec sensus obtusus, nec vita languens
reum per se statuerunt hominem: sicut
nec contraria innocentem. & hoc non
ob aliud, nisi quia & hæc necessario ac
præter voluntatem posse provenire pro-
bantur.

Ibi. et po- nitur de pœni. di. t. k Si cui nõ contingat facultas concum-
bendi cum vxore aliena, planum tamen
fit, aliquo modo cupere, & si potestas detur,
esse futurum, non minus est reus, quam si
in ipso facto deprehenderetur.

Ibidem. l Si propterea non facis furtum, quia
times ne videaris: intus in corde fecisti: fur-
ti reus tenêris, & si nihil tulisti.

Au. de ve ra reli. m Bona voluntas est, qua appetimus re-
ctè honestèque viuere, & ad summam sa-
pientiam peruenire.

Aug. de li. be. arbit. n Nihil mirum, si miseri homines non
adipiscuntur, quod volunt, idest, beatam vi-
tam. illud enim, cui comes est, & sine quo
nemo ea dignus est, rectè scilicet viuere nõ
iridem volunt. hæc æterna lex incommu-
tabil

tabili stabilitate firmavit, ut in voluntate meritum sit, in bonitate autem miseria, præmium atque supplicium.

o Sicut homo ab humanis in diuina por- *Aug. sup.*
rigitur, quum voluntati humanæ diuina *Ioann.*
voluntas præponitur.

p Dilige, & quiduis fac. nihil tam faci- *Aug. de*
le bonæ voluntati, quàm ipsa sibi. & hoc *ver. dom.*
sufficit Deo.

q Quum vult, non potest: quia quando *Aug. de*
potuit, noluit: ideo per malum velle perdi- *ver. apo-*
dit bonum posse. *stolorum*

r Sola voluntate miser quisque efficitur: *Petri &*
sed inferior, quum desiderium malæ vo- *Pauli.*
luntatis impletur. *Aug. ibid.*

f Volens Deus rationabilem creaturam *Hier. De-*
voluntarij boni munere, & liberi arbitrij *metr.*
potestate dotare, ut boni ac mali capax
utrumque naturaliter posset, & alterum
voluntate deflecteret: licet quippe nobis
eligere, refutare, probare, respuere. nec est
quò magis rationalis creatura cæteris præ-
feratur, nisi quòd cum omnia alia condi-
tionis tantum ac necessitatis bonum ha-
beant, hæc sola habet etiam voluntatis.

t Qui viderit mulierem ad concupiscē- *Hier. ibid.*
dum eam &c. Apud Deum, cui nota sunt
omnia antequàm fiant, voluntas perfe-
cta faciendi, pro opere reputatur facti.

Gre. ho. 5. sup. euāg. v Nihil offertur Deo ditius bona voluntate. Voluntas autem bona est, sic proximi aduersa, sicut nostra pertinere: sic de prosperitate proximi, sicut de nostro profectu gratulari: aliena damna nostra credere: aliena lucra nostra deputare: amicum non propter mundum, sed propter Deum diligere. inimicum etiam amando tolerare. nulli, quod pati non vis, facere. quod tibi iuste impleri desideras, denegare: necessitati proximi iuxta vires occurrere, sed prodesse & ultra vires velle.

Ber. ser. 3. De resurrectione domini. x Cesset voluntas propria & infernus non erit. In quem enim desruet ignis ille, nisi in propriam voluntatem? Nam propria voluntas Deum impugnat, & aduersus eum extollitur. Ipsa est, quæ paradisum spoliat, infernum ditat, sanguinem Christi euacuat, & ditioni diaboli mundum subiugat.

Ber. i. qua dam epi. y Voluntati nec leges imperant, nec principes dominantur. libera est, & maximè, si spiritu ducitur: quia ubi spiritus, ibi libertas.

Ber. lib. de lib. arbit. z Volūtas sola in rationali creatura, miseræ siue beatitudinis capax est. Cætera, siquidē, id est vita, sensus vel appetitus nec miserum per se faciunt, nec beatum: alioquin

quin & arbores ex vita, & pecudes etiam ex reliquis duobus, vel miseræ possent esse obnoxia, vel idoneæ beatitudini. quod omnino impossibile est: communem habentes vitam quidem cum arboribus, sensum verò & appetitum & æquè vitam cum pecoribus, id quod dicitur, voluntas nos ab utrisque discernit.

a b Voluntas, est motus rationalis & *Ber. ibid.* sensui præsidens, & appetui: habet sanè quocunque se voluerit, rationem semper comitem, & quodammodo pedissequam: non quòd semper ex ratione, sed quòd nunquam absque ratione moueatur, ita vt multa faciat per ipsam, contra ipsam, hoc est, per eius quasi ministerium contra eius consilium siue iudicium. Est verò data ratio voluntati, vt instruat illam, non destruat.

a c Infantis vel infantibus, itémque dormientibus nihil quod faciunt, vel bonum, vel malum, imputatur: quia nimirum sicut suæ non sunt compotes rationis, sic nec usum retinent propriæ voluntatis, ac per hoc nec iudicium libertatis. Cum igitur voluntas nil liberum habeat nisi se, meritò *Ber. ser. 3.* non iudicatur nisi ex se. *De resur.*

a d Grande malū propria voluntas, qua *rectione* fit, vt bona tua tibi bona non sint. *domini.* Propria

voluntas est, quæ non est communis cum Deo & hominibus, sed nostra tantum: quando quod volumus, non ad honorem Dei, non ad utilitatem fratrum, sed propter nosmetipsos facimus, non intendentes placere Deo, & prodesse fratribus, sed satisfacere propriis motibus animorum. Huic contraria est charitas, quæ Deus est. Porrò voluntas propria, quo furore dominum maiestatis impugnat, audiant & timeant serui propriæ voluntatis. primò nanque se ipsam subtrahit, & subducit dominatui eius: cui tanquam auctori seruire iure debuerat, dum efficitur sua. Sed nunquid cõtenta erit hac iniuria? Addit adhuc, & quod in se est, omnia quoque quæ Dei sunt, tollit & diripit.

Ibidem.

a e Dico fiducialiter: nemini qui sit in propria voluntate, posset vniuersus mundus sufficere. Utinam propria voluntas rebus istis esset contenta, nec in ipsum (horribile dictu) defæuaret autorem. Omnino enim vellet Deum peccata sua aut vindicare non posse, aut nolle, aut ea nescire. Vult ergo eum non esse Deum: quæ quantum in ipsa est, vult eum aut impotentem, aut iniustum, aut insipientem esse. crudelis planè est & omnino execranda malitia, quæ Dei potentiam,

iust

Iustitiam, sapiēciam perire desiderat. Qui autem vult Deum esse iniustum, vult Deum nō esse Deū. & qui desiderat Deum non esse, nōne quantum in se est Deum occidit?

a f Voluntas dicta est à volatu, quoniam *Cassi. sup animus* quò vult, nimia velocitate trans- *psal. 13.* fertur.

a g Inter has vtrasque concupiscentias *Is coll. 4.* animæ, voluntas in medulatio est quodam *Dani. ab* vituperabiliore consistens: nec viriorum *batis capi* flagitiis oblectatur, nec virtutum dolori- *te, 12.* bus acquiescit. sic quærens à passionibus temperari carnalibus, vt nequaquam velit dolores necessarios sustinere, sine quibus virtutes spiritus nequeunt possideri, absque castigatione carnis castimoniã cupiens obtinere: sine vigiliarũ labore cordis acquirere puritatem: cum requie carnis spiritualibus exuberare virtutib⁹, absque vllius exasperatione conuitij patientiæ gratiã possidere: humilitatem Christi sine honoris mundani exercere iacturas: religionis simplicitatẽ cum seculari ambitione sectari: Christo cum hominũ laude ac fauore seruire: districtiōem veritatis sine cuiuspiã vel tenui offensione proferre. postremò sic vult futura consequi bona, vt præsentia non amittat.

Senec. 72. epist. a h Valentior enim fortuna est voluntas. & in vtranque partem ipsa res suas ducit, beatæq; ac miseræ vitæ sibi causa est.

Vide etim in tit. Beneficentia. b. a f. Intentio. Liberalitas. q. t. Miseria. b. Obstinatio. a. Relinquere. e. p.

Voluptas.

Augus. de singulari tate cler. a **M**inùs voluptatib' stimularur qui non est vbi frequentia est voluptatum. Minùs auaritię molestias patitur, qui diuitias non videt.

Amb. sup Luc. li. 6. b Nihil prodigæ satis est voluptati. Semper famem patitur sui, qui alimentis perpetuis nescit impleri.

Hie. i. epi. ad dama. c Sempervoluptas famem sui habet, & transacta non satiat.

Isid. libr. 3. de sum. bono. d Licet sæpe in medio carnalium Deus protegat vitam electorum, tamen satis rarum est, vt quisque inter seculi voluptates positus, à vitiis maneat illibatus, in quibus & si non citè implicetur, aliquando tamen attrahitur. nec enim diu potest esse securus, qui periculo fuerit proximus.

Is. in Synonymis. e Voluptas, est cum quadam lubrica suauitate ad illicita fœdæ mentis inclinatio.

Tull. lib. 1. de officijs. f Non est consentaneum, qui metu non frangitur, eum frangi cupiditate, & qui inuict

inuitum se à labore præstiterit, vinci à voluptate.

g Quid de corporis voluptatibus loquar? quarum appetentia quidem plena est anxietatis: satietas verò pœnitentiæ? quarum morus quid habeat incunditatis, ignoro. Tristes verò esse voluptatum exitus, quisquis reminiscitur libidinum suarum, intelliget. quæ si beatos explicare possent, nihil causæ, quin pecudes quoque beatæ esse dicantur.

i Quis hostis in quenquam tam contumeliosus fuit, quàm in quosdam voluptates suæ? Quidam se voluptatibus immergunt, quibus in consuetudinem adductis carere nō possunt: ob hoc miserrimi sunt, quòd eò peruenerunt, vt illis quæ superuacua fuerunt, facta sunt necessaria. seruiunt itaque voluptatibus, non fruuntur. & mala sua, quod malorum vltimum est, amant.

k Indurandus est animus & blandimentis voluptatum procul abstrahendus. Vicia Annibalem hyberna soluerunt, & indomitum illum niuibus atque alpibus virū exterminauerunt. Fomenta Campaniæ armis vicit, vitiis victus est.

l Nobis quoq; militandum est, & qui dem genere militiæ, quo nunquam otium

datur. Debellanda sunt in primis voluptates, quæ ut vi des, serua quoque ingenia rapuerunt. Si voluptati cesserò, cedendum est dolori, cedendum est simul labori, cedendum est paupertati.

Ibidem.

m Aspice illum, cui somnus laxæ domus silentio quæritur, cuius aures ne quis ageret, omnis seruatorum turba conticuit. huc nempe vagatur atque illuc, somnum inter ægritudines leuem captans. Qui non audit, audisse se conqueritur. Quid in causa putas esse? animus illi obstrepit: hic placandus est: huius seditio compescenda est.

Vide etiam in tit. Abstinentia. a o. Bonum. e. Caro. c. i. Delitix. Exculatio. m. Fortitudo. b. Gratia. k. Gula. p. Labor. k. n. Luxuria. b. Solitudo. a. Vicium. e

Votum.

Augus. in episto. ad

a **Q**uia iam vouisti, iam te adstringisti, aliud tibi facere non licet.

Armenta rixet Paulinum.

Non talis eris, si non feceris quod vouisti, qualis mansisses, si nihil tale vouisses. Minor enim tunc esses non peior, modò autem, quod absit, miserior, si Deo fidem fregeris: quantò beatior, si persolueris.

Hiero. ad Polëtium in episto.

b Ea sunt in nostris officiis gratiora, quæ cum liceret nobis etiam non impendere, tamen causa dilectionis impendimus.

Aug. i. epi.

c Non te nouisse poeniteat, imò gaude iam

iam tibi non licere, quod cum tuo detri- *ad Arme-*
 mento licuisset. Felix necessitas, quæ in *tarium et*
 meliora compellit. *Paulin.*

d In vouendo fait stultus, qui discre- *Hier. tra-*
 tionem non adhibuit, & in reddendo im- *ctâs il. In*
 pius. *d. c. 11. Vo-*

e In malis promissis rescinde fidem, in *tū vouit.*
 turpi voto muta decretum. Quod incau- *Isi. li. 2. so*
 rē vouisti, non facias. impia est promissio, *liloquio.*
 quæ scelere adimpletur.

f Bonum quidem votam, si tamen ibi *Cass. li. 3.*
 nihil admisceatur aduersum. Nam licet
 vbique deceat iustitiam custodiri: in illis
 tamen rebus maximè necessaria est, quæ
 diuinis obtutibus offeruntur: ne putemus
 ignorare Deum vnde accipiat, si fraudatis
 oblationibus acquiescat.

g Sancti quidem & honesti propositi *Pe. Chr.*
 dilatio, magna ruina est. Vnde sapiens,
 quicquid potest manus tua, cum instantia
 operare. Qui non est hodie, cras minus
 aptus erit.

h Quidam turpissima vota diis iustu- *Senec. 10.*
 furrant, si quis amouerit aurem conticent: *episto.*
 & quod scire homines nolunt, Deo nar-
 rant. Sic viue cum hominibus, tanquam
 Deus videat: sic loquere cum Deo, tãquam
 homines audiant. *Ber. i. ser.*

i Melius est non vouere, quàm vouere *quodam.*
 illud

illud, quod sibi is, cui promittitur, nolle exolui.

Berna. de precepto & dispensatio. **k** Absq; necessitate remissio voti, non dispensatio, sed præuaricatio est: & restrictio contra voluntatem, murmur est, non profectus.

Ber. X. epi. **l** Iustè exigitur ad soluendum, qui non cogitur ad vouendum.

Bern. epi. ste. 57. **m** Ego non arbitror minora vota impedire debere maiora, nec Deum exigere quodcunque sibi promissum bonum, si pro eo melius aliquid fuerit persolutum. Enimuerò alicui forte debenti vobis 12. nummos, nunquid si pro eis die constituta marcam solueret agenti, iustè irascere mini?

Vtilitas.

Ber. 2. quo dam ser. **a** **V**tilior est in conflictu lorica ferrea, quàm stola lineæ: licet hæc oneri sit, illa honori.

Chris. sup illud Mat. 24. Beat. seruus. **b** Hæc dicta sunt de sermone, de virtute, de pecuniis, de omni dispensatione quæ unicuique commissa est. Vnumquenque enim ad communem vtilitatem uti oportet his, quæ habet, siue sapientia, siue principatu, siue diuitiis, non ad nocumentum conseruatorum.

Cass. li. 2. epist. **c** Commodum enim debet esse cum modo tantum: si mensuram æqualitatis excess

cesserit, vim sui nominis non habebit.

d Mihi autem non minori curæ est, qua *Tull. de*
 lis Respublica post mortem meam futura *amicitia.*
 sit, quàm qualis hodie sit.

Vide etiam in titu. Amicitia. b. a. c. f. e. g.
 Beneficentia. k. Communitas. d. Doctrina.
 b. q. Fortitudo. e. Iustitia. f. g. Solitudo. q.

Vsura.

a **E**T esca vsura est, & vestis vsura est: *Amb li. 1.*
 & quodcunque forti accedit, vsu- *de Davide*
 ra est. Quod velis ei nomen imponas, vsu-
 ra est.

b Similis est pecunia vsurarij, morsui *Chry. sup*
 aspidis. Percussus enim ab aspide quasi *illud Mar.*
 delectatus vadit in somnum, & per suavis s. Et volẽ
 tatem soporis moritur: quia tunc vene- *ti mutua*
 num latenter per omnia membra decur-
 rit. sic qui sub vsura accipit, sub tempore
 quasi beneficiũ sentit: sed vsura per omnes
 eius facultates decurrit, & totum conuer-
 tit in debitum.

F I N I S.